

Catalogi Hæreticorum.

C O N R A D I
S C H L V S S E L B V R -
G I I S A X O N I S , S S . T H E O -
L O G I Æ D O C T O R I S E T P R O -
fessoris, ac in Ecclesia, & Gymnasio Stra-
lesundensi, in Pomerania, Su-
perintendentis;

Libet Decimus.

*IN QVO STENCKFELDISTA-
rum, errores & argumenta repetuntur & refu-
tantur, cum assertione vera sententia, quæ
catholica amplectitur & de-
fendit Ecclesia.*

Röman. 10. cap.


*Ergo fides, ex auditu, auditus autem, per
verbum Christi.*



FRANCOVURTI,

*Impressum typis Ioannis Saurij, impressit
Petri Kopsffii.*

M. D. XCII.



AMPLISSIMIS
ET ORNATISSIMIS
VIRIS, ERVDITONE VIR-

TUTE ET SAPIENTIA PRÆ-
stantibus, Dominis consulibus & senatori-
bus, inçlyta & vetustissima, in Saxo-
nia, ciuitatis Stadenfis, Dominis
& Patronis suis, reuerenter
colendis.

Salus à fillo Dei, Domino nostro Ie-
su Christo, crucifixo & gloriosè
resuscitato, Amen.



AMPLISSIMI & pru-
dentissimi viri, doctrina,
humanitate & autoritate
prestantes, verbum Dei,
esse audiendum, Nemo in-
ter p̄e eruditos & verè
Christianos, ambigit. Huius rei rationes gra-
uissima recitari possent: nos verò paucas, bre-
uitatis scilicet in medium afferemus. I. Quia



mandatum Dei extat in 3. Decalogi, precepto, & alias in sacris literis passim Deus mandat, ut suum verbum audiamus.

Syracides cap. 6. inquit: Audi libenter verbum Dei, & attentus auctulda dictis sapientiæ, &c. Seuera patris cælestis vox ex celo sonans est: Hinc audite. Matthæi cap. 17. Iohan. 8. Qui ex Deo est, verbum Dei audit.

2. Ministerium publicum, ideo est institutum, quia Deus vult audiri suam voluntatē, verbo suo expositam, Sic Christus ait: Oportet prædicari Euangelium omni creaturæ, Luca 24. Matth. 28. Marci. 16.

3. Deus per ministerium verbi, eiusq; auditum, est efficax, quando, & ubi vult, Rom. 10. fides ex auditu est.

4. Nos omnes egemus eiusmodi institutione: Nam absq; auditu verbi diuini, non poterimus res diuinas cognoscere, aut percipere. Imò fingimus errores blasphemos, & paradoxa plurima, in contumeliam Dei, in nostram, & infinitorum hominum aeternam perniciē.

5. Negligere verbi Dei auditum, est aspernari ministerium à Christo institutum, offendere Christum, ac sibi & aliis penas accersere.

Ex neglectione verbi diuini nascitur securitas,

ritas, stupor, præbetur locus Diabolo, qui instillat & infundit opiniones impias, falsas & vanas.

Propter has & similes causas, nos cum omnibus vere Christianis, auditum verbi diuini, magnificamus, & toto pectore abominamur & condemnamus Enthusiastas, & Stenckfeldistas (de quibus potissimum, in hoc dicimo Cathalogi mei Hæreticorum libro agit) qui auditum verbi Dei, & usum sacramentorum contempnunt & derident.

Vt autem studiosi pietatis, quasi in tabula quadam, semper in conspectu habeant & cogitent quidnam de verbo Dei scire & sentire debeant: hic methodice, simpliciter & breuiter repetam cæsesorem de verbo Dei, sicut olim ex ore Domini D. VVigandi mei præceptoris & affinis carissimi, eam excepi & didici, in Academia Ienensi ad Salam, Anno 72.

DE VOCABVLIS.

Audire verbum Dei, non tantum significat aures ad doctrinam verbi diuini accommodare, sed etiam mente attendere, habere studium discendi, memoria mandare, qua traduntur, custodire, dextrè adplicare ad usum, & glorificare Deum iuxta hoc verbū

Dei; Hanc enim ob causam cōiungit Christus ista duo, audire verbū Dei, & illud custodire.

Seruare sermonem Dei Iohan. 14. significat audire & discere & vera fide complecti, & verbum Dei & iuxta hanc Dei doctrinam rectē Deum inuocare & glorificare.

Q V I D S I T.

Auditus verbi Dei, est opus tertii precepti, quo in congressibus sacris, verbum Dei reuerenter & attentē audimus, amplectimur, credimus & in bonis operibus faciendis, sequimur.

Hac ex dictis scriptura patent, ut Luc. 11. Beati, qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Matth. 13. Qui in terram bonam seminatus est, is est, qui audit verbum & intelligit, & facit fructum.

Q V O T P L E X.

Duplex est auditus verbi diuini. Carnalis & Spiritualis. Exterior & Interior.

Carnalis, Pharisæicus, Monasticus auditus verbi diuini est, qui tantum fit carne, sine Sp. sancto est externum studium audiendū verbum Dei, verum nec rectē intelligitur, neq; salutariter percipitur.

Spiri-

Spiritualis est, ubi Sp. S. aperit corda in auditu verbi diuini, ut & intelligere illud incipiant, & amplectantur salutariter.

Hac diuisio sumitur ex 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Item, Spiritualis homo, omnia diiudicat. Item Matth. 13. de quatuor generibus auditorum dicitur.

V N D E S I T.

Carnalis auditus est ex libertate carnis, que locomotiuam utcuq; scilicet satis egrè potest regere, ut ingrediantur pedes templum, ut aures concioni auscultent, ut lingua referat precepta, ut aliqua externa obedientia sequatur.

Sed hic carnalis auditus non potest ex se se verè ac rectē intelligere verbum Dei, aut salutariter amplecti nec potest seriò agere penitentiam, seriò amplecti, oblatam gratiam per Christum, ex corde & fide Deum inuocare, ei confidere, eum glorificare.

Spiritualis itaq; salutaris & efficax auditus verbi diuini est, quādo Deus aperit corda hominum, quando Sp. S. conuertit, illuminat, sanctificat atq; efficit, ut homines, audientes verbum Dei, illud intelligant & percipiant.

ut conuertantur, ut fidem, ut dilectionem erga Deum accipiant, ut vitam emendent. Hac perspicuis sacra scriptura dictis exponuntur.

Matth. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. *Aures audientes vocat, quae per Sp. S. aperiuntur & reguntur. Nam qui sine S. sancto audiunt, non intelligunt uerbum Dei, imò abhorret ab eo, aut hypocrisisin praeserunt.*

Item, vobis datum est nosse mysteria regni caelorum.

Iohan. 8. Qui ex Deo est, uerbum Dei audit: Propterea vos nō auditis, quia ex Deo non estis. *Luculenta est haec sententia, docens qui nam salutariter uerbum Dei audiant, nempe qui ex Deo sunt, hoc est, quos Deus illuminat, regit, conuertit, eisq; suppeditat vim uoluntatis, uoluptatem audiendi & discendi uerbum Dei.*

Ex Deo non esse, est inconuersum esse, non illuminari à Deo: Nisi enim nos ille recreet, ut *Prosper inquit*, non poterimus eum cognoscere, diligere, colere.

Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere.

Sic uidemus Christum aperuisse oculos & aures discipulorum, ut suum sermonē, quem iuxta carnem non poterant percipere, intelligerent & crederent.

Sic

Sicut uult cap. 16. Dominus aperuit eor Lydia Purpurarum, ut attenderet doctrinam Pauli.

In renatis porro concurrunt tres istae causa. Primò uerbum Dei, 2. Spiritus sanctus, 3. Cor renatum, in quo S. S. habitat.

CONTRARIA.

Tribueretantum hominum studio, industria, diligentia, conatui, salutare auditiuum uerbi Dei. Sed uerbum Dei docet, absq; regeneratione, non posse res illas spirituales intelligi. & cap. 1. Cor. 2. Animalis homo, &c. Item, Spiritualis omnia diiudicat.

MATERIA CIRCA QVAM.

Est uerbum Dei, quod in uerbum estis Prophetarum & Apostolorum continetur & traditur.

Huc autem pertinet uera & sincera eius lectio & explicatio: Nam haec est officium doctorum in sacris congressibus.

1. Ut textum praelegant discretè & intelligibiliter.
2. Ut doceant rudiores de phrasibus sacri sermonis, adeque intellectu uerbi diuini.
3. Ut Corpus doctrinae colligant ex sacris

A s lictis

literis, & perspicue proponant, item ut conferant eam inter se, & totam doctrinam in capita quadam distribuunt, ut auditores corpus illud doctrina recte & integre possint percipere.

4. Ut ordinem doctrinae commonstrent.

5. Ut adplicationem caelestis doctrinae & usum salutarem commonstrent, quae quidem in re, plurimum est situm.

Hac autem omnia intra limites verbi diuini necesse est consistere, quia non fas est extra has metas efferri.

IN QVA.

Qui auditores.

Omnes pro aetate idonei verbum Dei audire ac discere debent: Nam omnes homines conditi sunt ad celebrationem Dei. Senes cum iunioribus laudent nomen Domini, inquit Psalmus. Sed nemo potest Deum rite laudare, nisi cognouerit eum ex verbo ipsius.

CONTRARIA.

Humanas doctrinas in publicis, & quidem sacris conuentibus audire: Ut in Papatu, Ethicam Aristotelis, item leges sanctorum, uel etiam patres, concilia, neglecto uel oppresso verbo

uero Dei, populo tradiderunt. Et homines sunt tam solidi, ut cupidius audiant humana quam diuina.

FORMA.

Quae sunt proprietates illius auditus uerbi diuini?

1. Auribus audire uerbum Dei, hoc est, aures debent esse intentae ad ea, quae ex uerbo Dei traduntur, ne obturentur uel cogitationibus peregrinis, uel somno uel aliis rebus impediuntur.

2. Corde amplecti hoc uerbum Dei, atque ad se adplicare uera fide.

3. Memoria audita reponere, conseruare, repetere.

4. Ad usum necessarium depromere & adplicare tum in corporalibus, tum in spiritualibus rebus & fructus debitos proferre.

Haec autem proprietates Christus describit in parabola de semine, cum inquit, Qui seminatus est in terram bonam, is est:

1. Qui audit uerbum.

2. Et intelligit.

3. Et fructum facit.

Luc. xi. Praedicat eos beatos, qui non solum audiunt, sed & custodiunt uerbum Dei.

Iac. 1. dicitur. Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmet ipsos.

1. *Sapè & absq; fastidio & nausea verbum Dei audire, Rationes sunt 1. quia nemo potest exhaurire verbum Dei in hac vita.*

2. *Quia Deus pro suo exactissimo iudicio, non dat bona omnia simul & semel, sed iam vel in hac vel alia concione, percollos, cerda, coq; vivificat. Itaq; sine fastidio verbum Dei frequenter audiendum est.*

CONTRARIA SVNT.

Non attendere concionibus publicis, ut multifaciunt in templo, qui vel spectant homines vel peregrinas cogitationes mentibus suis voluunt.

Tantum audire & non amplecti verbum Dei salutaris conversionis ad Deum, sed vel manere in peccatis, vel ea etiam augere criminationibus iniustis audite concionis, id quod usitatissimum est in tanta hominum malitia, qua in hac postrema mundi senecta subinde fit deterior.

Nihil meminisse, nihil repetere de verbo Dei, quam quidè rorè Christus admodu horribiliter depingit in via trita, qua licet seminibus

nibus sit confersa, tamen non ea recipiat, & insuper concitetur ab hominibus & animalibus, & quod est maximum & gravissimum, Diabolus veniat & auferat verbum Dei ex cordibus.

Fastidire conciones sacras, vel per suasionem nimiam scientia, vel malevolentia erga concionatores verbi divini concepta: Nam Diabolus, qua potest arte, homines ab amore audiendi & discendi verbum Dei abducit. Pia igitur pectora decet, hac & intelligere & serio caere.

Bene inchoare & non continuare, neq; applicare ad usum verbi divini auditum, praesertim in tentationibus, id quod Christus in parabola Matth. 13. depingit, multos nimirum in tribulationibus & persecutionibus deficere, non aliter, ac si verbum Dei per suam vitam, nunquam audivissent.

F I N E S.

Auditus verbum Dei est.

1. *Talia audire & discere, qua rationi humanae alias sunt ignota, & tamen sunt necessaria, tum ad spiritualem, tum ad corporalem vitam.*

2. *Conversio hominis verà & salutaris ad Deum,*

Deum nempe contritio ex Lege & fides ex Evangelio, monstrante Christum propiciatorem. Sic Roman. 10. inquit Paulus, Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei.

3. Donatio S. sancti, hospitis omnium maxime nobis necessarii & saluberrimi. Nam verbum Dei est officina S. S. nec datur nisi per verbum, iuxta ipsius Dei ordinationem.

4. Inchoatio verorum Dei cultuum, Rom. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non credunt, Quomodo credunt in eum, de quo non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? Inuocatio autem Dei est opus longè maximum & nobis omnibus in primis necessarium.

5. *Κεῖθε* suppeditat iudicandi quæuis dogmata, & quomodo falsa dogmata sint fugienda.

6. Est regula etiam externa vita: Nam qui audiunt ac discunt verbum Dei, recte possunt vitam vniuersam instituerè, quia mentem Dei reuelatam norunt.

At ignaros verbi Dei, utpote non audientes, nec discentes illud, Diabolus in varia peccata conicit, & in tristissimos casus precipites agit: Est enim in eis efficax, id quod sæpe facit

morosi in vinculis vitæ confitentur, sese auditum verbi diuini contempnisse, eaque securitate in peccata tetra incidisse.

7. Adfert benedictionem Dei. Nam pietas ad omnia utilis est, inquit Paulus. Et vera est hæc sententia, Glorificantes me, glorificabo.

COMPOSITA.

An omnes, audientes verbum Dei, conuertantur?

Respon. id verò Christi parabola decernit, quod hoc non fiat, & experientia quotidiana idem testatur.

Causa verò eius rei est in hominibus, quia, teste Christo, aut corda habent dura, aut deficiunt in cruce. Hinc pertinaciam, cervicem ferream, frontem arcam hominum Prophetæ sæpissime accusant.

Donum itaq; Dei peculiare & insigne est, donatio S. S. qui corda hominum regenerat, aperit, illuminat, sanctificat per verbum.

Stultissimi igitur sunt, qui contendunt hominum vires naturæ esse tales, ut aliquantulum tamen possint adsentiri verbo sonanti. Sed verbum Dei inquit, Animalis homo non capit res. Dei, oportet enim eum primo Sp. S. regenerari per verbum, ut alias copiosius explicatur.

Quan-

Quantum sit peccatum non audire verbum Dei.

Sermones divinos contempere est, leniter sentire de sacris concionibus, raro aut nunquam interesse, vel ex consuetudine quadam ingredi templum, nihil discere, nihil proficere in concionibus.

Anabaptista, Stenckfeldiani, Enthusiasta contemnunt conciones sacras, quia somniant S. S. peculiariter instillare, qua discenda sint. Verum Deus sancivit congressus publicos & vult audiri suum sermonem etiam publicè sonantem. Fides ex auditu est, inquit Paulus.

Deinde experientia docet, contemptores concionum aut esse homines abbes aut fanaticos, id est, pravis opinionibus imbutos. Nam Diabolus facile eis instillat falsa dogmata, quae postea mordaciter tenent.

Hinc est, quod ne civiliter quidem boni permaneant, quia publicas conciones fastidiunt.

Saducei repudiarunt Prophetarum scripta, Iudaei novum Testamentum rejiciunt.

Antichristus sepelivit longo tempore totam Bibliam. Item auferunt patrum scripta & conciliorum decreta Bibliis sententiis.

Adul-

Adulteria, homicidia, furta, talia sunt peccata, ut omnes sani turpitudinem & atrocitatem eorum considerantes, exhorrescant, sed non audire verbum Dei, seu absq; fructu audire, pleriq; homines leve saltem, imò nullum non raro putant esse peccatum, & accedit interdum vetus ille Adam, egregie excusans hoc peccatum, & sese iustificans, quod ab auditu verbi divini abstineat, quia videlicet de odio habeat concionatorem, vel conciones illas legales de peccatis decoquere non possit.

Repetenda igitur sunt aliquot rationes, ex quibus pia mentes intelligere queant, gravissimum esse peccatum, non audire vel raro, ac negligenter audire verbum Dei, imò longè atrocius esse peccatum non audire verbum Dei, quod die sacro in templis sonat, quam ipsa homicidia & furta.

1. *Quia est peccatum contra primam Decalogi tabulam. Est autem extra omnem controversiam positum, ea peccata atrociora esse, quam sint secundae tabulae peccata, quia directè contra Deum sunt.*

2. *Quia fastidit Deum ipsum, qui divini verbum eius negligit, nec aliqua inevitabili necessitate impeditur. Sic Christus inquit:*

B Qui

Qui vos audit, me audit: Qui vos spernit, me spernit.

3. Quia Deus gravissimè inquit, cõtemnentes me contemnam. Item, quia me noluisti audire, nec ego te audiã, claudam aures meas.

4. Quia tales nocent anima sua, ne ibi vel conuertatur, vel alias salutarem doctrinam ex verbo Dei percipiat. Damnum autem animam attingens multò gravius est, quàm corporis detrimentum.

5. Quia qui se communi auscultationi verbi Dei in sacris conuentibus subducit, is etiam à communibus precibus, item à communibus benedictionibus semetipsum auellit & separat: Non autem est res parui momenti, non esse membrum Ecclesie neque communium bonorum, quæ habet, esse participem.

6. Quia locum prabet Diabolo & eius tentationibus. Nam ibi non habitat Deus, ubi verbum suum, quod publicè sonat, negligitur atq; contemnitur. Nec poterit sese hypocrisis tueri, quod domi legat & meditetur. Nam illa absentia à concionibus, non potest non cum contemtu ministrorum Dei & publica concionis fieri.

7. Quia scandalum domesticorum, vicinorum.

nostrum, proximorum non est leue, nec potest apud Deum vlla ratione excusari.

Hinc igitur æstimetur hoc peccatum & quidem in timore Domini.

DE DISCENDO VERBUM DEI.

Non requirit quidem hoc opus tertii præcepti peculiarem Methodum, quia in formali causa auditus verbi diuini diximus, non simpliciter aurium auditum à Deo postulari, sed ut cor quoque accipiat & memoria conseruet verbum Dei & ad usum salutare transferat. Aliquid tamen ad spergemus. Discere verbum Dei est opus tertii præcepti, quo verbum Dei studiosè legimus, audimus, meditamur propter salutem animæ & ad gubernationem totius vitæ nostræ. Psal. i. Iste beatus prædicatur, qui dies noctesq; meditatur legem Dei, hoc est, eius verbum, & promittitur ei benedictio corporalis & spiritualis. Et Christus inquit Matth. 6. Quærite primùm regnum Dei, &c. Et reliqua adicientur vobis. Est autem duplex discere verbum Dei, Hypocriticum nempe & Salutare. Hypocriticum est, tum sine S. S. & fide discitur verbum Dei, ut Pharisei, Monachi & alii, qui ad ostentationem, vel obiter saltem verbum Dei cognoscunt.

Salutare est, quando verbum Dei benedicente & regente S.S. serid & salutariter discitur, propter salutem corporalem & spiritualem, Psalm. 119. David inquit: Testimonia tua viri consiliiarii mei. Item, Lucerna pedum, & Apostoli ad Christum dicunt, verba vitæ habes.

Est autem S.S. Rector qui ducit in omnem veritatem, quæ illuminat tenebras cordiū, præbet facultatem discendi salutariter verbum Dei, ut Christus inquit, Spiritus ducet vos in omnem eternitatem: Iacob inquit: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnib. adfluenter & non improperat & dabitur ei.

Ergo nequaquam tuis viribus tribues, salutariter discere verbum Dei. Aliud est enim cum vero, genuino, salutaris effectū illud discere, aliud tantum carnaliter discere. Legunt Iudæi quoque vetus Testamentum, legunt nouum etiam Turcæ, sed sine luce vera. Legunt hæretici quoque sacras literas, verum oculis prauis, iudicio distorto & sua deliria nefarie conantur inde stabilire.

Discendum autem est verbum Dei ex veris fontibus, nempe ex scriptis authenticis Prophetarum & Apostolorum, non è lacunis hominum

minum siue patrum siue filiorum siue conciliorum nomine censeantur.

Habent quidem sana scripta hominū hoc utilitatis, ut phrasæ sacrarum literarum ostendant, aut commonefaciant de adplicatione, aut sint testes veræ sententiæ in sacris literis traditæ. Sed Biblica scripta sunt fons veritatis. Inde Christus inquit: Scrutamini scripturas, Iohan. 5.

Tria autem pertinent ad discendum verbum Dei.

1. Oratio, quæ quidem initium, medium & finem debet obtinere, ut Deus aperiat cor Spiritu sancto, ut & intelligamus verbum Dei & amplectamur, rectèq. vsurpemus.
2. Lectio assidua, attenta, seria sacrorum voluminum. Ad lectionem autem etiam pertinet auditio in sacris congressibus & adhibitio selectorum & sanorum interpretum.
3. Meditatio, accommodans lecta ad praxin, hoc est, ad exercitia in tentationibus & necessitatibus.

Fines & effectus sunt, cognitio nostri, & cognitio Dei, conuersio ad Deum, inuocare Deum, confessio, vitæ nouitas, prosperitas huius vitæ, salus æterna & cetera bona, quæ alias fusiùs explicantur.

Hac viri amplissimi & prudentissimi, summam, methodice & breuiter de auctoritate, dignitate, virtute & efficacia, verbi diuini reperere, in hoc proœmio, volui, non quod Vestras Præstantias hæc scire dubitarem: Sed ut publice testatum facerem, coram vniuersa Iesu Christi Ecclesia, V. P. nihil antiquius & charius esse, Dei verbo: id quod inde, etiam, liquido demonstrari potest, quod vestris Ecclesiis quantum in vobis est, de verbi Dei præconib. fidelissimis, doctrina, pietate, virtute, auctoritate, & zelo veritatis cælestis flagrantibus, prospicitis, & Calvinismum ex vestra ciuitate extirpare conamini, & hac quidem in re nullis sumptibus, laboribus, curis & molestiis parcitis. Atq; hac de causa, optimum & reuerendum virum, doctrina, pietate & insigni humanitate conspicuum, & Lutherana doctrina assertorem constantissimum, Dominum Petrum Barsholdi, Megapolitanum, meum affinem & compatrem dilectum, ex Raceburgensi Ecclesia, vbi Superintendentem specialem, complures annos, summa cum laude, & maximo, per Dei gratiam, cum auditorum suorum fructu, egit, non sine magno sumptu, ad gubernationem & inspectionem Ecclesie vestra

Voca-

vocastis. Reliquorum vestrorum concionatorum verbi diuini fidelium (intelligo autem eos, qui non sunt Calvinismo infecti) pietas, eruditio, humanitas & flagrantissimus pro defensione sana & incorruptæ doctrinae ministerio sancti viri D. Martini Lutheri, affinis mei colendi, repurgata, zelus, sunt mihi notissima. Satis abundè id coram vidi & cognoui, quando, Antuerpiæ rediens, Anno Christi Redemptoris, 1582. in vestra ciuitate, aliquandiu commoratus sum.

Vestris autem præstantiis in primis Amplissimi & Prudentissimi viri Domini Consules, & Senatores optimi, hunc Decimum Librum nuncupare volui, ut vniuersa Iesu Christi Ecclesia constaret, vestras præstantias eam doctrinam, toto pectore amplecti & profiteri, quæ in sacris Bibliis, in tribus symbolis veteris & catholicae Ecclesie, Apostolice, Nicæne & Athanasie: in Minore & Maiore Catechismo D. Martini Lutheri, in cõfessione Augustana vetere & incorrupta, & Apologia eiusdè. In articulis Schmalcaldicis, & in formula Christiana Concordia, & Apologia eiusdè, cõprehensa est: Quanto cum zelo, Senatus vestra Reip. ampliss. veritatem

B 4 cæle-

cælestem confiteatur & profiteatur, mihi fide dignissimi homines retulerunt, qui cum viro amplissimo & præstantissimo Domino Ioanne Hageman consule eo tempore, quando, consiliarium fidelem in aula Ducis Saxonie inferioris, Domini Francisci, &c. egit, sapientissime de Religione collocuti sunt. Nomina reliquorum consulum & senatorum, ut memoria eorum posteris nota & grata sit, adiungam. Ea verò ita habent, Dominus Statius Stempshorn. Dominus Daniel Buschman. D. Ioannes Plate. Hi sunt Consules. D. Henricus Meier, Syndicus, vir pius, & vera doctrina propugnator acerrimus. Senatores sunt digni & fideles D. Richardus Spalte Iudex. D. Iohannes Moller, Iudex. D. Iohannes Offe, Iudex. D. Christianus Haueman, Iudex. D. Ioa-chimus V. Baren, Camerarius. D. Christophorus von der Meden | Camer. D. Casparus Borchers, Camerarius. D. Henricus auff der Wert | Camerarius. D. Iohannes von der Noien | Aedilis. D. Hardeuicus Schele, Aedilis. D. Ioannes von Drochtersen. D. Gebardus Lateman.

Deinde propterea V. præstantiis, hunc librum nuncupavi, ut publicè ostenderem, contra Stenckfeldistas, Manichæos, Calvinianos, Anaba-

Anabaptistas & omnes præstigiatores, me, unà cum vestrarum Ecclesiarum fidelissimis & sinceris Doctoribus, in Domino Iesu, in Omnibus doctrina Christiana capitibus controuersis concordem & consentientem esse, loquor verò de iis qui Lutheri doctrinam de cæna Domini amplectuntur, & Calvinistas, ore & corde, condemnant: Constans enim fama est, quosdam ex vestris concionatoribus, cum Pezelio & aliis Sacramentariis colludere, id quod ex eorum concionibus patet: Audio enim illos asserere, Christo, non secundum humanam sed iuxta diuinam naturam, omnem potestatem, in cælo & in terra datam esse: Item, Christum, contra dictum Eph. 4. In certo cæli loco, captum esse. Item: Christum, tantum, secundum naturam diuinam, nobis, in mundo præsentem esse. Item, Christo homini non competere eam maiestatem, ut veluti homo, statim ab eo tempore, quo conceptus est in utero Mariæ virginis, ad dexteram Dei sedeat. Ita sentientes, condemno.

Quod superest, oro & obsecro Omnipotentem Deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut amplissimum Senatorem, venerandum

Ministerium, & vniuersos ciues ac incolas, celeberrimæ vestra ciuitatis in sua doctrina, ad quam vos vocauit, inque luce hac admirabili, quam apud vos accendit in timore suo, fide, confessione sincera doctrina, & constantia usque ad extremum vita vestra halitum & finem, clementer conseruet, Ministerium verbi vocalis, & legitimum sacramentorum usum, contra Stenckfeldistarum, Enthusiatarum, Anabaptistarum & sacramentarium apertorum & clandestinorum quorundam isthic latitantium blasphemos furores, dextera sua protegat, omnes aberrantes à veritate, dociles & sanabiles, in viam reducat, omnibus prestigijs, erroribus & hæresibus frenam iniiciat, idque propter nominis sui sanctissimi gloriam, & omnium vestrum salutem aternam, Amen. Datum Stralsundij, in primaria Pomeranorum urbe. Anno Domini, 1598.

V. Amplitudinum obseruantissimus.

Conradus Schlüsselburgius D.

DE



DE SECTA Stenckfeldistarum.

Stenckfeldistæ unde habent nomen?

RESPOND. Stenckfeldistæ nomen habent à Casparo Schuenckfeldio, de Oßing, Silesio, ex veteri & nobilissima familia oriundo. Verum, germanum & genuinum seu nativum trahit Casparus hic Hæresiarcha, à stirpe nobilitatis equestris vetustissima & primaria, in Silesia, quæ Schuenckfeldia nuncupatur: D. Lutherus verò, Philippus, & alii celebres Theologi, eum, ob putidum & foetidissimum errorem (quem is ex tenebrosis humanæ rationis lacunis, hausit & disseminauit, & lymphidissimos Israël's fontes turbauit & infecit) à fœtore malè olente, Stenckfeldiū nominârunt.

Quis est Author, & quamnam est occasio sectæ Stenckfeldistarum?

Respond. Stenckfeldistæ, vt antea diximus, à Stenckfeldio Silesio nomen habent. Vt autem imperidiores & veritatis cupidi, occasionem, originem & progressum certaminis & hæreseos, ed melius & commodius intelligant, repetam hęc Historicam

narra-

narrationem de Stenckfeldio, sicut eam optima fide D. Iohannes V. Vigandus consignauit: ea verò sic habet: *Caspar Scuenckfeld, de Ofing, Silesius, ex veteri & nobili familia, cum aliquid in iuuentute didicisset, & in Germanica potissimum lingua, ore & scriptis mediocriter facundus esset, puriore doctrina, idolomaniis & variis errorib. atq; seductionibus Papisticae religionis, p. ministerium & scripta Lutheri, (diuinitus eã adre, totiusq; Antichristi Romani patefactione excitati) ex illustri ac potenti verbo Dei in lucem productis atq; reprehensis, iterũ restlorescente, voluit & ipse sibi insignem famam ac celebre nomen pra aliis comparare. Cũq; cerneret, Lutherum recte & grauiter Papisticos errores arguere, ac simultamen in conspectu haberet, non sic emendationem vita in plerisq; hominibus sequi, ut verbũ Dei doceat, & in suo capite Enthusiastica quadam somnia, nouasq; quasdam opiniones de multis doctrina partibus concepisset, quibus se, si eas prompsisset atque in medium posuisset, admirabilem & clarum fieri posse credebat, ut qui sublimiora & profundiora ceteris cognosceret atq; meditaretur, Voluit esse neutralis atq; scepticus, publiceq; testatur se se neg. cum Papistis, neg. cum Lutheranis sentire eo quod in vrisq;, quod ad doctrinam, ceremonias, totiusq; religionis constitutionem, plurima desideraret, praebent etiam ei occasionem Anabaptista, coelestes Propheta ac Fanatici, similiter nouam & absolutiorem Ecclesiae formam, quam a Luthero seruo Dei adornabatur, molien-*

ter,

tes, eamq; ad rem suos raptus, ecstases, somnia, visiones ostentans, quibus cum ille initio colludit atq; confusus rrat. Incipit igitur Schwenckfeldius hinc inde discurrere per Silesiam, multosque tentare ac sollicitare, ut perfectionem quam ceteri Ecclesiae statim mente conciperent, instillat quibusdam suas speciosas ac mirificas cogitationes, quibus fucum, non tantum sua loquentia, sed etiam productis & mirum in modum detortis sacrae scripturae testimoniis, facit, & quidem aliquos fascinat, suãq; quasi reti implicat: inter quos est Valentinus Krautwald. Canonicus Lignicensis, vir, ut videtur, simplex & amans religionis, & Iohannes Sigismundus Verner, Pastor Lignicensis, & alii hinc inde nonnulli, quos sua illa hypocrisis & loquentia infatuauerat.

Quia autem contemptim & scandalose de predicatione totoq; ministerio verbi diuini loqueretur, ac noua dogmata de coena Domini proferret ac disseminaret, quibus Ecclesiae scandalizabatur & turbabatur, ideo per recte sentientes aliquoties monetur, instruitur, docetur, sed pro suo fastu contemptis omnibus peruicaciter pergit, atque ad eum modum efferuescit ipsius factio, nouandarũq; rerum studium, ut a Principe Lignicensi Friderico inberetur Silesia exire, tãquam dux & fax nouae istius cohortis Sacramentariae & Enthusiasticae. Hanc autem explosionem postea in suis scriptis passim queritur, seseq; excalem Christi esse iactitat, ut & plerique alii Fanatici factitare solent.

Ante-

Antequam autem alia commemoremus, quæ subsecuta sunt, lectori gustum aliquem dogmatum, quæ iste nouus spiritus variis in locis singulari studio & arte disseminare molitus est, id quæ strictissimè, exhibendum esse censemus. In primis autem docuit atque contendit voce & scriptis.

Per externum verbum Dei Ministerium & predicationem homines non conuerti, regenerari, saluari: Absq; eo etiam homines saluari posse. Non esse homines obligatos ad audiendam predicationem. Externam predicationem nõ pertingere ad cor, ac tantum herere in externis sensibus, testificari duntaxat de Christo. Fidem aliã non esse & predicationem verbi, nisi historicam. Neg; esse fidẽ accidens aut qualitatem, sed ipsam Dei essentiam. Sacram scripturam non esse verbum Dei, & verbum Dei non esse aliud, quam substantiale, nempe Christum. Carnem Christi non fuisse, neq; iam in glorificatione existere creaturam. Carnem Christi non esse specie Turcarum, aut aliorum hominum carnis similem. Carnem Christi, natura ipsius diuina, iam in gloria exaequatam esse essentia & virtute, ita ut idem prorsus sit quod Deus, nec tamen amiserit si am humanitatem. Dona Sp. sancti, ut sunt iustitia, pax, lætitia conscientia & similia, esse meras essentias Dei. Deum Patrem loqui se & Filium, & Spiritum sanctum, Filium loqui se, Patrem & Spiritum sanctum. Spiritum sanctum loqui se, Patrem & Filium. Legem Dei renatis esse possibilem, facilem, & suauem factum. Iustitiã nostram

nostram coram Deo, esse ESSENTIALEM Dei iustitiam. Remissionem peccatorum non esse nostram coram Deo iustitiam. Renouationem esse partem iustitiæ coram Deo. Fide & operibus nos iustificari. Non sola nos fide iustificari. Antequam passum Christum, in veteri Testamẽto, neminem habuisse iustitiam, remissionem peccatorum, nec cœlum intrasse. Omnes Patres veteris Testamenti ante Christum, venisse in infernum, ibique deventos, vsq; ad Christi resurrectionem. Conuersionem hominũ, non fieri ex verbo Dei lecto aut predicato, sed Deo intus in corde sine medio operato. Ministros seu predicatores verbi Lutheranos omnes, pertinere ad hoc dictum: Currebãt & non mittebam eos. Quemlibet Spiritu incitatũ posse alius predicare, licet non habeat externam vocationem. Predicatores mala vita, licet recte doceant, tamen nihil fructus sua doctrina adferre. B. ptismo externo non regenerari aut saluari homines. In cœna DOMINI non esse corpus Christi presens, sed in cœlo tantum contineri. Verba cœna: Hoc est corpus meum, nouo modo interpretatur, sic scilicet, Corpus meum est hoc, scilicet quiddam spirituale.

Pronunciat: Nullum Sacramentum rectè tractari, & nullum in suo vero intellectu usurpari, neq; apud Papistas, neque apud Lutheranos. In Epist. ad Vratislau. Episc.

Cum autem propter collusionem cum Sacramentalis & Anabaptistis in suspitione adduceretur ac reprehenderetur, publice signi-

significat, se à Papistis, Lutheranis, Sacramentariis, & Anabaptistis dissentire, quædam tamen in qualibet secta approbat, & suam novam ac singularem religionis ideam spirat. Interdum tamen ait, se adhuc inquirere certiora. Interdum verò ait, se in quibusdam suspendere assensum, ac diligentius rei veritatem inquiturum, ac revelationem diuinam expectaturum. Totis autem viribus passim spiritualitatem crepat, non pendendum scilicet ex verbo externo, eiusque prædicatione, interiora potius esse spectanda, quæ Deus absque medio instillet, & ideo esse preces faciendas, ut Deus interiorum illuminationem largiatur, nihilominus verò legenda esse Biblica scripta, quibus externus homo erudiatur.

» Cæterum non carnaliter, sed SPIRITUALITER ea omnia esse æstimanda & iudicanda, ac passim vrget sanctitatem in externa vita, sobrietatem, beneficentiam, patientiam & similia, idque etiam posthabitis sacris & publicis conuentibus, concionibus & sacramentis.

Ex Silesia itaque profligatus, iamq; publice notatus atro carbone, tanquam homo fanaticus, turbulētus & blasphemus, vagabundus hinc inde per Germaniam oberrat, ipsum quoque Lutherum accedens, sui que capitis deliramenta apud ipsum depromens, audit autem tum ab ipso, tum ab aliis necessarias communes actiones & institutiones, ne somnia capitis sui sequatur, neue fastidiat prædicationem

dicacionē verbi licet fructus pariter in omnibus ab ipso non conspiciantur, apud aliquos tamen prædicatum verbum, absque omni dubitatione afferre fructus, Christum ipsum suis concionibus non conuertisse omnes, & quidem in parabola de semine, varietatem audientium prædicatū Dei verbum, ob oculos quasi depinxisse. Sic & in cæteris regionibus à viris doctis & piis accipiebat peripicuas & graues admonitiones: Sed frontē iam perfricuerat, suo spiritu inflatus Schtuenckfeldius, & penes se omnino decreuerat, quod vellent omnibus modis inclarescere, aliisque laudem reformatæ Ecclesiæ, quo posset impetu, præripere. Pergit igitur vndique, vacantes & perpuratas domos peruagando. In cultissimum autem & frequentissimum Germaniæ locum sese conferens, Sueuiam & vicina loca potissimum peragrat, passim sollicitando viros doctos atque indoctos, mulieres & virgines, sicubi ad stipulatores suarum opinionationum nancisci queat. Adit igitur Nornbergam, Augustam Vindelicorum, Argentoratum, Ulmam, Tubingam, & alia loca, in quibus & priuatim quos potest, in domibus imbuat suis opinionibus, ac mirificè homines fascinat, ac reprehendit prædicatores verbi, quod male docerent, male viuerent, & nemo ex ipsorum concionibus melior effici posset: Se verò affirmat, spiritum docere intus operantem, & oportere homines sanctè iuxta

spiritum viuere, alioquin sine probitate vitæ
 // neminem coram Deo iustum fieri posse, non-
 // dum rectè Baptismum neque cœnâ Domini
 administrari, abstinendum esse ab vfu cœnæ,
 donec vera doctrina de ea, Deo singulariter
 eam in cordibus hominam, sine medio lecti
 aut prædicati verbi reuelante ac monstrante,
 // innotescat. Hac igitur arte non paucos multis
 in locis, parum scilicet attentos aut firmos in
 religione, dementat. Scripta etiam quædam
 in prompau habet, quæ spontè exhibet atque
 obtrudit: Imò & concionatoribus insinuat,
 vt quasi pomum contentionis in medium
 proiciat, quosdam turbet, quosdam etiam
 incautos in suam quasi nassam pertrahat.

Ac Argentorati quidem VVolfgangum
 Capitonem non nihil infatuat, vt is libellum
 Schuuenckfeldii sua præfatione ornatum, e-
 mitteret in vulgus, Anno 1529. Sic autem Ca-
 pito ibi scribit: *Zuvinglius, est, pro significat*
interpretatur: Oecolampadius, corpus pro figura
corporis: Schuuenckfeld: Hoc, pro spirituali indi-
catione, vt mens ab aeterno ad cœlestem panem,
traducatur, qui est ipsemet Christus, Iohann. 6.
 Sic etiam Tigurini eius quendam libellum
 excuderunt.

Vlmæ, cum Martino Frechto coram Sena-
 toribus de sua doctrina conflictatur, grauissi-
 misq; argumentis & explicatione dictorū Sa-
 cræscripturæ conuictus, tamen nihil de suis
 Fanatistis remittit, sed præfata cœnæ pergit eos
 tueri

tueri ac disseminare omnes, spiritu suo ipsam
 fortiter extimulante, atque impellente.

Augustæ autem Vindelicorū potissimum
 sedem figit, licet subinde tanq̃ Apostolus, hîc
 inde curritans, vbi potest, semina suorum de-
 liramentorum iacit, Augustæ igitur in primis
 homines nonnullos fîcta sua sanctitate, ver-
 bosa loquêtia, & reprehensione prædicatorū
 ac prædicati verbi, miserabiliter fascinat ac se-
 ducit. Domi intra parietes, clam & furim agit //
 conuentus, ibiq; concionatorè more Fanati- //
 corū, absq; legitima vocatione agens, mirificè //
 extollit spiritum, sine medio verbi prædicati, //
 intus agentè in cordib. humanis, spiritu quoq; //
 sanctè & castè viuendum clamorè contendit,
 neq; esse necessariū asseuerat, vt prædicatores
 verbi audiâtur, vel cœnâ vsurpetur præsertim
 in tantis dissensionib. docentiū. Neq; verò vi-
 ros solùm, ista sua grâdi loquentia & spirituo-
 sitate infatuat, sed etiã miseris mulierculas,
 virgines, ancillas suis errorib. implicat, ac ve-
 rè, q̃ Paulus de seductorib. narrat, domos pe-
 netrat, vt mulierculas imperitas suis errorib.
 inuoluat. Et quia iactitabat se p̃cipuè asserto-
 rem esse gloriæ carnis Christi in glorificatio-
 ne, quã alii prædicatores negligenter, aut etiã
 impugnarêt (idq; ex peculiari Dei reuelatio-
 ne q̃ sibi ipsi mirū videretur) vt ipsemet scri-
 bit, ideo suam Ecclesiam specioso nomine in-
 signiebat, *confessorum gloria Christi.*

Ait, se nondū habere Ecclesiam, sed cœtus,

C 2 in qui-

in quibus de doctrina conferant, & orent: Satis autem reuelata doctrina, tum Ecclesiam secururam. *Schuenck. de vocat.*

Non solū autē plurimas submittit epistolas ad viros, fœminas, virgines, vbi quidem putat sua dogmata aliquid habere loci, atque in iis sibi iudicium de grauissimis doctrinæ Christianæ articulis sumit, mirabiliter dicta scripturæ luculenta, ad suas fanaticas opiniones deflectit, inprimisque contendit, spirituale iudicium adhibendum esse, literalem intellectum nihil habere ponderis: Sed etiam libellos libinde in publicum edit nō paucos quibus capitulis sui somnia patefacit, quæ ipso tacente, nemo potuisset vel per somnium quidem concipere aut diuinare.

Anno 1556 scribit Schuenckfeld. se intra virginti octo annos, plus quam quinquaginta libellos typis vulgasse, item, se in superiori Germania ultra viginti annos vixisse. *Schuenck. in responsione ad Philippi scriptum Hœrsbergensē.*

Sunt autem vno tomo, post ipsius obitum, vt quidem præ se fert hoc opus, isti libelli euulgati.

1. Confessio & ratio precipuorum capitum Christiana fidei. 2. Ratio vocationis sue & doctrinae. 3. Epistola de fide & agnitione sanctæ Trinitatis. 4. Exhortatio ad verā saluificā Christi agnitionem. 5. Confessio & expositio agnitionis Christi & diuina eius maiestatis, tribus partibus consistens. 6. De Euangelio & eiusdem abusu. 7. De peccato & gra-

& gratia, Adamo & Christo. 8. Epistola de Iustificatione hominis peccatoris. 9. De diuina filiatione, & gloria integri filii Dei Iesu Christi. 10. Testimonia ex nouo Testamento, de diuina maiestate Christi & carnis eius. 11. Epistola de saluificatione agnitione Christi, de duobus in ipso naturis, & precipue de gloria carnis Christi. 12. Summarium de duplici statu, officio & agnitione Christi secundum carnem & secundum spiritum. 13. Tres Epistole de agnitione Christitam in cruce quam in maiestate. 14. De aeterna Dei substantia, & quantum a creata substantia creaturarum differat. 15. Catechismus de verbo crucis, & de discrimine verbi, spiritus & literæ. 16. Theologia Germanica. 17. De triplici vita hominis, & quam sit vera Christiana vita. 18. De pugna Christianorum. 19. Summarium de Christiano certamine, & de conscientia. 20. de Cœlesti medicina Christi, veri medici, ad salutem aeternam, miseri perditig hominis. 21. De Christiano homine, illius natura & origine. 22. De remissione peccatorum. 23. De libertate fidei, Christiana doctrina, iudicii & conscientie. 24. Breuis confessio de Christo filio Dei, & sacramento corporis & sanguinis Christi, addita protestatione contra omnes errores.

Præter hosce autem libellos, plures adhuc alii ab ipso publicati sunt, vt de externo verbo, de verbo Dei, Responso ad Philippi scriptum: Iudiciū, Valet. Apologia contra Fabium: Apologia ad regem Vngaria, de Mediatione. De cursu verbi, in Psalmos aliquot. Postilla sub nomine VVerneri, &c.

Est etiam nouus Tomus epistolarū ipsius impressus & editus, continens epistolas centum, quarum pleræque iusti voluminis instar esse possunt.

Rationem autem scribendi hanc obtinebat, Schuuenckfeldius, vt ordinem rerum iustum non obseruaret, sed plurima coaceruaret, licet capita quædam distingueret. Multas igitur propositiones constituit, neque vnam doctrinam ordine & integrè exponit aut declarat. Sunt igitur mutilæ, truncatæ, laceræ, ac disiectæ partes in ipsius scriptis, raras ponit definitiones, easque tam monstrosas, vt horrorem legentibus incutiant, vt, quodd *Euangelium sit essentia Dei, Fides sit essentia Dei, iustitia sit essentia Dei, latitudo in corde sit essentia Dei, &c.* Scripturas per crines quasi magna violentia ad suos errores palliandos pertrahit, portentosum suum intellectum tantummodo excusans suo spiritali intellectu, quem alii ignorarent, simplicem & apertum scripturæ sensum amplectentes & sequentes. Dialecticam & Rhetoricam fastidiebat & sugillabat, quia ipse erat artium ignarus. Germanico autem idiomate vtatur ferè semper, quia in latino parum erat exercitatus, & cum mediocriter esset facundus, etiam in scriptione, sua siue loquentia siue fertilitate etiam non paucis imponebat, vt quidem est humana natura mendax, teste Sacra scriptura, ac facillime vanas & monstrosas sententias ample-

amplectitur, quo quidem & accedit Satan, pater mendaciorum, qui in filiis diffidentia, vt loquitur Paulus efficax & potens est.

Subinde autem Schuuenckfeldius in suis scriptis mordet alios à se dissidentes, vel quos putat suis molitionib. nonnihil obstarè posse, eisque audacter derogat spiritum scientiæ & iudicii. Singulari autem studio & arte passim carpit prædicatores verbi, nunc uocationem ipsorum exhibendo, quod pertineant ad hoc dictum: *Currebant, & non mittebam eos*, nunc inscitiam rerum sacrarum ipsis improbrando, nunc vitam & mores ipsorum incessendo, nunc arrogantia & erroris ipsos in simulando, quod nimirum sibi arrogarent, suoque predicato verbo attribuerent, quod esset solius Dei, eaque in re gloriæ Dei nefarie derogarent, literam pro spiritu, creaturam pro creatore venditarent, homines seducere ac perderent, nihilque boni ex ipsorum prædicationibus proueniret. Hæc enim norat iste artifex, suo vulgari theatro esse plaussibilia & grata.

Criminatur & vellicat in omnibus ferè libris doctrinam, Ministerium, & cultus Dei, in reformatis Ecclesiis, quæ ex Papatu egressæ sunt eiq; valedixerunt, institutos, & ait, nondum rectè doceri, nondum omnia rectè constituta. In primis verò *in libro de triplici vita*, somnium capitis sui plenis buccis promit ac

prophetat: restare scilicet reformationem Ecclesie Christi adhuc allam, qua sit *MEDIA* inter Papisticam & Lutheranam futura, idque somnium molitur ex visionibus Apocalypticis ostendere. Sed pii facile istius spiritus intentionem perspiciunt, nimirum quod patefactionem Antichristi Romani, & reuelationem Evangelii Iesu Christi, factam à Christo per ministerium Lutheri, vult eludere, irridere, euettere, vt scilicet noua, alia, ad caput istius Fanatici formata Ecclesia à stolidis hominibus expectetur. Veniet autē breui absq; omni dubitatione Christus Iesus, suamque Ecclesiam ad se transferet in æterna gaudia, Antichristo prorsus destructo, & in infernum deturbato. Hic autē in terris, non dabit aliud verbum, quàm hoc quod nunc habemus, nec fiet alia reformatio Ecclesie ab Antichristo reuelato egressæ, quàm ista præsens.

Mendacia affingit toti Ecclesie nostræ, quod doceat *predicatum verbum, esse ipsummet substantiale Dei verbum*: Quod doceat, *Carnem Christi non esse glorificatam*. Quod doceat, *Hominem renatum non habere liberum arbitrium*. Quod doceat, *Deum non habitare in credentibus*: Quod doceat, *Iustificationem non debere sequi bona opera*: Quod doceat, *Simpliciter bona opera nihil prodesse*: Quod doceat, *predicationem verbi efficacem esse sine Deo, Baptismum, aquam & verbum hominis, regenerare hominem, non ipsum Deum*: Quod doceat,

Corpus

Corpus Christi non esse in cælis, sed locis alligatum hic & illic, & similia multa, quæ sunt puta, pura, & crassa mendacia.

Lutherus autē præcipuè ipsi sudas in oculis, quod dicitur, passim itaque quacunque occasione arrepta, eum proscindit, veilicat, dedecorat in suis scriptis, quia scilicet spiritus Scouenckfeldii sentiebat, istum virum diuinitus excitatum esse, ad reuelandos ac refellendos errores Antichristi Romani, & aliorum Fanaticorum, eiusque stylum & ipse extimescebat, neq; obscure cernebat, Luthero stante Schuuenckfeldium cum suis dilirationibus iacere in stercore, licet aliquos suis fordidibus fœdè commacularet. *Lutherum itaque ait, nunquam rectè cognouisse naturam fidei, deesse ipsi spirituale iudicium. libro de abusu Euang.* Accusat Lutherum quod doceat *vnbescheiden/imprudenter, fide nos à peccatis absolutos, eumque falsò criminatur quasi de noua obedientia seu vitæ emendatione, nihil prorsus doceat. Schuuenck. de Euang.*

Reprehendit Lutheri versionem, Rom. 10. Vbi Paulus dicat: *Fides ex auditu est*. Lutherum autem interpretatum: *Der Glaube kompt auß der Predig*. Item Galat. 3. *Spiritum ex auditu fidei accepistis*. Lutherum sic reddere: *Durch die Predig vom Glauben*. Atq; non idem esse auditum & prædicationē. *Schuuenck, in præfat. de Euangelio*. Irridet Lutherum quod alicubi queratur homines patefacto Euange-

lio, ac solutis vinculis captiuitatis Papisticæ, fieri eff. enatiores ac deteriores. Et sic iste spiritus calumniator, quod Lutherus particulariter effatus est, vniuersaliter interpretatur. Nam etsi apud multos vox Euangelii, quasi in viâ tritam, aut filices, aut spinas cadit, tamê res ipsa testatur, q̄ aliqui homines aucto Euangelio, serid pœnitentiâ agant, fructus afferentes in vera patientia. Tandem non veretur in ista verba erumpere: *Cum Luthero nolo esse aut stare, aut eius Sacramentis uti*, Epist. 87.

Subindê tamen libros suos Luthero missitat, inuito q̄; etiam obtrudit, vt nimirum eum magis affligeret, licet præterderet, se id facere monitionis gratia. Suas enim cogitationes ad reformationem Ecclesię summopere esse necessarias censebat. Cum autem Satenæ molitiones haud ignoraret Lutherus, tabellario Schuuenckfeldii, satis improbè, vt habebat in mandatis, vrgenti vt scriptam responsionê impetraret eiusmodi schedam tradit: *Mitabellarie, chare homo, renüciabis Casparo Schuuenckfeld. Domino tuo, me literas & libellum à te accepisse. Vtinam verò tandem cessaret. Nam si in Stlesia iam antea incendium exuscitauit aduersus cœnam sacram, quod non est relictum, atq; super ipsum ardebit in perpetuû. Insuper autê pergit suo Eutybianismo & creaturalitate, quibus Ecclesiam turbat, cum tamê ipsi nihil quicquam à Deo sit demandatum, nec sit ab eo vocatus. Et insanus morio à Diabolo obsessus, nihil intelli-*

git.

git, nec scit quid nam lallet, nihilominus autem sine facere nescit. Quare me suis libris, quos Diabolus ex ipso vomit & cacat, prorsus missum faciat, & hoc ultimum à me iudicium ac respõsum auferat: increpet Dominus te Satan, & sit spiritus tuus, qui vocauit te, & cursus tuus quo curris, & omnes, qui participant tibi Sacramentariis & Zuingliani tecum, & cum vestris blasphemis, in perditionem sicut scriptum est: *Currebant, & non mittebam eos, loquebantur, & nihil mandaui eis.* 1545.

Visum est autem adhuc vnum aut alterum testimonium aduersus Schuuenckfeldiû, ex Luthero ascribere: in *explicatione 17. cap. Iohannis* sup hæc verba: *Ich bitt nicht allein für sie / sondern auch für die / so durch ihr Wort an mich glâuben werden. Vnd merck diesen Text eben / wie Christus der Apostel Predigt / hebt vnd preysset / daß wir dadurch müssen zu jm kommen vnd glâuben. Den dawieder jhe ein Teuffels geschmeiß / durch seine Kottengeister / die da lehren das eusserliche Wort veracht / vnd gebê für / der Geist müsse es alles allein thû / eusserliche Ding / Reichê vnd mündliche Predig / sey nichts nûß zu glâubê im Herzen / der innerliche Mensch müsse ein innerlich Wort habê / &c. Den selbê eüngenestern schreibe nur diesen Text (die durch jr Wort an mich glâuben werden) für die Nasen / mit grossen Buchstaben / vnd frage doch / Ob das Wort (Glâuben) zusehe dem innerlichen oder eusserlichen Menschen / Oder ob die Aposteln eusser-*

eussertlich oder innerlich Wort gepredigt haben? So können sie ja nicht leugnen / daß diß Wort (glauben) welchs ist allein des Hergens vnd innerlichen Menschen / vnd (durch ihr Wort) zusammen gehören / vnd einen innerlichen Menschen machen / denn das heist ein innerlicher Mensch / der da gläubet / vnd seines Hergens zuversicht gang vnd gar auff Gott sehet / Eussertlich aber heist / der da isst vñ trincket / siehet / höret / gehet / stehet / erbeitet / sonst ob so geberdet / vnd mit allerley Werck des Leibs vmbgehet. Der Glaub aber ist kein werck des Leibs / als Ohren / Müds / Händ oder Füße / sondern des aller inwendigsten Grund des Hergens. Weil nun Christus saag / sie sollen gläuben / das ist / innerliche oder Geistliche Menschen werden / durch der Apoffel Wort / so folget je vnwidersprechlich / daß solch Wort nicht diene zum Eussertlichen / sondern zum innerlichen Menschen / vnd ist nichts daß sie greiffen / ~~mündlich Wort oder Predig sey nichts nütz / ohn zu einem eussertlichen Zeugniß oder Bekendniß des innerlichen Menschen.~~ Sprechen sie aber: Wenn das eussertliche Wort solches schafftere / so müßten sie alle gläubig vñnd selig werden / die es hören. Antwort / des müßten sie Danck haben / denn es heist schon halb bekennet / daß sie nicht können leugnen / daß dennoch etliche gläuben / denn so sagen wir auch / Ob gleich mit alle gläuben / dennoch findt ihr viel die da gläuben / Sagt doch Christus auch nicht / daß sie alle gläuben werden. Aber daher folget nicht /

nicht / daß darumb niemand gläubte / was ist denn nun geredt / daß sie folgen vnd schliesen wölen / Sie gläuben nicht alle / darumb komme der Glaub nicht durchs Wort? So wolt ich auch folge vnd gauckeln / sie sind nicht alle gehorsam / Fürsten / Oberherren oder Eltern / darumb muß kein Oberkeit / Fürsten noch Elternstand / nütz oder noth / vñnd Gottes Gebott vmbsonst sein. Darumb kehren wirs vmb / vnd sagen also / wir wissen das etliche gläuben / die das Wort hören / vnd können durch viel Sprüche vnd Exempel der Schrift beweisen / darumb schließent wir / daß das Wort nütz vnd noth sey / nicht zum Ohren allein / sondern auch zum Hergen oder innerlichen Menschen. Daß aber etliche nicht gläuben / ob sie gleich das Wort hören / das nimt darun dem Wort nichts / sondern bleibet gleich / wol war / das es das Mittel sey / dadurch der Glaube ins Herg kompt / vnd ohn dasselbig niemand gläuben kan.

Et in breui confessione Tom. 8. Derhalb ben mirs gleich nicht wenig befrembdet / vnd mit Gedanken macht / daß Schwencckfeld so kühn vnd kühn ist worden / sich mit Schrifften vñnd Büchern an mich zu machen / weil er weiß oder ja wissen solt / daß er mein vnversöhnetter Feind ist. Erstlich in dieser Sachen des heyligen Sacraments / welchs er in der Schlesien zu eytel Brot vñnd Wein gemacht hat / so viel tausent Seelen verführet / dafür kein Bussfe gethan / Sondern wie Salomon sagt: *Exultat in rebus possi-*

peffimis. Als hette er wol gethan / vnd doch / gedencet / der Luther müffe seiner Brieffe vnd Bücher fro werden. Denn darauß solte wol ein Wahn erwachffen / als were der Luther mit dem Schwencckfeld vnd den Schwermern gut eins / vnd hette alles widerruffen / nemmen vnd gebett einander Brieffe vnd Bücher / als gute Freunde / *re.* Item *ibidem.* Der vierdie Stenckfeld ließ sich düncken / sein Stanck were thesem in aller Welt / bracht auff den vierden H. Geist diese Regel : Man muß diese Wort (das ist mein Leib) auß den Augen thun / denn sie hindern den geistlichen Verstand / diese Regel muß du wol merckē wilt du ein Theologus werden / nemlich / wo die hellen Wort Gottes deinen Verstand hindern / daß du einen andern suchest / der dir gefalle / vnd denn sagest / Es sey der heilige Geist / darnach die Wort ordnest vnd deuttest / wie dichs gut düncket. Als hie mußu zuvor den hohen geistlichen Verstand fassen / das Brot / Brot sey / Wein / Wein sey / welchs kein Papist noch Luther jemals verstandē hat / auch kein Becker noch Krämer. Vnd demnach de Text also machē / das hinderst zu förderst sehen / Nemlich / Nemmer hin vnd esser mein Leib / der für euch gegeben wird / ist das (vernim̄ eine geistliche Speise.) Da hast dus / gehe nun hin vnd sage / daß Stenckfeld nit den H. Geist habe / weit ober die drey heilige Geister / Carlstadt / Zwingels vnd Decolomads. Hactenus Lutherus, sed in aquam, quod dicitur, hisee tam grauibus iudiciis, Lutherus percussit. Nam factus rabio-

for Schuuenckfeldius, magis suis inuectiuis & blasphemis seuire perrexit.

In Sueuia autem & Heluetia aliisq; locis non defuerūt, qui ipsam de nefandis dogmatibus & molitionib. ipsius, satis grauitur monerent, & libellis quoq; editis deterrerēt, verum Æthiopem dealbare molitūr, vt habet prouerbiū. Persistit enim frōre ærea & corde adamantino in suis errorib. omnib. iste fanaticus spiritus, quos quidē clādestinis conuentib. hinc inde vltorius disseminare nō desistit. In primis autē *Ioachimus Vadianus Antilogiā* ei obicit, in decimq; tredecim errorum ipsius publicat, cuius quidē viri scripta, cū vehemētissimē tū vrebant, id q; in suis responsionibus nequaquā dissimulat. *Bullinger* autē *Extractam*, ex Vadiani latino libro, germanicum profert. Refutarunt quoq; eius p̄stigias passim in suis libris *Bucerus, Calvinus, Blaurerus, Petr. Martyr, Beza, Musculus, Frechtus, Simon etiā Gryneus* eum scripto monebat, verū absq; fructu, *Sebastianus Coccys, Iacob. Andrea, Daniel Tossanus & alii.* In Hassia *Coruinus & Kymeus.* In Saxonia passim in suis scriptis *Lutherus, Melanthon, Matthias Illyricus*, qui aliquot libellis Schuuenckfeldii errores retrudit: *Nicolaus Gallus, D. Maior, & alii.* In Silesia *Hieronymus Wittich, Iohan. Gigas, Laurentius Hartenrafft & alii.* *Iohan. Brentius* in prefatione libelli *Sebastiani Cocci* inquit: Plus est laboris in excerptenda sententia Schuuenckfeldii ex ipsius

ipsius figuratis, imò perplexis verbis, quam in ea refutanda.

Quemadmodū autē canis peregrinus, domos & culinas eas venatū ingressus, ad canes & homines ipsum exigētes dentes exerit, frēdet, ac vellicat quos potest, ita Schuueckfeldius tantum abest, vt salutaribus monitionibus locum præbuerit vllum, vt etiam responsiones emiserit valde dentatas ac virulentas, ac gloriatus sit se non esse euictum, imò sua dogmata adhuc immota consistere. Vicissim autem suis aduersariis, non veretur palam impingere atque adscribere errores, vt Helueticis theologis vicissim istos errores obiiicit.

1. *Quod negent, totum Christum etiam iuxta naturam humanam esse Dei filium, & dicant: Christum iuxta naturam diuinam, natum esse ex substantia Patris, iuxta humanam verò naturam esse creaturam, non ex Dei substantia, sed ex carne Mariae natum.*
2. *Quod affirmant, Christum iuxta naturam humanam non pertinere in essentiam diuinam Trinitatis.*
3. *Quod negent, Christum esse adorandum iuxta vtrāq; naturam.*
4. *Quod negent, Christi carnem viuificare, sed id tantum vti lo competere, contra, Iohan. 6.*
5. *Quod Christo in gloria tribuunt duas inaequales naturas, duas inaequales voluntates.*
6. *Quod negent, Christum secundum humanitatem,*

nitatem, dare Spiritum sanctum, remissionem peccatorum, vitam aut salutem.

7. *Quod negent, iustificationem peccatoris esse opus vtriusq; naturae in Christo.*

8. *Quod negent ἀνοθεωv Deificationem hominis in Christo, & nolint admittere, quòd idem sit, Dominum esse caeli & terra, & Deum esse, Stenckfeld. in confes. mag. i. part.*

Eadem ratione & reliquos sibi contradicentes excipit atque tractat. Affirmat eos nihil rerum spiritualium intelligere, pro quo Theologia sibi Philosophiam obiiicere. Vocat eos Theologos nullos, & nomina peculiaria ipsis imponit, subinde eos appellās Vocalistas, qui nimirum vocali verbo tribuerent potētiam saluandi, & Creaturalistas, quia assererent, Carnem Christi in gloria adhuc esse Creaturam. Vnice autem Spiritum vrget, ac vitae externae sanctimoniam. Subinde etiam queritur, se non satis esse auditum, ac prouocat ad ordinarium Theologorum conuētum & colloquium.

Contradictoria tamen subinde ponit, vt quòd Christus sit homo verus, habeat carnem & animam, & tamen subiicit ac contendit, quòd caro Christi non sit creatura.

Iterat saepius, in gloria Christi carnem Christi non esse delectam. Manere certamen, sanguinem, membra, spirationem, &c. & tamen manibus pedibusq; vnice pugnat, Eam Christi carnem in gloria non esse creaturam, & iam esse id quod

Deus est, essentia Deus, & equalis prorsus natus esse illas duas in Christo Naturas, essentia & virtute.

Illyricus etiam peculiari libello complures ei contradictiones ob oculos depinxit, quarum quidam expedire nequirit. Iudiciis insuper publicis, in quibusdam conuentibus sincerorum & celebrium verbi Dei Ministrorum, falsa dogmata & fantasinata Schuuenckfeldii sunt damnata atque explosa, & exiant ei iudicia ad posteritatem, quorum nonnulla hinc diximus adscribenda.

DE VERBO EXTERNO ET MINISTERIO Euangelii contra Casparum Schuuenckfeldium, scriptum in commentu Schmalckaldensi, Anno 1549.

Vagantur passim erronei quidam, inter quos Schuuenckfeldius vel precipuus est, qui abducunt populū à cœtu Ecclesiarū, quæ rectè constitutæ sunt, hoc est, quæ nullos habent idolatricos, & impios cultus, & ubi rectè ac purè tractatur Euangelii doctrina. Cùm autem Deus voluerit Ministerium Euangelii esse publicum, idq; ab omnibus ornari & conservari præceperit, non dubium est, grauitèr offendi Deum contumacia omnium, qui cœtus Ecclesiarū, quæ rectè constitutæ sunt, deserunt, aut alios inde abducunt, sicut Christus inquit: *Qui vos spernit me spernit. Dilceamus ab Eccle-*

Ecclesiis Papæ propter manifestam idololatricam, & impia dogmata plurima, quæ in Papæ Ecclesiis regnant. At nulla vera causa est, quare ministerium in nostris Ecclesiis deferendum sit. Itaq; hortamur omnes pios, vt discant amare Ecclesias suas, & ministerium rectè constitutum non aspernari. Nec audiant fanaticos spiritus, qui deterrent ceteros ab audiendis piis Doctoribus, & vsu Sacramentorum in nostris Ecclesiis. Intelligimus spargi semina Donatistarum. Nam hypocritæ quidam, qui & iusticiam fidei ignorant, & cū sint homines ociosi, veros cultus, hoc est, officia vocationis nec intelligunt nec præstant. Fastidiant cōmunes honestos mores, & simulatione singularis modestiæ & paciētiæ, se ad populū venditant, vituperant ministros Euangelii. Deinde cum cœperint hominū animos, vt sit, notæ & inusitatæ religionis admiratione spargunt falsa dogmata, negant efficacē esse ministerium Euangelii, quod aucti publicè administrant, cum Paulus disertè dixerit de ministerio Euangelii: *Euangelium est potētia Dei, ad salutem omni credenti. Item, Fides ex auditu auditus autem per verbum Dei. Idēd hortamur pios, vt sint vigilantes, nec se ab illis fanaticis & fastuosis hypocritis decipi sināt, sed publicè cum ministerium ament & ornent, sicut docent nos plurimā dicta Sp. S. *Quam dilectam tabernacula tua DOMINE, &c. Quam speciosos pedes Euangelizantium patrem, &c.**

Sunt & alii quidam similes Scepticorum, qui Ecclesias & Ministros vituperant, dum volunt videri nullis addicti partibus. Hi quoque inueniunt applausores. Semper enim grata est vulgo reprehensio gubernatorum. Sciunt autem pii in Ecclesia oportere extare cuiuslibet sinceram confessionem. Sicut inquit Paulus: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Quam quisque iudicat esse Christi Ecclesiam, huic se adiungat, & profiteatur, se eam probare, ne aliorum fidem sua dissimulatione, debilitet. Nec est nisi vnica Christi sponsa Ecclesia, quæ videlicet rectè docet Euangelium, rectè administrat sacramenta, nec habet cultus impios aut idolatricos. Ad hanc vnam pertinent promissiones factæ Ecclesiæ in hac exaudiat Deus inuocantes, in hoc cœtu necesse est esse aliquos Deo placentes. Nec constat hic cœtus ex diuersis sectis, vt *Sebastianus Francus* fingit, qui omnes pariter fingit esse Ecclesiam, *Papistas*, & eos qui nobiscum sentiunt. Hanc fanaticam confusio- nem sciant pii improbandam esse, & meminerint, oportere extare confessionem, quam quisque Ecclesiam probet. Scribit & alia multa *Sebastianus Francus* digna reprehensione. Edidit paradoxa, in quibus & hoc est: *Omnia peccata paria esse.* Etsi autem studet hoc dictum & similia, glossis quibusdam pingere & fucare, tamen hæc præstigia disputationum non vult vitia Ecclesiis. Improprie dicta multos

erro-

errores pariunt. Nec Ecclesia à Zenone, sed à Christo dogmata accepit, qui discernit inter blasphemias & cætera peccata. Item inter peccata sanctorum & impiorum. Multa enim colligit Francus ad scripturæ autoritatem extenuandam, & iubet spiritum quæri amisso verbo. Nos autem retineamus dictum Pauli: *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei.* Nec assentiendum est vllis imaginationibus de Deo & voluntate Dei, sine certo verbo Dei. Hanc verbi Dei & ministerii gloriam omnes pii discant agnoscere & venerari, vt veram & firmam doctrinam & consolationem retineant.

Circumfertur & *Schuenckfeldii* libellus, qui negat humanitatem Christi post resurrectionem, esse creaturam: ac vituperat omnes qui dissentiunt, eosque vocat *Creaturistas*. Nos in Ecclesiis nostris fideliter retinemus symbola Apostolorum, *Nicænum* & *Arhanasii*, & damnamus omnes errores pugnantes cum his symbolis, damnatos à Catholica Ecclesia Christi: Et agnoscimus hæc symbola verè tradita esse in verbo Dei, conscripta per Prophetas & Apostolos. Scimus autem hanc propositionem: *Christus est creatura*, reiectam esse à Catholicis, propterea, quia *Arriani* eam intelligebant de vtraque Natura in Christo, qui negabant, Filium Dei Logon esse Homouision Patri, sed contendebant creatum esse ex nihilo. Sed hoc tempore non disputat *Stenck-*

D 3 feldius

feldius de forma loquendi, sed contendit naturam humanam in Christo non esse creaturam post glorificationem, cum quidem fateatur ante glorificationem fuisse creaturam. Hos impiorum delirium improbamus, & dicimus, humanam naturam in Christo, & esse & manere creaturam. Et Iohannes inquit: *Et verbum caro factum est*. Ita & nos docemus cum tota Ecclesia catholica, Filium Dei Logon coeternum Patri, assumpsisse humanam naturam ex Maria virgine tempore constituto diuinitus, duasque naturas unitas esse, sicut vna persona sit Iesus Christus Filius Dei natus ex Maria virgine. Manet tamen sua proprietates naturis. Diuina est coeterna Patri, Humana est creatura, orta ex semine Abraham, sicut promissio dicit, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Si natura in Christo humana mutata esset in Deitatem, ut fingit Stenckfeldius, iam non benedicerentur in semine Abraham.

Refutatur autem Stenckfeldius multis illustribus testimoniis: Symbolum dicit, *Natus ex Maria virgine*, & deinde, *sedet ad dexteram Dei Patris*, ille idem natus ex Maria virgine, sedet ad dexteram Dei. Et apud Lucam: *Ecce manus & pedes meos, quia ego sum. Contrectate me & videte, Quia spiritus ossa & carnem non habet*. Et Roman. I. *de Filio suo nato ex semine David secundum carnem*. Et si autem & nos inuocamus & predicamus Christum Deum & hominem, sedentem ad dexteram Patris, & agne-

& agnoscimus humanam naturam ineffabili gloria ornata, & immortalis esse: Tamen esse naturam humanam genitam ex Maria virgine, ex semine Abraham affirmamus, ideoque creatam fatemur & predicamus, eoque consolationem habemus in Christo, quia fratrem esse scimus, & os ex ossibus nostris, & Pontificem ex hominibus assumptum, qui perpetuo pro nobis interpellat, ira perpetuo est Pontifex Deus & homo.

Repudiamus igitur delirium Stenckfeldii, qui si fatetur Christum esse Deum & hominem, cur negat humanam naturam esse creaturam: Si vocat creaturam tantum naturam mortalem, cur nouo modo loquitur, & conturbat Ecclesias? Nos creaturam vocamus visitato morem à Deo conditas ex nihilo, & ab his ortas. Haec tenus iudicium, cui subscripserunt sua nomina:

Nicolaus Amsdorffius, Iustus Ionas, Ioannes Bugenhagen Pomeranus, Casparus Cruciger, Philippus Melancthon, Antonius Coruinus, Iohannes Rymens, Balthasar Rhaidus, Iohannes Lennegus, Nicolaus Sconbelius, Martinus Bucerus, Iohannes Amsterodamus.

Anno 1554. in conuentu N A V M. B V R G E N S I eiusmodi à Theologis de Schauëckfeldismo decretum est factum: De Schauëckfeldii scriptis, iudicium est minime

intricatum. De hisce enim articulis manifestè digladiatur:

Deum sese hominibus dare, absque cognitione & meditatione scripti Evangelii. Fingit deinde:

11 *Eam meditationem tantum esse exercitium externi hominis, quemadmodum in Iudaismo exercitia fuerunt non vesci carne snilla, & alia eius generis.*

13 Est autem horribilis contemptus clementissimarum patefactionū diuinarum, & manifesta blasphemia. Expressè enim Paulus inquit: *Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.* Item, *Fides ex auditu.* Verissimū enim est, Deum operari pauorem, & consolationem & vitam per ista media, nempe per meditationem externi seu scripti verbi.

11 Et si autem meditatio nō est efficax sine Deo, tamen manet ista regula immota, Deum operari per verbum, & debemus in Deum istum

11 verum intueri, qui hoc verbum tradidit, atque in eo se reuelauit.

Porro Schuuenekfeldius multis mendaciis nostram Ecclesiam onerat, vtpote de necessitate, de fato. Item blasphematur vehementer quòd in nostris Ecclesiis doceatur, Homines legem Dei implere nō posse, cum tamen non ignoret, quænam addatur à nostris declaratio. Extat autem nostra doctrina Rom. 7. 2. Asturè autem agit, vt & alii nonnulli, non complectitur aut profert integrū doctrinæ corpus, sed tantum vellicat aliquam ex no-

Aris

tris libellis partem, cui suum affricat virus, vt hoc artificio homines à nostra Ecclesia abalienet.

Postea turbati, cum non habeant in promptu integram doctrinæ summam, prorsus à ministerio Ecclesiæ discedunt, nec sunt vilius Ecclesiæ membra. Iam quidem facillè est particulam aliquam excerpere, ac gratum est curiosis, quædam taxari. Errores itaque & mendacia Schuuenekfeldii vno pectore reieicimus, ac debent interdum ministri verbi populum monere atque erudire, vt eiusmodi prestigias vident.

In conuentus Nornbergenis decreto, aduersus Osiandrica dogmata, Anno 1555. etiam ista de Schuuenekfeldio (qui in illis quoque locis circumuagabatur) commonefactio extat: *Es sollen auch die Leut verwarnt werden / sich für Stenckfeldts Schrifften zu hüten / der in vielen Artickeln Irthumb für gibt / vñnd lesetz vnserer Kirchen vnbillich / vñnd brauchet eine Listigkeit / die jekund gewöñtlich ist / leset kein ganz Corpus Christlicher Lehr außgehen / daß man einen Grund von ihm fassen köndte / wie ein trewer Lehrer zu thun schuldig ist / Sondern freuchet in seine Winkel vñnd zwäcket auß Kirchenlehre erliche Stücklein / die er ansicht / Spaltungen anzurichten. Für solchen Nachtraben soll man sich hüten. Durch Gottes Gnade ist die Summa vnserer Lehr / ein Liecht / von allen nötigen Artickeln / vñnd können alle Gottesfürch-*

D s tiger

ige / davon Zeugniß auß Göttlicher Schrifft haben.

B Fürnemlich aber treibe Schwencckfeld auff Verachtung des geschriebene Göttlichen Worts / vnd spricht / Gott wircke nicht durch das eufferliche Wort. Dieses ist öffentlich wider die klaren Sprüche Pauli: *Fides ex auditu*. Item, *Euangelium est potentia Dei ad saluam omnium uerenti*. Item, *Vi spem habeamus per patientiam & consolationem scripturarum*, &c. Vnd ist des Stenckfelds Fantasey dahin gericht / daß man die Leute von betrachtung Göttlicher Schrifft / auff eygene Fantaseyen führe. Es streyttet auch wider diesen warhafftigen vnd nöthigen Trost / durch den Glauben werden wir gerecht / vnd saget von Vergöttung / *ic*. Welches ein Grund allein dieses ist / der Mensch sey gerecht / nicht vmb des Herrn Christi willen / auß Barmherzigkeit / Sonder von wegen der neuen Würckungen oder Tugenden in jm / davon Erinnerung geschehen in den vorigen Articlen dieser Schrifft.

Hie ist allein in kütz diese nöthige Vermanung angehenge / daß sich Gottsförchtige Leute nicht lassen jre macht / auch nicht Spaltungen in diesen Kirchen erregen / durch des Stenckfelds Irthumb vnd Lestern.

Vnd nach dem alle Obrigkeit schuldig sind / Gott zu Ehren / vnd der Menschen Seligkeit zu dienen / reine Christliche Lehre zu pflanzen / vnd Irthumb / Absditterey / vnd Gottsestörung
abzu-

abzuschaffen. Bitten wir auß trewer Christlicher pflicht / sie wöllen jhr Ampt hierin ordentlich brauchen / Gott zu Ehren / vnd ihnen vnd andern Christen / vnd den Nachkommen zu gut / vnd wöllen Christliche Einigkeit in ihren Kirchen / darinnen rechte Lehre gepredigt wirdt / nicht lassen zerühren.

Iudicium oder Urtheil von
des Stenckfeldischen Schwermerey / des getrewen Dieners Christi in der Kirchen zu Braunschweig vnd Hannover.

Den Ehrwürdigen vnd wolgelehrten Herrn / Johann Waando / Superintendenten vnd den andern Dienern des heiligen Euangelii / in der Kirchen zu Magdeburg / vnser freundtlichen lieben Brüdern in Christo.

Gottes Gnade in Christo Jesu / sampt freundtlichen erbieten vnser willigen Dienst vnd fleissigen Gebets zuvoran.

Ehrwürdige / wolgelehrte liebe Herrn vñ Brüder / Es hat der Allmechtige ewige Gott auß sondern Gnaden / mit diesen gar geschwinden schwerzeiten vns bey der reinen Lehr seines liebe Euangelii gar Vnedigtlich erhalten / wie er das selbige nach der Propheet Jesu / durch den Erzhirten

vnd Propheten Jesum Christum seinen lieben
 Son / auß seinem Schoß vom Himmel herab
 ber / Nachmals durch die heiligen Apostel / vnd
 zu jederzeit / durch die heiligen Väter / lehrlich
 aber durch seinen getrewen Diener D. Martinum /
 selbiger offenbarer hat / dafür wir seiner
 grossen Güte vnd Barmherzigkeit immer vnd
 ewiglich Lob vnd Danck sagen / bekennen vns
 auch zur selbigen Lehre hiemit öffentlich / vnd für
 aller Welt / in tröstlicher Hoffnung vnd Zu-
 versicht / der Allmechtige Gott werde vns dabey
 hinfort auch wider das grimmig anlauffen al-
 ler Pforten der Hellen / sampt seiner geliebten
 Kirchen / allhie ganz Väterlich erhalten / wie
 wir denn darumb treulich bitten / vnd ihr so wol
 als fromme Christliche Herzen / sich des zu vns
 gewislich vertrusten vnd versehen sollet. Haben
 vns derhalben nichts auff Erden weniger gefal-
 len lassen / denn die eingeführte Newerung / wun-
 derliche / mancherley seltsame opiniones / schedli-
 che grewliche Kottereien vnd verfälschungen
 Gottes Worts / die den sonderliche nach abster-
 ben des selbigen Mannes Gottes Lutheri / der
 Teuffel gewaltiglich auffgerrieben / vnd vort
 newen seinem Fürhaben mercklichen auffgeblas-
 sen / als wolt er wie mit einer Sündflut damit
 gern die ganze Welt zu grund beschwemmen /
 verderben vnd ersäuffen / damit ja von der ge-
 sunden Lehre nichts auff vnser Nachkommen
 übrig bleibe / sondern mit vns vntergienge.

Wie er denn sonderlich für allen da selbige
 nicht

meisterlich / in der vnstetigen / stinckenden vnter-
 nen Rachel / Caspar Stenckfeld / gleich als
 auß einem Bissen gefasset / vnd durch ihn nicht
 allein die Person / das Ampt Christi / nicht nur
 ein Sacrament oder einen einigen Artickel des
 Glaubens / in sonderheit angetaster / sondern die
 ganze Bibel / vnd damit alles was Gottes Wil-
 le / Meynung / Herz vnd Gedancken sind / in al-
 len Stücken zu gleich angefallen / solche Offen-
 barung vnd Erkentnis in viel vnd manchfal-
 riger Weiß verkleinet / zerlestert / vnd mit Hon-
 sprechen jedermenniglichen gesucht / als einen
 größtlichen Abgott vnd Teuffel auß zu reden /
 vnd zur Seligkeit vnrüchzig zu machen.

Damit er erstlich dem Teuffel seinem Herrn /
 der ihn gesand / raum vnd freyen platz machet /
 hinsünder durch erdichte eygene Treume den
 Leuten vom Glauben vnd aller Seligkeit ein zu-
 blasen / seine heimliche Geisteren / nach gefallen
 vnd aller Herzen Lust / vñ also sein Reich ein zu-
 führen / ohn mennigliches hindernuß / sintemal
 sich nicht die Predig vnd der Glaube nach der //
schrifft sondern die schrift nach dem Glauben
 (wie der Lügner fürgeb) richter vnd schicket muß /
 daruñ daß die Schrift mit Gottes wort (wie er
 auch lestert) vnd also ohn zweiffel auch nicht sein
 Gemüt / Wille / Herz vñ Meynung ist / ob aber
 Gott ohn solchen Willen / ja wider seinen Wil-
 len mit den Leuten handelt / vnd also Gott vnd
 sein Will gescheiden sindt (nach dieses Lügners
 fürgeben) also daß er die Herzen erleuchte / glän-
 big

big vnd selig mache/nic durch die Schrifft / sonder
 dern ohn die Schrifft / vnd alle Mittel. Zum an
 dern weil aber kein wahrer Christus außser dem
 allein / welchen die heiligen Apostel gepredigt /
 1. Cor. 1. vnd 2. Nicht (wie Stenckfeld abermal
 leugnet) ohn Schrifft / sondern / wie er zuvor
 durch die heiligen Propheten verheissen ist von
 Gott in der heiligen Schrifft / Rom. 1. Acto. 10.
 Ja wie er auff Erden hat geboren müssen wer
 den / leyden vnd außserstehen / nach der Schrifft /
 Luc. 24. Vnd aber die Leute zum Glauben
 kommen müssen (nach Stenckfelds Lehre) ohn
Schriff / So bedencke nu / wer anders ein Herr
 im Leibe hat / vnd nicht seiner eygen Seel feind
 ist / was das für ein Christus sey / an dem du
 mit Stenckfeld ohn Schrifft vnd vor aller
 Schrifft gläuben / allen deinen Trost vnd höch
 ste Zuversicht stellen solt / im Leben vnd Ster
 ben.

Dieser Grund stehet fest / wider alle Pforten
 der Hellen / daß / wo keine Schrifft ist / da sey auch
 gewißlich nichts vberal von der heiligen Apostel
 Predigt / wie gehöret /

Wo nichts ist von der Apostel Predigt / da ist
 auch kein Christus / sonst were das Euangelium
 kein mysterium / vnd vmbsonst / das Paulus
 sagt / Wir predigen diesen Mann / ic Wornicht
 Christus ist / da ist auch kein Seligkeit / Matth.
 2. Wo keine Seligkeit ist / da ist auch keine verge
 bung der Sünden / Luc. 7.

Wo keine vergbung der Sünden ist / da ist
 nichts

nichts denn Gottes grimmitiger Zorn / Todt /
 Teuffel vnd Helle / mit ewiger Finsternuß / heu
 len vnd Zerknappen.

Auß dem / vnd andern viel mehr / so wir diß
 mal zu erzehlen vnterwegen lassen / habt jr / Ehr
 würdige vnd wolgelehrte / freundliche liebe Herrn
 vnd Brüder / so wol / als jedermenniglichem wol
 abzunehmen / was wir von Stenckfeld vnd sei
 ner Lehr halten / vnd halten müssen / daß er frey
 lich ein vnfinziger / toller Teuffel ist / vber welchem
 die Helle ihren Rachen auffgesperrt / vnd in vol
 gespeyet hat aller seiner Grundsuppē von Gifft
 vnd Gallen / dauon er auch so voll vnd toll wor
 den / daß er daher kommet / vnd nicht weiß / was
 er geiffert / der ihn abführet / der weiß es gar woll
 wurde ihm auch seinen Lohn geben zu rechter
 Zeit.

Allein daß er muß zuvor / benebē dem Babst /
 vnd andern Schwermern eine Geißel vnd
 Staupbesein des grimmitigen Zorn Gottes
 vom Himmel / zur straffe der vbermachten Bos
 heit / vnd Vnmenschlichen Vndanckbarkeit die
 ser schändten Welt / welche den frommen Gott
 also nötiget vnd dringet zu ihrem Gerichte vnd
 gerechten Urtheil / weil sie in allerley Stenders
 dem lieben Euangelio / vnd damit irem Schöpfer
 vnd Seligmacher feind / ohn daß selbige leiben
 wil / ihres eygen gefallens / ohn alle Scher vnd
 Schā. Besorgen vns auch / den letzte Zorn wer
 den wir / noch niemād auffhalten / sondern wir
 müssen durchbrechen / vnd also gehen / wie es die

Welt

Welt haben will/ so geschichet ihr auch als denn
eben recht. Allein daß wir vnserer Seelen retten/
vnd den frommen vnschuldigen Herken/ wie
wenig auch derer ist/ vnserer Trew vnd Sorgfel-
tigkeit nach Gottes befehle leisten/ so lang es we-
ren kan. Der selbige komme ja mit seinem Jünge-
sten Tag bald / auff daß wir doch ein mal der
Mühseligkeit mögen abkommen / da vns die
Welt vnd Kotzen/ mit ihren vnzüchtige Wan-
del/durstigen Freuel vnd Hochmuth / so sie an
dem lieben frommen Gott vnd seinen vnschul-
digen Wort für vnsern Augen/ohn alle Schew
vnd Scham begehen/vnser arme Herken quelen
vñ martern / Gott erhalte die seine/ vnd erleuch-
te vnser Herken von Tag zu Tag/ je lenger vnd
mehr in Christo Jesu / Amen / auß Braun-
schweig den 14. Februarii/ in 1556. Jar.

Ioachimus Morlin, D. vnd Superinten-
dens

- M. Martinus Kemniz, Coadiutor.
- Henricus Osterat, Senior.
- Henricus Lanpadius.
- M. Ioannes Lafferdes Brusulcensis.
- Conradus Frohlnck.
- Iohannes Caloander.
- Henricus VVendius, ad beatam virginem.
- M. Iohannes Pistorius.
- Iohannes Lentzius.
- M. Geruinus VVitrop.
- M. Henricus Storing.
- Ioannes Gudenus, Heflus.

Theodoricus Meiger.
Iohannes Zanger, Oenipontanus.
Iohannes Ritter.

Vnd wir / die hernachmal geschriebene Die-
ner des heiligen Euangelii in der Kirchen zu
Hannouer/ iudiciren eben der massen / von der
verführischen verdampfte Lehre Caspar Stenck-
feldts/warnen vnd vermanen auch treulich alle
Christliche Herken/sich dafür zu hüten/vnd als
den wütigen Teuffel selbst zu fliehen vnd zu mei-
den. 26. Februarii. Anno 1556.

M. Bartholomæus VVolfhart, Superin-
tendens.

- D. Georgius Scarabeus.
- M. VValderus Hoker.
- Martinus Listrius.
- Iohannes Grelle subscriptic.
- Henricus Bruckamp.
- Iohannes Hoffmeister.

Postremò hic lupus neque pilis neq; cor-
de mutatus, quàm diu in viuus est, vagabun-
dus oberrat; sua deliramenta hinc inde spar-
gendo, & quosdam fascinando. Etsi autem
post ipsius obitum (qui qualis fuerit, non-
dum est reuelatum) nonnihil expiraret eius
fætor, tamen hinc inde zizania ipsius
reliqua manserunt, quæ vt Deus
reprimat, oremus.

•••••

E ILLV-

*ILLVSTRISSIMORVM PRIN-
cipum, ac Dominorum, D. Iohannis Friderici
secundi, Ducis Saxonie, Landgravi Thuring-
giae & Marchionis Misnia, D. Iohannis VVil-
helmi, & Domini Iohannis Friderici, natu
iunioris, fratrum, confessio & censura de
errore Schuuenckfeldii.*

Post confutatum à nobis Seruetum, qui
in essentiam Dei ac diuinitatem Christi
blasphemè impugnat: reliqui da inceps erroris
authores, qui ord. nè sequuntur, ferme omnes,
circa voluntatem & actionem Dei erga nos
deprauandam, & perperam detorquendam
occupantur. Inter quos Stenckfeldius merito
tanquam antesignanus in prima fronte & acie
collocatur. Cæteri enim omnes, quamlibet
peruersi ac pestilentes: tamen corpori Chri-
stianæ doctrinæ parentes, & tanquam voci
diuinæ ac cœlesti, debitum honorè deferentes,
aliquot duntaxat mēbra ipsius corrumpūt &
dilacerant: Solus Stenckfeldius eò effrenis fu-
rotis & impudentiæ, progreditur: vt totum
corpus Christianæ doctrinæ inuadat: & euin-
cere studeat, non esse voluntatem neq; man-
datum Dei, vt nos per exercitiū, ac meditatio-
nem Propheticæ & Apostolicæ scripturæ, Sp-
sancto illustret, & ad se conuertat. Estq; pe-
culiaris fraus & techna Sazanæ: qua id molitur
ac machinatur, vt nos à regia via verbi Dei
auulsos, in devia & præcipitia abducatur.

Ideò

Ideo postquam hæc postremis temporibus
singulari beneficio Dei, animaduertit, per
Lutherum, sanctum Organum Dei ministe-
rium verbi, cū plurimarum animarum lucrifi-
catione, feliciter instaurari: & humanas Pa-
pæ traditiones & εὐλογοποιήσις (quæ in meris
externis ac corporeis reb⁹, vt in obseruatione
locorum, temporum, ciborum, vestium & re-
rum superstitiosè & magicè consecratarum,
cōsistebant) passim abiici, tāquam superstitio-
sas, idololatrias, & salutis perniciosas: ibi sta-
tim Stenckfeldium excitauit: qui se acerrimè
Luthero opponeret: & mundo persuaderet,
Nullum in vniuersum dogma Mosaicum, aut
etiam Propheticum, de doctrina, Sacramen-
tis, aut vllis omnino externis rebus quicquā
cōducere ad salutem: sed per merè spirituales
revelationes, Deum in nuda maiestate quæ-
rendum esse propriis speculationib. & Cory-
banticis Enthusiasticis & somniis. Hoc quid
aliud est, quam scalam cœlitus demissam ac
porre cœlā proteruè desplicere: & per præcipitia
ad inaccessible solum Dei scādere; vel lucem
diuinitus accensam, nefariè extinguere, & in-
anes fumos vendere; Et Ecclesiā Dei vix è Pa-
pæ tenebris eluctatam, in multo densiores re-
trudere; ita, vt in posterum vniuersis dogmati-
bus spoliati, nec vera nec falsa audiamus; sed
simpliciter ipsam nudam ac incomprehensi-
bilem maiestatem Dei scrutantes, tanquam
tentatores Dei in æternum exitium ruamus.

E 2 Estq;

Estque illud Stenckfeldii delirium tanto nocentius, quanto propensiores hominum animos offendit. Est enim ingenium humanum naturaliter curiosum, vagabundum, admirans suam sapientiam ac figmenta, & gaudens licentia, quidnis de Deo comminiscendi: nihilque molestius ac impatientius fert, quam le ministerio verbi, quasi quodam ergastulo, & odioso carcere, inclusum & captū teneri. Sicut secundus Psalmus introducit, mūdum ad vocem Apostolorum fremebundum dicere: *Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum.*

Talis impatientiæ erga ministerium, & vagabundæ curiositatis, in scrutanda voluntate Dei, autores extiterunt primi Parentes in Paradiso: vbi Satanae impulsu non acquiescentes promulgato verbi Dei, & proposito signo veritæ arboris, aliam sapientiam & prudentiam affectarunt: qua ipsis Diis pares euaderent.

Tale venenum semel à Sarana propinatum, & haustum, in omnes posteros propagarunt, ita, vt omnes homines natura proclives sint ad Stenckfeldicam, & Enthusiasticam Matæologiam, contra institutum ministerium. Nec dubium est, quin, sicut Stenckfeldica hæresis statim in exordio mūdi omnium prima prorupit: & omnium malorum initium extitit, ita nunc vergente ad interitum mundo, sit vltimum futurum malum: eoq; in felicitatis ac miseræ res Christiana deuentura, vt mi-

vt ministerium verbi p̄ sua fabula videatur, & contēnatur. Sicut Paul⁹ 2. Tim. 4. de postremis temporibus vaticinans inquit: *Aderit aliquando tēpus, cum sanā doctrinā non sustinebūt.*

Quamobrem Stenckfeldii error aut furor potius, præ omnibus aliis, ac rem confutationem meretur, tanquam blasphemus, in totū corpus doctrinæ Christianæ, & sapientiæ diuinæ, ita, vt meritò quedam communis sententia & colluniæ omnis generis hæresium dici queat. *In Sacramento cœnae Dominicae eundem propemodum errorem cum Zuinglianis foverit actuetur: In articulo Iustificacionis partim Osandro, partim Papisticæ accedit: dum ex Dei essentiali iustitia, & nostra renouatione ac obedientia simul vnā quandam iustitiam constat & consarcinat.* Verum nostri instituti nō est, omnes ipsius errores nūc refellere, quos habet communes cum aliis: Sed tantummodo illos perstringemus, quos de ministerio verbi scripti & vocalis proprios ac peculiare obtinet. Horum tres sunt præcipui.

Primus Stenckfeldii error est, *Quod negat doctrinam, Biblico volumine comprehensam, proprie loquendo, esse verbum Dei: Sed improprie ac figurate per μεταφραση, quando videlicet signum accipitur p̄ resignata: sicut testatur eius libellus, titulo, de sacris literis, capite de discrimine inter sacram scripturam, & verbum Dei, pagina 27. & 28. Item, Libellus de verbo Dei, &c.*

Ad hunc errorem tuendum, Stenckfeldius

armatur testimonio Evangelistæ Iohannis, appellantis Christum Filium Dei λόγος, verbum essentialè: quod Deus Pater ab æterno, cum communicatione totius diuinitatis protulit ac genuit. Vnde Stenckfeldius concludit: *Si Christus est essentialiter verbum Dei: Ergo nullum amplius est verbum Dei, propriè loquendo.* Quis sanæ mentis hic non viderimpiam & blasphemiam, esse Stenckfeldii argumentationem? Nam etsi nullo pio & orthodoxo homini dubium esse potest aut debet, quin Filius Dei seu secunda Persona, vocetur λόγος, verbū, aut sermo, c. 1. Iohan. & 1. Iohan. 1. ac in aliis quibusdam locis: cuius Ethymologiæ rationem iam scrupulosius scrutari non libet (etiã si non ignoremus Patres & scriptores varias causas eius recensere solete) Tamen certissimum est, cœlestem doctrinã in sacris literis comprehensam, verè ac propriè dici & esse verbum Dei.

Hinc enim passim sacræ literæ omnia illa, quæ Deus per Prophetas & Apostolos loquitur, mandat, vel promittit, siue de corporali, siue de æterna vita, vocant verbum Domini: Quale est illud, 1. Samuelis 15. Vbi Samuel regem Saulum increpans, inquit: *Tu transgressus es verbum Dei, quia non deleuisti Amalec.* Similiter Deutero. 2. 4. 5. Vbi, cum non de essentia Filii, sed de externo Dei mandato agatur, necessariò verbum Dei externam doctrinam significat. Vocat Moyses Decalogum

verbum

verbum Dei, tunc lapideis tabulis diuinitus inscriptum, & in posterum passim simbrisi vestium, & postibus ædium, in memoriale ob oculos pingendum. Prophetæ quoque passim suos libros, ac vaticinia nuncupant verbum Dei; & hoc titulo auditores præcipue ad seriam attentionem exuscitant, contra contemptum & somnolentiam. Ideò passim ingeminant has voces: *Audite verbum Domini: Sic dicit Dominus, Esai. 58. Os Domini locutum est.* Item Ieremi. 29. enumeratis pluribus pœnis addit: *Eò quod non audierunt verba mea, dicit Dominus, quæ ego locutus sum ad eos per seruos meos Prophetas, consurgens & mitens, &c.*

Hæc & alia infinita testimonia, nullo modo possunt eludi, tanquam figuratè signum, pro re signata, accipiatur. Dicit enim Apostolus Paulus 1. Thes. 2. *Vos accepistis à nobis sermonem, non tanquam sermonem hominum: sed, sicut verè erat, sermonem Dei.* Hic Paulus disertè affirmat, suum Euangelium esse verbū Dei non figuratè, sed verè ac propriè. Similiter Petrus commendans 2. Pet. 1. Prophetica & Apostolica scripta, inquit: *Habemus firmiorem sermonem Propheticum: cui dum attexitis, cerni incerna apparenti in obscuro loco, restè facitis, donec dies illucescat, & lucifer exorietur in cordibus vestris. Si illud prius noueritis, quod omnis Prophetica scriptura non sit priuata interpretationis. Non enim voluntate hominis*

prolata est olim Prophetia: Sed à Spiritus sancti impulsu locuti sunt sancti Dei hominés.

Est igitur æque blasphemus in Deum, quicumque Stenckfeldico more, scripta Prophetica & Apostolica, negat esse verbum Dei vocale aut dogmaticum: atq; qui ipsum Christum, negat esse verbum Dei essentialia. Idem enim Deus, qui illud verbum, nempe Filium ab æterno genuit, hoc doctrinæ verbum certo tempore etiam protulit, humanoque generi patefecit: vt per id suam voluntatem de nostra salute, virtutem & efficaciam declararet, exerceret, & ad nos deriuaret. Ob quam efficaciam Apostolus Paulus *Rom. i. Euangelium vocat potentiam Dei, ad salutem omni credenti.*

Quamobrem Satan per istum primum Stenckfeldii errorem nihil aliud molitur, quam extremum contemptum Bibliorum & Propheticarum & Apostolicarum concionum, atque aded totius doctrinæ, à Deo ex immensa misericordia generi humano patefactæ. Quam primum enim auditores persuasi sunt, hanc doctrinam non esse verè verbum Dei: tunc statim per Antichesin concludunt: Ergo est mendax, & inane verbum hominis, aut fallax figmentum Satanæ, indignum auditu: Deinde abducuntur homines à Christo saluatore in verbo comprehensibili, ad Christum iudicem extra verbum, incomprehensibilem.

Quem-

Quemadmodum enim Christus in verbo & sacramentis quæsitus, est saluator, & distributor suorum beneficiorum iuxta hæc dicta, *Math. 18. Ubiunq; duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ero in medio ipsorum.* Itæ, *Iohan. 14. Quicumque sermones meos audierit, & serauerit, ad hunc ego, & Pater meus uentemus, & mansionem faciemus.* Ita contra Christus extra verbum inuestigatus, ignis consumens, non nisi seuerus iudex, & omnibus perpetuè incomprehensibilis est. Hinc apud Iohannem *cap. 8.* à Iudæis interrogatus, quis esset, nihil aliud respōdit, quam: *Principio, quod loquor vobis,* Nimirum innuēs, frustra sequari sine verbo in nuda sua essentia, nisi prius in verbo & sacramentis, auditus & comprehensus fuerit.

Secundus error Stenckfeldii est, *Quod negat nostri conuersionem & illustrationem mediati fieri, per exercitium ministerii, sed immediatè à Deo ante usurpatum ministerium, &c.*

Ad hunc errorem statuendum, Stenckfeld.º valdè friuola & leuicula ratione mouetur, scilicet, quod Deus non sit similis homini architecto: qui ad struendam opus habet instrumentis: sed sit creator, qui omnia immediatè per seipsum efficere queat, sine vlla accessione creaturæ, in lib. *De sacris literis, fol. 10. facie. 2.* Item, *fol. 11. facie 2.*

Hic iterum nemo non, saltem communi ratione præditus, intelligit nullam esse consequentiam,

E s

quentiam,

quentiam, Ab omnipotentia Dei, ad eius voluntatem; Non enim Deus omnia agit, quæ potest, ne quidem in corporalivita; multo minus in spirituali. Posset sine parentibus procreare homines, non tamen id facit; sed vtitur ordinato medio coniugii.

Sic posset & nos conuertere ac illustrare sine vlllo auditu verbi, & ministerio Ecclesiæ, saltem per somnia vel Enthusiasmus; non tamen id facit; sed sanxit ministerium verbi & sacramentorum, tanquam suam officinam, & vterum maternum, ad nos spiritualiter concipiendos, regenerandos, & conuertendos.

Hinc passim in sacris literis ministerium vocatur vterus Dei, veluti in *Psalmo 110. Ex utero ante luciferum genuite*, *Esai. 46. Vos portamini in meo utero, & gestamini in meo aluo. Iacob. 1. Progeniuit nos sermone veritatis, ut essemus primitia quadam suarum creaturarum.* Huc alludit David *Psal. 131. Vbi narrat se instar infantis fugentis vbera matris, totum pendisse ex consolatione Sacræ scripturæ, tanquam spirituali alimento animæ, grauissimeque de fide, & æterna salute periclitatum fuisse, quoties extra septa Sacræ scripturæ in speculationes rationis euagatus sit; Domine (inquit) non est exaltatum cor meum, neq; ambulavi in mirabilibus supra me: Quando animã meam non posui, & flere feci, tunc erat animã mea, sicut ablactatus à matre sua.*

Huc pertinent infinita dicta, quæ iubent opera-

operationem Dei, & illustrationem nostri, nõ nisi in verbo scripto & vocali quærere, veluti *Esai. 8. Ad legem & ad testimonium. Quibac non dixerit, non erit ei mantina lux*, id est, qui verbum vocale contempserit; non illustrabitur agnitione diuina, sed peribit in atra nocte ignorantie, & dubitationis de Deo. Huic consonat Apostolus Paulus *Rom. 10. Vbi primo tãquam indubitatum principium de modo adipiscendæ fidei ponit; Fides inquit, ex auditu, Audiuimus autem per verbum Dei.* Deinde mouet quæstionem, tanquam de re profus impossibili & absurda, si quis illustrationem fidei quærat extra externum auditum verbi; *Quomodo, inquit, credent, de quo non audierunt, &c. Tandem seuerissimè prohibens vagabundas & Enthusiasticas imaginationes de Deo, & reuocans nos ad verbũ vocale, inquit; Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei, quod predicamus, &c. Cõprobant idem innumera exempla eorum, qui ex Ethnica idololatria, & cœcitate, ministerio Apostolorũ, ad fidem & veram cognitionem Dei cõuerfi sunt, aded vt Paulus toties iacet, // *se esse cooperarium Dei, & Patrem suorum auditorum, &c. Et si igitur Spiritus S. reuera est causa efficiens principalis nostre conuersionis, & illustrationis: pp eaq; digitus Dei appellatur, q; tanquã Architectus destructos ac carnales reparet & refingat; tamẽ nequaqu; vult excludi mini-**

ministerium tanquam suam officinam & instrumentum: quod negligentes, tam parum illustrantur, atque illi, qui illustrationem efficaciam ministerii ascribunt sine Spiritu sancto. Vtrique enim à media via illustrationis deflectunt: dum alteri solum Architectum sine instrumento; alteri contra instrumentum sine Architecto requirunt.

Media igitur via est incedendum; & copulatio Spiritus sancti cum ministerio nequaquam distrahenda & dirimenda; sed ita arcte & firmiter tenenda est, ut operatio Spiritus sancti in vilo homine expectetur, nisi viurpante ministerium; & contra, ministerium in nemine habeatur efficax, nisi accedente Spiritu sancto: Iuxta hæc dicta, quæ talem connexionem passim comprobant. *Esa. 59. Hoc est fœdus meum cum ipsis, dicit Dominus Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ostium, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui, à generatione, in generationem, amodo usque in seculum.* In his verbis Deus æterno fœdete se erga Ecclesiam obligat, quod velit eam rogare & colligere, per ista duo cõiuncta, videlicet verbum oris, & Spiritum sanctum. *Esa. 55. Sicut pluvia nunquam sine fructu decidit, sed fovendat agrum, & producit frumentum: Ita verbum meum non redibit vacuum, &c. Psalm 8. & Matth. 21.* Inducitur Deus, suam laudem, id est, nostri conversionem, quæ ipsum agnoscimus, & agnitum laudamus, aliter non perficere, nisi

nisi per os infantum, & lactentium Rom. 8. Quos prædestinavit, eosdem etiam vocavit, Palam affirmans, sine vocatione ministerii, neminem ad vitam prædestinari, neque glorificari.

Ex his satis patet secundus error Stenckfeldii, in quo negat conversionem nostri fieri mediata per exercitium ministerii: & ita abducendo nos à ministerio, priuat nos operatione Spiritus sancti, & obicit excæcandos Satanæ. Excæcatio enim est horribilis pœna ingratitude ac contemptus ministerii. *Esa. 6. Matth. 13. Act. 28. Rom. 11.*

Tertius error Stenckfeldii est; *Quod negat Spiritum sanctum operari & sanctificare per ministerium illorum doctorum: qui ipsi non sunt sanctificati, etiamsi legitime sint vocati, & rectè doceant. In summario eius responsionis fol. 11. Item in libro de sacris literis fol. 22.*

Hunc errorem Stenckfeldius mutuatus est à Donatistis. Qui non minus, atque præcedentes, pestilens ac perniciosus est. Vult enim Satan Ecclesiæ persuadere, operationem Spiritus sancti, pendere ex qualitate aut dignitate ministrorum; quam cum nemo mortaliū præter solum Deum *κε εδιογ υδσιν* perspicere possit, sequetur inde infinita dubitatio. An Ecclesia tales habeat ministros, per quos Spiritus sanctus sit efficax, an non.

Ideò munienda est Ecclesia firmis testimoniis, quod Spiritus sanctus etiam per indignos ministros operetur. Scribis enim olim & Pha-

& Phariseis quid magis fuit impium? Et tamen *Matth. 23.* iubet eos. Christus eatenus audire, quatenus verbo Dei consona docent, *In Cathedra Moysi* (inquit) *sedent Scribae & Pharisei: omnia quaecumque inusserint vos servare, servate, &c.* Hoc mandatum Christi plane esset inutile ac stultum, si iuxta Stenckfeldii opinionem, ministerium impiorum esset irritum & inefficax. Similiter *Matth. 7.* significat multos Doctores per nomen Christi Prophetare, dæmonia eiicere, & multas virtutes præstare aliis, ministerio ipsorum utentibus, cum tamen ipsi ad inferos detrudantur, tanquam operantes iniquitatem. Idem Paulus *Philip. 1.* dicit, Euangelium non eodem animo ac pietate ab omnibus prædicari: Sed ab aliis quidem ex charitate & bona intentione: ab aliis vero per invidiam & contentionem: Quocumque tamen modo id fiat (inquit) nil refert, dummodo Christus annuncietur, &c. Sic per Iudæa proditoris ministerium Spiritus sanctus æque fuit efficax, atque Petri & aliorum Apostolorum, licet ipse fuerit impius.

Et si igitur summopere optandum esset, ut omnes ministri, pii pariter ac sancti essent, suoq; exemplo ministerium ornarent, & auditores ad pietatem invitarent, iuxta illud Pauli: *Episcopus sit forma gregis*: Tamen si id non fit, non propterea ministerium ipsorum est vanum & irritum. Quantum ad efficaciam ipsius

ipsius attinet, in regenerandis & illustrandis auditoribus, tam parum eam promovet pietas ministrorum: quàm parum remoratur impietas ministrorum: sed tota pendet ex Deo per Spiritum sanctum: qui est potens & verax, tam per pios, quam per impios. Et facile fieri potest, ut doctor suo quidem ministerio auditores ducat ad salutem: Ipse autem sua impietate properet ad damnationem. Hinc Apostolus Paulus, *1. Corinth. 3.* gravissimè obiurgat illos: qui efficaciam ministerii, ex ministrorum dignitate vel indignitate metiuntur: Cur (inquit) *inter vos litigatis de ministris: & alius contra alium gloriatur? Ego quidem sum Pauli: Alius, ego sum Apollo, &c. Quis est Paulus? Quis est Apollo? Nonne sunt ministri, per quos credidistis, prout cuiq; Dominus dedit? Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus dedit incrementum. Itaque neque qui plantat est aliquid: neque qui rigat: sed qui dat incrementum Deus. Caterum is, qui plantat, & is qui rigat, unum sunt. Cooperarii enim Dei sumus.*

Cum itaque ex his omnibus liquidè & irrefragabiliter pateat, Stenckfeldium impiè negare, scripturam Propheticam & Apostolicam, esse propriè verbum Dei: & ministerio Ecclesiæ falso derogare operationem Spiritus sancti: quo mundum fanaticis, Epicureisque impleat: & contemptum ministerii confirmet & augeat.

Idèd meritò ex Ecclesia Dei exploditur: & quam

quam venenata zizania ex agro Domini: & cōtra ipsius blasphemias rectè extollitur ministerium verbi & sacramentorum, tanquam vnica officina Sp. sancti, & ineffabilis Thesaurus; vtpote per quem Deus verus & saluificus, alloqui in infinira illa æternitate ac nuda Maiestate incomprehensibilis, vltro ex inuisibili illa & arcana fede ad nos alloquendos prodit: & suam nobis voluntatem de nostri saluatione, & translatione ad se, patefecit, iustificque talem patefactionem vniuersos mortales audire ac sequi, tanquam suum in euocabile Decretum, sapientiam cœlestem Lucernam in atra nocte prælucentem, & monstrantem peregrinantibus in valle lachrymarum & mundi regno compendiariã viam ad æternam patriam: Deniq; tanquam certissimum ipsius quærendi ac colendi indicem, adeoque sacrosanctam omnium nostrarum de ipso cogitationum normam ac metam: quam vltro citroue transilire non solum piaculum, sed profus exitiabile sit.

Quod porro hoc Donatisticum dogma, aliaque Schuuenckfeldiana, in primisque quod dicit: *Fidem non esse ex auditu externa doctrina*, sit per confessionem Augustanam damnarum, nullum est dubium. Hæc enim verba in confessione extant, numero 5. & 8. *Damnantur, item: Fanatici spiritus: qui fingunt Spiritum sanctum dari aut efficacem esse, sine verbo Dei: & ob eam causam damnant ministerium Euangelii & sacra-*

& Sacramentorum: & quarunt illuminationes sine verbo Dei.

Sic in Schmalkaldicis Articulis, in capite de Confessione, est prolixus locus: in quo hic idem Schuuenckfeldii error, aut furor potius damnatur.

Quoniam igitur hic impiissimus error & verbo Dei manifestè contrarius est, & à nostris Ecclesiis semper damnatus: Nos quoque cum pro reiecto damnatoque habeamus, & ardentè constanterque vnã cum suis autoribus & Patronis detestemur ac execremur.

*IVDICIVM THEOLOGORVM
Mansfeldensium, ex confessione eorum de
sectis horum temporum, edita Anno 60.
de Stenckfeldio & illius blasphemis
erroribus.*

DE SCHVVENCKFELDIANIS.

Aspar Schuuenckfeldius natione Silesius, & homo equestris ordinis, non procul à Lignicio oppido natus, veteranus nunc hæreticus, vltra trigintã annos, non tantum in Silesia, sed etiam in aliis prouinciis varias dogmatum suorum absurditates sparfit, ex quibus nonnullæ profus sunt execrabiles & detestandæ. Propterea multos iam annos lucem fugit, & recipit se in quosdam angulos, in quibus in morem lucifuge porteta opinio-

num comminiscitur & euulgat. Quamuis autem ferè omnes eius errores, piis auribus sunt horrendi, tamen inuenit discipulos & applausores, neq; sanè illos in finè sortis homines, qui eum fouent, & officinas literarias apeririunt: rametsi nec ipse scriptor, neque patronus eius, neque librarius profiteri se publicè audent.

Porrò hic Schuuenckofeldius suo exemplo docet, quemadmodù falsi doctores, qui pertinaciter in erroribus perseverant, iusto iudicio Dei, errorem ex errore gignât: & quomodo Deus in hominibus fanaticis mendacium mendacio puniat.

Libri Schuuenckofeldiani in his regionibus rarò conspiciuntur, quia non ubiuis venales esse permittuntur. Sed aliqui ex nostris præcipuos eius errores contraxerunt breuiter, & partem ipsi eos confutarunt, partim ad ampliorem aliis cõfutationem dederunt occasionem. Quòd si ipsa librorum Schuuenckofeldii exempla habuissimus, simul & argumenta ipsius repetere, & pro virili parte, refellere potuissimus.

PRIMVS ERROR.

Filium docet esse eandem personam qua est pater. Hæc enim eius sunt verba, in libro de verbo Dei, pag. 32. Filius est vita seu hypostasis Patris.

CONFUTATIO.

Aduersus hunc errorem tenèda sunt dicta scriptu-

scripturæ, de tribus distinctis personis in vna essentia diuina, quæ supra in refutatione primi erroris Sernuetiani allegauimus. Er hic est vetus error Sabellianorum, quem extruxerunt illi edicto Iohan. 14. *Ego & Pater unum sumus.* Hæc verba Sabellius intellexit de vna persona Patris & Filii: sed verus intellectus est de vnitæte essentiaæ.

Augustinus *lib. de quinque hæresibus cap. 7. Christus non dicit: Ego & Pater unum sum, sed ego & Pater unum sumus. Quòd dico unum, Arrianus audiat: quòd dico sumus, audiat Sabellianus: non diuidat Arrianus unum: non deleat Sabellianus semus.*

Item *lib. 10. de Trinitate cap. 9. Reuera cum Pater non sit Filius, & Filius non sit Pater, & Spiritus sanctus ille, qui etiam donum Dei vocatur, nec Pater sit, nec Filius, tres vtiq; sunt: idèò pluraliter dictum est: Ego & Pater unum sumus. Non enim dixit, unū est, sicut Sabelliani dicunt.*

Videtur autem hoc agitare Schuuenckofeldius, vt Patri tantum tribuat diuinitatem & essentiam diuinam, & in locum trium distinctarum personarum, vnam tantum surroget, quæ simul tres sustineat appellationes, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Fulgentius *lib. 3. ad Trasimundum. Pater per se est unum subsistens. Similiter & Filius per se est unum subsistens. Et Spiritus sanctus per se est unum subsistens.*

Si ergo Schuuenckofeldius cum Samosa-

teno & Serueto filium Dei tantum esse putat
verbum & cogitationem, non personam di-
stinctam copiose hic error sublatus est in re-
sutatione secundi erroris Serueticani.

SECUNDVS ERROR.

*Pater non est locutus hac verba, Matth. 17.
Hic est filius meus dilectus: Sed tantum à nubibus
eiusmodi vox facta est.*

CONFUTATIO.

Hic error breuiter asserit, quod hac verba
*Hic est filius meus dilectus: non sint verba Dei
Patris.*

Aduersus hunc principid demonstrandum
est, quod hæc verba, *Hic est filius meus dilectus:*
verè sint verba Dei Patris. Similia etiam ver-
ba extant *Matth. cap. 3.* quo quidem loco ma-
nifestè discernuntur tres distinctæ personæ
Trinitatis in vna essentia diuina. Spiritus san-
ctus apparet in specie columbæ, Filius tingi-
tur in Iordane, & vox Patris de cælo intonat,
Hic est filius meus dilectus. Et sicut *Matth. 17.*
dicitur vox Patris sonuisse ex nube, ita *Matth.*
9. dicitur facta de cælo. Et *Petr. 2. epist. cap. 1.*
inquit: *Ipse spectatores fuimus maiestatis eius: ac-
ceperat enim à patre honorem & gloriam, cū
hæc magnifica & gloriosa vox de eo procla-
maret: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi
complacitum est.*

Augu-

Augustinus in lib. de fide ad Petrum: *Quam-
uis Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnius
naturæ sint: tamen firmiter tene, tres esse personas,
& quod solus Pater dixerit: Hic est Filius meus
dilectus.*

Chrysostomus: *Neque Moyses, neque Elias
loquitur, Hic est filius meus dilectus: Sed solus
Pater.*

Hieronymus: *Vox dicentis Patris de cælo
auditur.*

TERTIVS ERROR.

*Pater nihil loquitur, quàm essentiam Filii, &
Filius suam essentiam loquitur. De Euangelis,
pag. 31. & alibi in pluribus locis.*

CONFUTATIO.

Perinde vt omnes hæreticorum sermones,
ita & hæc Schuuenckfeldii, deliria, sunt obs-
cura nec intellectu obuia. Sed tamen hæc est
eius sententia, vt significet, Patrem intus in
pectoribus hominum loqui, de Filio, de quæ
actionibus & essentia Filii, cum patefacit vo-
luntatem suam: Similiter & Filium de suis a-
ctionibus & essentia. Quare amplius signifi-
cari vult Schuuenckfeldius, scripturâ veteris
& noui testamenti non esse verbum Dei, neq;
illud medium, quo vterque Pater & Filius
nos erudiunt de sua voluntate ad veram con-
uersionem & salutem.

F ;

Interim

Interim nos non negamus, Deum esse Omnipotentem, ita ut suam etiam voluntatem sine externo verbo manifestare possit. Item & Spiritus sanctus intus in cordibus sine scriptura docere nos potest. Sed rursus & hoc sciendum est, quod Deus seruet ordinem docendi nos per certa media, qui ordo neque laecerandus est, neque tollendus in vniuersum, & consistit in praedicatione verbi diuini: qua de re postea dicitur copiosius.

Duo igitur probanda sunt, ut hunc errorem dissoluamus: Primum quod scriptura veteris & noui testamenti sit verbum Dei. Secundum, quod haec eadem, sit illud medium, quo Deus patefecit nobis voluntatem suam ad conuersionem & salutem.

TESTIMONIA QVOD SCRIPTVRA veteris & noui Testamenti sit verbum Dei.

Exod. 32. dicit historia, *legem scriptam esse digito Dei.*

Deuteroni 18. *Ponam verba mea in ore Prophetae, & loquetur ad eos, quaecumque ego praecepi.*

Ibidem cap. 5. *Quae verba loquutus est Dominus ad omnem populum.*

Numer. 12. *Si quis erit inter vos Propheta, per visionem apparebo ei, & in somno loquar ad eum: sed non ita seruus meus Moyses, qui in tota domo mea fidelis est, sed praesens & ipso ore loquar cum eo.*

Plak

Psal. 119. *lex vocatur lex Dei, & testimonium, mandatum, verbum Dei.*

Iohan. 14. *Sermones quos loquor, non sunt mei, sed Patris mei qui misit me.*

Posteriori Petr. 1. *Hoc in primis scitote, quod nulla Prophetia scriptura, priuata sit interpretationis: non enim voluntate hominis tradita est Prophetia, sed Spiritu sancto moti, tradiderunt eam sancti Dei homines.*

Posteriore cap. 2. *Apostolus scripturam vocat verbum Dei, ac dicit, se non esse de illorum grege, qui canponantur seu quaestui habent verbum Dei.*

Rom. 1. *Euangelium vocatur virtus Dei.*

In priori ad Thessaloni. *Apostolus vocat aliquoties Euangelium verbum Dei.*

Denique scriptura passim ac saepissimè appellatur verbum Dei.

TESTIMONIA PATRVM.

Augustinus lib. 1. de peccator. remis. cap. 22. *Scriptura sacra est, in qua quicquid est, altum est & diuinum.*

Item lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 5. *vocat scripturam, diuinam scripturam.*

Ibidem: *Nos tradimus, scriptores sacra scriptura secundum voluntatem Dei, locutos esse.*

Item in Euangelium Iohannis tract. 30. *Quicquid preciosum scriptum est de ore Domini, hoc propter nos scriptum est.*

F 4

Item

Item, lib. II. de civitate Dei, cap. I. Christus primum per Prophetas, postea per seipsum, & tandem per Apostolos locutus est.

Item, in Psal. II. 8. Verbum tuum lucerna pedibus meis: Hac verba intelligit David, de verbo Prophetarum & Apostolorum.

Ibidem: Qualis est hac lucerna Domini, de qua loquitur David? Verbum quod ad Prophetas factum est, & per Apostolos annunciatum: non verbum quod Christus est, sed verbum Christi.

Item super Iohannem, tractatu 109. Inde verbum fidei, dictum est verbum Apostolorum, quod ipsi principaliter, & primum publice prædicarunt. Ex hoc autem non sequitur, quod propterea non sit verbum Dei.

Item lib. 10. De civitate Dei, cap. 7. & 17. & lib. 18. cap. 4. multis firmissimis argumentis testatur, quod Deus per Prophetas locutus sit, & quod divina scriptura de celo descenderit, per viam seruum angelorum.

Item ad Orosium contra Priscillianistas: Sit aliquis quantumvis doctus, tamè inueniet, quod adhuc discipulus Scripturæ sit, quam Deus veluti firmamentum posuit super corda hominum.

Quòd autem scriptura atque adeò verbum Dei vocale, quod prædicatur & auditur, sit illud medium ordinarium, quo Deus parte fecit nobis se & voluntatem suam ad conuersionem & salutem, certum est ex sequentibus scripturæ dictis.

Rom. 10. Omnis enim, qui innocauerit nomen Domini.

Domini saluus erit. Quomodo autem innocabunt, in quem non credunt? Quomodo credent in eum, de quo non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? Quomodo denique predicabunt, nisi mirantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes prædicantium pacem, prædicantium bona.

Matth. 28. Christus iubet docere & baptizare.

Marc. 16. Christus mandat prædicari Euangelium ad fidem & ad salutem.

Luc. 24. Vult Christus, ut in nomine suo penitentia & remissio peccatorum annuncietur.

Sic Apostoli secundum visionem profecti sunt in Macædoniam, ut eam prouinciam per prædicationem Euangelii conuerterent, quam tamen potuisset Deus alio modo per arcanas reuelationes conuertere, Act. 16.

Act. 17. cap. 9. Paulus ab ipso Christo vocatur, & tamè remittitur postea ad Ananiam, ut porò ab eo institueretur per verbum Dei.

Ibidem cap. 10. Petrus mittitur ad Cornelium, ut per verbum penitus eum conuerteret.

1. Corin. 3. Appellamur templa Dei, quo significatur, Deum ex nobis tanquam, suis templis loqui.

Act. 8. Eunuchus reginæ ex Æthiopia conuertitur ad regnum Dei per lectionem Esaiæ, & interpretationem Philippi.

Ibidem cap. 16. Apostoli referunt eum ad carceris, & toti eius familæ verbum Dei, & ipsi credunt ad salutem.

Propter prædicationem verbi, doctores ve-

cantur synergi Dei 1. Cor. 3. & spirituales parentes Christiana sobolis, quam generant per Euangelium, 1. Cor. 4. Item plantantes & rigantes, ut Deus verbo audito det incrementum. 1. Cor. 3. item dispensatores mysteriorum Dei, 1. Corinth. 4. Tribuitur etiam illis, quod aperiant hominibus oculos ad conuersionem, sicut patet ab exemplo, Pauli, Act. 26.

Luc. 1. de Iohanne legitur, quod per suam predicationem corda Patrum ad Filios conuersurus sit.

TESTIMONIA PATRVM, QVOD
verbum sit illud medium, quo Deus patefcavit
nobis seipsum & voluntatem suam ad
conuersionem ac salutem.

Augustin. in prefatione librorum de doctrina Christiana: Imò verò quod per hominem discendum est, sine superbia discat, & per quem docetur alius, sine inuidia tradat quod accepit. Nec tentemus eum, cui credimus, ne tales inimici versutiis & peruerfitate decepti, ad ipsum quoq; Euangelium audiendum atq; discendum, malimus ire in Ecclesiam, aut codicem legere, aut legentem predicantemq; hominem audire, & expectemus rapi usq; in tertium coelum, siue in corpore, siue extra corpus, sicut dixit Apostolus, & ibi audire ineffabilia verba, qua non licet hominem loqui, aut ibi videre Dominum Iesum Christum, & ab alio potius, quam ab hominibus audire Euangelium.

CANCA

Cauemus tales tētationes superbissimas & periculossimas, magisq; cogitemus, & ipsum Apostolū Paulum licet diuina & cœlesti voce prostratum & instructum, ad hominem tamen missum esse, ut sacramenta perciperet, copulareturq; Ecclesie.

Item super Euangelium Iohan. tracta. 24. Hic comparat verbum Dei cum hamo, per quem homines capiuntur ad salutem.

Item ad Circenses in epist. 130. Hoc agit & efficit ille, qui per ministros suos, signis rerum extrinsecus admonet, rebus autem ipsis intrinsecus per seipsum docet.

Item ad Hieronymum, Epist. 23. Non alius Deus docuit Moysen per Visionem, nec Cornelium per Petrum, nec Petrum per Paulum.

Item super Euangelium Iohan. tract. 30. Ideò audiamus Euangelium veluti Deum presentem: nec dicamus: O beati sunt illi, qui dominum videre potuerunt.

Quòd autem scripturam, atque adeò verbum Dei pro medio, quo Deus seipsum nobis & voluntatem suam vult reuelare ad conuersionē salutis, etiā nos amplecti, debeat usque sequentia scripturæ testimonia confirmant.

Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt doctrinam, & ex ore eius lex queratur.

Ezech. c. 19. In preceptis Patrum vestrorum non ambulabitis, & iudicia eorum non custodietis, sed tantum in preceptis meis ambulabitis, iudiciaq; mea custodite & facite.

Christus vbiq; allegat dicta Prophetarum,

92 D. CONRAD. SCHLUSSEK.
 tarum, vt doceat nos, scripturam à nobis re-
 tinendam esse, *Matth. 5. 6. 7. & alibi.*

Ioan. 5. Scrutamini scripturam, hæc enim est, quæ testatur de me.

*Marci 1. Christus ipse concionatur Euan-
 gelium de regno Dei, & postulat vt huic Euan-
 gelio credatur.*

*Luc. 16. Habent Moyses & Prophetæ, au-
 diant eos.*

*Thessalonicenses A. 17. laudantur, quod
 benigno animo accepertint verbum, & quo-
 ridiè inquisierint in scriptura, num sic res se
 haberet.*

*Ibidem cap. 18. Apollo commendatur ab
 eloquentia & peritia scripturæ.*

*Petrus in 2. Epist. cap. 1. deducit nos ad ver-
 bum Dei, seu ad scripturam his verbis: Habe-
 mus certius verbum Propheticum, quod cum ob-
 seruetis, bene facitis, ut potè lucernam in loco to-
 nebricoso lucentem, donec effulgeat dies, & luci-
 fer oriatur in cordibus vestris.*

*2. Pet. 4. Memores estote verborum, quæ dicta
 sunt à sanctis Prophetis, & mandati Domini eius
 sumus Apostoli.*

*August. super verba Domini, Homelia 20. à
 Mattheo conscripta: Dilecti fratres rogo vos, vt
 attendatis in sacram scripturam.*

*Item ad Iulianum Epist. xi. vult, vt scriptu-
 ram magna reuerentia cognoscamus, & accipia-
 mus, non aliter atq; magni alicuius regis legatos.*

*Item de doctrina Christiana, lib. 2. c. 19. Puto
 salu-*

*subriter precipi ingenio sit & studio sic adolescen-
 tibus, qui Deum timent, & vitam beatam qua-
 rant, vt nulli doctrinis, exceptis illis, quas Ec-
 clesie exerceat, ad consequendam beatam vitam
 adhareant.*

*Item de nuptiis & concup. ad Valer. lib. 2. cap.
 99. Nullo modo sinamus nos abduci à canonicis
 scriptis.*

*Item ad Paulinam, Epist. 112. sine dubitatione
 credendum est rebus, quæ per diuinam scripturam
 sunt confirmata.*

*Item ad Cresconium lib. 2. cap. 32. Ego huius
 Epistole autoritate non teneor, quia literas Cy-
 priani non vt canonicas habet, sed eas ex canoni-
 cis considero: & quod in eis diuinarum scriptura-
 rum autoritati congruit, cum laude eius accipio,
 quod autem non congruit, cum pace eius respuo.*

*Ad Vincentium Epist. 48. non vult vt ex ho-
 minum scriptis aliquid introducans contra di-
 uinam scripturam.*

OBIECTIO.

*Si per scripturam vel per externum verbum
 Dei docerinos oportet ad conuersionem salutis: se-
 quitur quod Spiritus sanctus nihil ad eum sit ef-
 ficax: sequitur item, quod in arbitrio & potestate
 sit ministrorum, conuertere homines, & corda
 ipsorum mouere.*

RESPONSIO.

*Non sequitur, ministri enim docent foris
 per verbum in aures auditorum, sed Spiritus*

san-

sanctus docet corda. Sic nos qui docemus, testamur in aures hominum, Spiritus sanctus testatur in corda hominum, & tamen verumque testimonium necessarium est secundum doctrinam Christi, Iohan. 15.

Item nos doctores plantamus & rigamus, Deus autem dat incrementum, 2. Corinth. 3. Et ad hoc internum incrementum seu fructificationem Christus toties discipulis suis promittit Spiritum sanctum, Iohannis 14. 15. 16.

Augustinus in 26. tractatu super Iohannem: Omnes homines illius regni erunt a Deo docti, & non solum ab hominibus illud audient, nisi ab eis audient: verum ut intelligant, intus dabitur, ibi apparet, & manifestatur. Quid autem homines faciunt, qui foris predicant? Hoc quod ego nunc facio, dum loquor. Ego in aures vestras ingero verborum sonitum: & cum ille qui intus est, non manifestat, quid loquor? Foris est curator arboris, intus creator. Qui plantat & rigat, foris operantur, & hoc nos facimus. Verum is, qui plantat, nihil est, nec qui rigat, aliquid est: sed Deus qui dat incrementum. Et hoc sibi vult illud dictum: Et omnes erunt a Deo docti.

Chrysostomus in verbo Iohan. Quibuscumque peccata solueritis homelia 85. Nemo gloriatur in hominibus, sed in Deo, qui dat incrementum, & operatur omnia in omnibus. Et contra nemo contemnat ministros Dei, de quibus Dominus dicit: Qui vos audit, me audit, & qui vos contemnit, me contemnit.

QVÆ

QVÆSTIO.

Quid igitur Schuuenckfeldius sentit de scriptura seu verbo Dei?

RESPONSIO.

Sentit esse mortuam literam, in qua neque vita est, neque salus. Quod si verè sic se habeat, verbum Dei & scriptura sancta apud multos homines trahetur in extremum contemptum. Repugnât autem huic deliramento multi scripturæ loci.

Iohannis 5. Qui verbum meum audit, habet vitam eternam.

Iohannis 8. Qui ex Deo est, verbum Dei audit.

Luc. 11. Beati qui verbum Dei audiunt & custodiunt.

Ad Rom. 1. Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.

Rom. 10. Hoc est verbum fidei quod predicamus. Nam si ore confessus fueris, Iesum, quod ipse sit Dominus, & credideris corde tuo, quod resuscitauerit Deus eum a mortuis, saluus eris.

Rom. 15. Quaecumque scripta sunt in nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

I. Corinth. 1. Verbum crucis est stultitia illis qui percutunt: nobis verò qui salvamur, Dei potentia est.

Et ibidem: Cum mundus per suâ sapientiam, Deum

Deum

Deum in sua sapientia non agnosceret, placuit Deo per stultam predicationem saluos facere credentes.

Ad Philipp. 2. *Vt cressodiatis verbum vita.*

Actor. 13. *Verbum Dei vocatur verbum salutis.*

Porro & alias insignes vtilitates scripturæ commemorat.

Paulus in 2. ad Timoth. Epistola cap. 3.

Augustinus in Euangelium Iohannis, tract.

14. *Homines rapiuntur per verbum ad salutem.*

Item de vera innocentia, cap. 31. Euangelium est bonus odor; & predicatio veritatis, per quem odorem nos vitam accipimus.

Item lib. 1. de peccatorum meritis & remissione cap. 22. Scriptura reficit & instaurat animos.

Item ad Iulianum, Epistola III. Sacrorum librorum series scripta est ad nostram salutem.

QVÆSTIO.

At vnde concepit Schuuenckfeldius hanc erroneam opinionem, quod scripturam vocat literam mortuam?

R E S P O N S I O.

Ex falso intellectu Paulinæ sententiæ, in 2. Epist. ad Corinth. cap. 3. *Litera occidit, Spiritus autem viuificat.* iam non est dubium, quin scriptura, nisi per Spiritum sanctum intelligatur, parum sit vtilis, & magis occidat, quam viuificet. Vbi autem per Spiritum sanctum intelligitur, ibi affert vitam.

QVÆR-

QVARTVS ERROR.

Fides est essentia & natura Dei, Item essentia Filii. In libro de Euangelio, pag. 61. & 62. Verum hæc fides non est Deus, neq; persona diuinitatis, in lib. de verbo, pag. 193.

C O N F U T A T I O.

Et verba & res huius erroris in Ecclesia sunt inauditæ. Ita hæreticos oportet & verba noua & res nouas gignere, vt aliqua ex parte etiam per hanc notam agnoscantur. At cerdò scimus, nescire Schuuenckfeldium quid loquatur.

Quomodo enim illa congruunt, vt hoc quod habet essentiam & naturam diuinam, non sit simul Deus? Ita Deus cœcitatem cœcitate punit in petulantibus hæreticis, & immitit eis reprobum sensum, vt veritatem aspicere nequeant.

Quamobrem autem in hunc modum insanat Schuuenckfeldius, non est facile iudicare. Fortasse fidem propterea nuncupat essentiam, & naturam diuinam, quia veluti donum Dei perpetuò durat in quibusdam hominibus, sicut & essentia naturaq; diuina perpetuò durant.

Sin ille fidem accipit pro constantia in verbis & factis, & per essentiam & naturam hoc loco significat, quod hæc fides in Deo sit virtus naturalis: mitius hoc erit, sed tamè inconuen-

G niens.

niens. Nemo enim dixit vnquam de Deo, constantiam in verbis & factis essentiam esse & naturam ipsius: de hominib. autem multo minus dici potest. Aut fortassis hoc sibi vult Schuuenckfeldius his verbis: *Fides est essentia naturaq. Dei*, id est. donū illius Dei, qui habet essentiam naturamque diuinam: quæ si maxime sit eius sententia, tamen non ita periculosè loqui deberet, vt homines imperiti cautas haberent, fingendi Deum ex fide.

Postremo, neque scriptura neque Patres in hunc modum loquuntur de fide. Et si scripturam vel Patres de hac fide in Deo & in nobis loqui, ac si lem in Deo pro constantia in verbis & factis accipere necesse esset: sic loquerentur, quod sit in Deo virtus naturalis, in nobis autem qualitas seu habitus longo vsu comparatus.

Si verè theologicè fides intelligenda est, rursus error Schuuenckfeldii subsistere nequit: Deus n. neminem habet superiorem, in quo credat vel confidat. Et fidem quantum ad nos, sic describit epistola ad Ebreos cap. 11. *Fides est certa expectatio eorum, qua sperantur, & argumentum verum, qua nō videntur*: quam definitionem confirmat Christus Iohan. 20. cum inquit ad Thomam: *Beati qui non vident, & tamen credunt*. Neque verò hic neque alibi scriptura docet, fidem in nobis esse de essentia naturaque diuina.

Eodem modo neq; in sanctorum patrum monu-

monumentis hæc definitio Schuuenckfeldii reperitur.

Amplius, si fidem Schuuenckfeldius accipit pro notitia seu scientia omnium rerum in Deo: nihilominus falsum est, quod fides sit essentia & natura Dei. Si verò ita dicatur, hanc notitiam seu scientiam in Deo esse naturalem: alia res est. Quicquid enim nos scimus & cognoscimus in rebus quæ rationi subiectæ sunt, id longo tempore & vsu percipimus: in rebus diuinis id omne ex gratia nobis inest. Neutrius igitur rei scientia in nobis est essentia & natura Dei.

QVINTVS ERROR.

Omnia dona spiritualia, sunt partes essentia Dei, In lib. de Evangelio.

CONFUTATIO.

Si quis diceret omnia dona spiritualia esse opera diuinitatis, seu Dei ipsius, qui habet essentiam & naturam diuinam, acquiescere possimus: quod autem partes essentiæ diuinæ vocantur, id ante hac in ecclesia nunquam est auditum.

Si verò ad opinionem Schuuenckfeldii dona spiritualia sint partes essentiæ diuinæ: necesse est vnum quodque esse Deum. Hoc enim solum Deus est, quod habet essentiam diuinam.

Præterea dona spiritualia in nobis incrementum & decrementum accipiunt, quod ipsum de diuina natura asserere turpe esset. Quodd autem in nobis crescant & decrescant dona, manifestum est ex dicto *Matth. 25. Vnicuique dabitur, ut habeat amplius, sed à non habente, etiam quod habet auferetur.* Idem restatur parabola de fide, quæ confertur grano sinapis. *Matth. 17.* Et magna est absurditas, partiri diuinitatem in multas partes: Tum etiam essentia diuina est æterna, sed dona in nobis aliquando planè desinunt: quapropter essentia diuina esse nequeunt.

SEXTVS ERROR.

Omnes Christianos esse naturales Filios Dei, quos gignat Deus ex seipso, de sua natura & essentia diuina: inter quos Christus sanctissimus & primogenitus, naturalis sit Filius & hæres, ad cuius imaginem omnes alii Filii adoptiui formari & absolui debent. In lib. contra Coccium, pag. 17. Et de Euangelio, pag. 61. & 63.

CONFUTATIO.

Et si videtur hic error Schuuenckfeldii inter Christum essentialem & naturalem Dei Filium, & inter nos, qui gratiù adoptati sumus, non nihil distingueret: tamen re ipsa nulla sit distinctio: Si enim & nos adoptiui Filii, essentiam habemus & naturam diuinam, nihil reli-

reliquum est, quin simus naturales Filii Dei, sicut ipse est. Ex quo efficitur, vt & singuli Christiani sint Dii.

O B I E C T I O.

At iuxta sententiam Schuuenckfeldii hæc manet differentia, quodd Christus Filius Dei, non sit Filius adoptiuis, nos autem sumus.

R E S P O N S I O.

Ergo neque nos adoptiui sumus: quia cum diuinam habeamus naturam, similes Christo Filio Dei sumus.

Sciendum est autem hoc loco, scripturam quàm maximè inter Christum essentialem Dei Filium, & inter nos adoptiuos Filios discernere. *Ad Ephes. 1. Sicut elegit nos in se ipsa ante foundationem mundi, ut essemus sancti coram ipso in dilectione: & destinauit nos in adoptionem Filiorum sibi ipsi, secundum placitum & voluntatem suam.*

Quemadmodum autè Deus hos adoptionis Filios gignat, ex aliis scripturæ dictis satis liquet. *Johan. 1. Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Nusquam hîc mentio fit, quod Filii adoptionis naturam habeant & essentiam diuinam, sed quod Christus potestatem eis dederit, vt fierent Filii Dei. *Johan. cap. 3. Cum*

Christus loqueretur de regeneratione spirituali, meminit duorum mediolorum, per quæ fiat illa regeneratio, aquæ id est, baptismi & Spiritus. Et amplius dicit nos tantum per hanc nouam regenerationem videre regnum Dei: non dicit, infundij in nos essentiam & naturam diuinam.

Ad Tit. cap. 3. mentio fit baptismi tanquam medij regenerationis nostræ & renouationis per Spiritum sanctum. Sed quod in hac regeneratione & renouatione nascamur ex diuina essentia & natura, ibi nõ potest animaduerti.

Neque huius rei mentionem faciunt, dicta Iohan. in 1. Epist. vbi aliquot notas recenset eorum, qui ex Deo nati sunt.

QVÆSTIO.

Quid verò significat, ex Deo nasci?

RESPONSIO.

Nihil aliud, quam per Baptismum & Spiritum sanctum nouam fieri creaturam, & Filium adoptionis, qui iam rectè videat ac intelligat verbum Dei, & verus sit ciuis regni Christi. Iohan. cap. 3. Deum Patrem inuocet in Spiritu & veritate, Iohan. 4. Voluntatem diuinam rectè faciat, & vt hoc quod facit, gratum sit Deo, sit iustus & sanctus, ad Ephes. 4. faciat opera Spiritus ad Galat. 5. In hac descriptione formæ regenerationis iterum nihil apparet eorum, de quibus Schuuenckfeldius contendit,

dit fieri oportere, vt nos adoptiuu habeamus naturam & essentiam diuinam.

Imò per hunc errorem Schuuenckfeldij penitus tollitur discriminẽ inter generationem æterni Filii Dei, & inter nos homines renascentes. Filius Dei genitus est ab æterno ad æqualem essentiam, & naturam cum Patre. Nos autem renascimur, vt tantum simus nouæ creaturæ, & filii adoptionis, vt rectè agnoscamus Deum, diligamus eum, piè viuamus, secundum voluntatem eius.

Ad eundem modum Paulus scribit ad Roman. 8. quod in regeneratione nostra tantum accipiamus spiritum adoptionis filiorum, nõ dicit, q̄ ex essentia & natura diuina nascamur.

Regeneramur item filii adoptiuu tantum ad hæreditatem, ad Rom. 8. & ad Gal. 4 non vt habeamus essentiam & naturam diuinam, atque aded simus Dii.

Quod autem Apostolus ad Colof. 1. Christum æternum Dei Filium vocat primogenitum, nõ ided facit, vt & nos adoptiuos ostendat illi essentia & natura similes esse oportere, vel simili modo à Patre gigni: sed quia ipse est primogenitus ante omnes creaturas, vnde etiam per illum omnia facta sunt, quæ sunt in cælo & terra. Ac discernit hoc loco Paulus æternum illum & essentialem ac naturalem Filium Dei, à nobis adoptiuis.

Ac si nos adoptiuos filios, vt vult Schuuenckfeldius, necesse sit ad imaginem illius æterni,

essentialis & naturalis Filii Dei formari & absolui; iam æquales fieremus Christo, quod nullo modo fieri potest. Equum est enim, vt creator sit excellentior sua creatura, æternus & natiuus Dei Filius, amplius sit, quàm Filii adoptiui.

I. O B I E C T I O.

Si nos Filii adoptiui non debeamus formari & absolui, secundum imaginem æterni, essentialis & naturalis Filii Dei, & in hoc ei similes fieri: cur ergo scriptum est ad Rom. 8. Quos prædestinavit hos etiam ordinavit, vt sint conformes imaginis Filii sui.

R E S P O N S I O.

Hæc conformitas non est intelligenda de personarum æqualitate, quod adoptiuos Filios, Christo æterno, naturali & essentiali Filio Dei, nato de ea essentia & natura diuina, quam habet Pater, similes fieri oporteat; sed de conformitate passionis, vt & nos similiter patiamur sicut Christus æternus, naturalis & essentialis Dei Filius passus est: & sicut Pater non deseruit Filium suum Iesum Christum in passione, ita neq; nos adoptiuos deserturum. Et hoc modo Apostolos atque simul alios Christianos consolari voluit, aduersus difficultatem crucis & afflictionum, Et cum multas consolationes percensuisset ordine; tandem & hanc subiecit, quod sit voluntas Patris, vt suo Filio in passione cõformes siamus, nequa-

nequeque autem nos adoptiuos æterno illi & naturali Filio æquiparare voluit. De hac conformitate nostra cum Christo, Dominus ipse loquitur, cum dicit: *Seruus non est super Dominum suum: Discipulus non est super Magistrum sed vterq; contenti esse debent, vt sint similes inter se, Luca cap. 6.*

II. O B I E C T I O.

Esto, Filii adoptiui hic in terra non fiant per omnia similes æterno, naturali & essentiali Filio Dei, in diuina essentia & natura, tamen finaliter fient.

R E S P O N S I O.

Neque hoc possibile est? Oportet enim in hac & in illa perenni vita manere discrimen inter æternum, naturalem & essentialem Dei Filium, qui diuinam habet essentiam & naturam ab æterno, & inter nos Filios adoptiuos, Non enim efficiamur Dii, sicut Christus est Deus.

S E P T I M V S E R R O R.

Quod essentialis & vnigenitus, Dei Filius sit etiam creatura seu res creata. In libris proximè citatis.

C O N F U T A T I O.

Hic error renouat Arianam hæresin, iam pridem in Ecclesia damnatam. Nam & Arius docebat, *verbum esse creaturam*: & quamuis

non loquebatur de natura assumpta, tamen hæc erat opinio, quam defendebat, aliam quandam naturam, quæ fuisset ante humanam, è nihilo esse creatam, & eam non esse imaginè æterni Patris, natam de diuina ipsius essentia, neq; similem Patri neq; coæternam.

Quodd autem verbum non sit creatura, ex 1. cap. Ioban. Euangelistæ & Epistolæ ad Colossenses manifestum est. *Per ipsum enim omnes creatura sunt condita: & ipse est primogenitus ante omnes creaturas.*

Præterea nulla essentia quæ est Deus, potest esse creatura: & nihil quod est creatura, potest esse Deus.

Insuper si verbum est creatura Dei, per ipsum aliæ res creati non potuerunt.

Augustinus in libro octuaginta trium questionum: *Hoc omne dicitur creatura, quod Pater per Filium creauit, qui nulla creatura dici potest, quia per illum omnes creatura condita sunt.*

Ambrosius in primo libro de Trinitate. *Facile testari possumus, quod Filius non sit creatura. Dominus enim dicit ad Discipulos suos. Ite & predicare Euangelium omni creatura: & cum nunc ipse esset creatura, sibi ipsi mandaret Euangelii predicationem.*

Absurdum est denique Christum Filium Dei nominari creaturam, quia creatura subiecta sunt vanitati, ad Rom. 8. Hinc sequeretur & Christum vanitati subiectum esse.

OCTAVVS ERROR.

Christus Iesus Dominus & saluator noster nõ tantum secundum humanitatem, sed etiam secundum diuinitatem passus est, & mortuus. In confessione pag. G. & H.

CONFUTATIO.

Hunc errorem Schuuenckfeldii mediocri plixitate supra confutauimus in hæresi Stan- cariana, vbi quædam exempla recensimus, in quibus videre est, quomodo quid vni naturæ perperam tribuitur, quod est alterius.

Hoc loco tantum adiungemus duo testimonia, alterum Augustini, alterum Ambrosii.

Augustinus in Homelia de Fide. *Si quis dixerit & crediderit, Filium Dei Deum passum esse, anathema sit.*

Ibidem si quis dixerit, quod in passione aliquid doloris senserit Filius Dei Deus, & non carum tantum cum anima quam assumpsit, anathema sit.

Ambrosius Generalis ista est fides, quod Christus est Dei Filius & natus ex virgine, quæ quasi Gigantem Propheta describit, eo quod bis, mis geminaque natura vni sit, consors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebatur, & nõ patiebatur, moriebatur, & non moriebat, sepeliebatur & non sepeliebatur, resurgebat & non resurgebat, resurgebat secundum carnem, quæ mortua erat, non secundum verbum, quod semper apud Deum manebat.

NONVS ERROR.

*Quod omnes sermones & conciones Christi sint
essentia Dei, imò Filius ipse Dei, in iudicio, pag.
A. in fine.*

CONFUTATIO.

Hic error cōfundit æternum verbum cum
externo & vocali verbo, quod Filius pronun-
ciauit & docuit;

Neq; tenet Schuuenckfeldius discrimen
inter Filium Dei, qui est æternum verbum, &
inter eius doctrinam & prædicationem.

Amplius negat æternum verbum fuisse
ante vocale & externum verbum, quod Chri-
stus locutus est & docuit.

Aduersus hanc impiam opinionem tenen-
dum est, quod æternum verbum, quod est Fi-
lius Dei, non possit esse illud externum & vo-
cale verbum, quod docuit Christus secutu-
rum enim esset, quod & vocale verbum sit
Deus: & sic amplius, quod pater duos ha-
beat filios: quod si concederetur, iam non es-
set personarū trinitas, sed quaternitas. Super
hec, vocale verbum Christi multis expositum
est defectibus: vbi enim *scribitur, signatur,
excluditur, fieri potest, vt laceretur, vratur, con-
sumatur, computrescat*: quarum rerum nihil ad
æternum verbum congruit.

Vocale item verbum Christi, non potest
esse persona, nec igitur ipsa persona est Filius
Dei. Quam minimè enim vox aliquid ex no-
bis,

bis, eiusdem esse persona potest: ita neq; vox
Christi, persona Christi esse potest.

I. OBIECTIO.

Ergo nec æternum verbum potest esse persona?

RESPONSIO.

Hic est alla ratio. De hac parte videnda sunt
quæ supra diximus in refutatione secundari-
culi Seruetiani, in quo negat æternum ver-
bum esse personam Trinitatis.

At necesse est, & manere discrimen inter
Filium Dei personam mediaticam, & inter
ipsum medium, quo Deus Pater suam volun-
tatem patefecit.

Neque congruum est, cum *Iohan. cap. 8. 12.
& 13.* scriptum sit, *Christum accepisse sermones
suos à patre: quod seipsum à Patre acceperit.*

Cumque Christus ipse significet, se à Pa-
tre suos accepisse sermones: necesse est aliud
esse personam accipientem, aliud sermonem
ipsum qui accipitur. Præterea tam inepta est
hæc oratio Schuuenckfeldii, vt per eam ne-
cessariò dicere cogatur, æternum verbum tū
primùm cœpisse, cum Christus vocales lin-
guæ sonos edidit: & nihil in Christo essentia
diuinæ fuisse, antequam docere incepit, ac si
maximè non tunc primùm cœperit in Chri-
sto essentia diuina, tamen ad actam fuisse
verbo vocali, & incrementū accepisse, osten-
dit: imò quoties Christus locutus est, seipsum
locu-

locutus est à Schuuenckfeldio existimatur. At per ipsum verbū omnia facta sunt, omnia gubernantur atque conseruantur, sicut probatur *cap. Iohann. & Epist. ad Coloss. & ad Ebreos.*

Et sanè inter hoc verbum, & illud vocale verbum Christi, oportet discriminè esse, quod quidem eiusmodi est. Verbum æternum est persona diuinæ essentiæ & naturæ cum Patre, per quod omnia sunt condita, omnia reguntur & sustentantur. Vocale autè verbum non est persona, neq; habet essentiam Dei Patris, neq; condidit omnia: sed externum duntaxat est medium, quo voluntatem suam Deus manifestauit: Et hoc appellatur verbum Dei, non quod sit ipse Deus, sed quod Deus ipsum prolocutus sit per sanctos Prophetas, & postremò per Filium, Apostolos, Euangelistas, & alios doctores ecclesiæ hoc etiã tempore loquatur.

NB Iuxta hunc errorem Schuuenckfeldii, vbi-
cunq; in scriptura occurrit vocabulum verbi, intelligit Filium Dei: quæ res multis aliis erroribus manum porrigit.

Lucæ 10. dicitur *Maria sedisse ad pedes Iesu, & auscultasse eius sermonem.* Quòd si non esset discriminè inter Iesum Filium Dei, & verbum eius vocale, satis fuisset dici ab Euangelista, eam auscultasse Christo.

Item scriptura est verbum Patris, Filii & Spiritus sancti. Est enim opus totius Trinitatis. Si ergo Filius Dei simul esset verbum vocale, sequeretur & Patrem & Spiritum sanctum

Quum illud esse, Porro & experientia vniuersalis docet, differre inter se res & personas, è quibus causæ siue res ipsæ dicuntur & geruntur.

Deinde si sermo Christi naturalis illius Filii, simul est eius persona, necesse est & discipulos Christi naturales esse Dei Filios: suum enim verbum & illorum verbum vocat. *Iohann. 17. Non tantum rogo pro his, sed etiam pro iis, qui in me credituri sunt per verbum ipsorum.*

II. OBIECTIO.

Nonnunquam tamen fit ut ponatur persona pro rebus, ut cum dicit Christus. Qui vos audit, me audit.

RESPONSIO.

Fatemur fieri: sed hoc non potest inferri, quòd persona & res sint idem. Est igitur aliud quiddam persona loquens, aliud ipsa locutio seu sermo.

III. OBIECTIO.

Verbum Christi manet in æternum, & nunquam praterit. Esa. 40. cap. & Matth. 24. Potest ergo esse ipse Filius Dei: quia est æternus, sicut & Filius est æternus.

RESPONSIO.

Verbum Christi durat in æternū respectu contrarii, videlicet traditionū humanarū quæ facili momento vertuntur. Cum n. auditur sonus verbi

verbi Dei, & spiritus Domini per Euāgelium eas afflare incipit: rum dissipantur & sparguntur, sicut quisquiliæ & stipulæ, & eò respexit Esaias. Deinde verbum Christi iterum durat in æternum, respektu inclusarum promissionum, quæ sunt certissimæ. Ceterum aliquando delinet verbum, & ministeriū externum, nempe in nouissimo die, cum Christus regnum tradet Patri, sicut in *Epist. ad Corinth. i. cap. 15.* scriptum est.

Superest, vt hoc moneamus, Schuuenckfeldium, quæ natura est falsorum doctorum, sibi ipsi non constare; docet enim in hunc errorem contraria, in *confutatione sua, dist. 5.* Ita malum semper destructiuum est sui ipsius,

DECIMVS ERROR.

Humanitas Christi, post resurrectionem euersa est in diuinitatem, seu in essentiam Dei suscepta. In confessione. Et in lib. de verbo, parte 3.

CONFUTATIO.

Propet modum hic eadem via incedens delirat cum Sæceto, & occultat alias insignes hæreses, videlicet quòd Christus demū post resurrectionem factus sit Deus, nec antea fuerit ab æterno.

Et huius erroris illi patrociniū quæerunt *1. ad Rom. cap. vbi dicit Apost. Quod Euāgelium Deus pronunciauit per suos Prophetas in scripturis sanctis, de Filio suo, qui natus est ex semine*

semine Davidis secundum carnem, qui declaratus est Filius Dei cum potentia, secundum spiritum sanctificantem, ex eo quòd resurrexit a mortuis, Iesus Christus Dominus noster.

Hoc dictum perperam intelligunt Sæcetus & Schuuenckfeldius, ac si Christus post resurrectionem tantidem factus sit omnipotens Dei Filius, qui antea ab æterno non fuerit. Sed falsa est hæc interpretatio. Hoc enim loco non dicitur post resurrectionem declaratus, & clarissima luce manifestatus, quòd semper & ab æterno fuerit omnipotens Filius Dei.

Contra hunc duorum sophistarum errorē prolixè disputauimus supra in refutatione 1. & secundi erroris Sæcetiani. Sed aduersus hanc errorem quem Schuuenckfeldius nominatim hoc loco exprimit, testantur sequentia scripturæ scripta: *Iohannis 20.* Christus monstrat Thomæ manus suas, & latus suum palpari sinit post resurrectionem, vt testetur, etiam tum se verum esse hominem.

Ibidem cap. 21. Discipuli viderunt Christum post resurrectionem suam, locuti sunt cum eò, & ipse inuicem cum illis: quæ omnia testabantur, quòd tunc etiam verus esset homo. *Luc. 24.* cum Christus accedit ad discipulos, illi tanquam attoniti refugunt eum, ac videtur sibi spe ætrem videre. Resp. ôdet ergo Christus. *Quid ita estis attoniti? Vide manus meas & pedes meos, nam ipse ego sum. Tangite me*

H ES VI.

Et videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me habere videtis.

Astor. cap. i. Christus per integros quadraginta dies post resurrectionem conspicendum se præbuit discipulis, & postea, sicut ibidem dicit historia, visibiliter in conspectu discipulorum in cælum assumptus est. Porro sicut assumptus est ad cælum, ita sedet ad dexteram Patris, & ita redibit ad externum iudicium.

O B I E C T I O.

Nonne Paulus ad Philipp. cap. 3. dicit, Christum iam habere corpus glorificatum, hoc est, non amplius corporeum?

R E S P O N S I O.

Corpus habere glorificatum apud Paulum in eoloco non significat incorporeum esse, sed tali vestitum esse corpore, quod amplius nullis sit obnoxium accidentibus, & effectibus naturalibus, vt sunt fames, sitis, æstus, frigora.

Augustinus de agone Christiano cap. 24. Si enim tale non fuisset corpus, non ipse dixisset post resurrectionem discipulis: Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

Item de presentia Dei ad Dardanum, cap. II. Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Iesum Christum, unde venturus est, memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem,

tionem. quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, nec aliundè quam inde venturus est, ad viuos mortuosque iudicandos.

Item ad Consentium, Epistola 146. Ego proinde Domini corpus in cælo esse credo, ut erat quando ascendit in cælum. Dixerat autem discipulis, ut in Evangelio legimus, de resurrectione sua dabit aptibus, & illud quod videbant corpus, spiritum esse putantibus: Videte manus meas. Porro humanitas in diuinitatem verti non potest: alia est enim essentia humanitatis, alia diuinitatis.

Atque hic error Schuuenckfeldii doctrinam de duabus Christi naturis tollit, ac vult Christum nunc sedentem ad dexteram Patris, vnus tantum esse naturæ nempe diuinæ, nec sedere ibi verū Deum & hominem. Hic est falsis speculationibus satis responsum est supra in refutatione Stancari, qui & ipse in eodem luto hæsitans, duas naturas in Christo diuellere conatur.

E R R O R. XI.

Humanitas Christi est de natura, substantia, & essentia Dei sumta. Et est nunc post resurrectionem, iterum versa in diuinitatem. Item, quod humanitas Christi nunquam fuerit creatura, & quod ex Adamo & Eva non habeat suam originem. Item, quod Christus secundum humanitatem, suā non per omnia sit nobis similis, excepto peccato.

CONFUTATIO.

Nihil dictu facilius, O Schuuenckfeldi, quam Christum de natura & substantia diuina humanitatem suam sumpsisse: sed impossibile est, hanc sententiam ex scripturis probare: quia humanitatis alia est natura & substantia quam diuinitatis. Imò Deus est spiritus, & vocatur idè spiritus, quia non est homo, neque habet corpus, id est, carnem & sanguinem, *Iohannis 4. § 20.* Si ergo Deus non est homo si cūdam suam naturam & substantiam, quomodo Christus potuit suam ab eo assumere humanitatem? Ab hominibus autem, qui verè habent naturam ac substantiam hominum, humanitas assumi potest.

Ac si Christus humanitatem suam à Deo Patre assumere debuisset, frustra fuissent omnes promissiones de semine mulieris, Abrahamæ, Davidis: sed potuisset Deus creare Christum hominem, sine natiuitate ex Maria, nec fuisset opus partu virgineo.

Scribit autem *Iohannes capit. 1. Et verbum caro factum est*, hoc est, assumpsit humanam naturam. Neque vllō modo dicit, verbum assumpsisse humanitatem suam de natura & substantia Dei.

Præter hæc æternum verbum antea ab æterno fuit de natura & substantia Patris. Si ergo hoc verbum, quod gestat humanam naturam, secundum illam humanam naturam eiusdem

eiusdem esse naturæ & substantiæ cum Deo, assumpsisset quod habebat antea. Porro quod habuit antea quomodo id assumere potuit?

Item ex opinione Schuuenckfeldii necessesse est naturam & substantiam Dei in humanitatem Christi transisse: quæ opinio manifestè pugnat cum vero intellectu verborum *Iohannis: Et verbum caro factum est.*

Et ad *Philip. 2.* dicit Paulus, *verbum quod erat Deus formam serui assumpsisse*: non dicit diuinitatē eius in humanam naturam esse transmutatam.

Chrysostomus. *Hæc impia opinio est dicere, verbum vertit substantiam suam in carnem.*

Augustinus, *lib. 15. de Trinitate.* *Et sicut verbum nostrum sit vox, neque mutatur in vocem: ita verbum Dei caro quidem factum est sed absit ut mutetur in carnem, assumendo quidem illam non in illam se consumendo,*

Concilium Ephesinum hoc cōclusit quod *verbum sine corpore sit sermo incorporeus.*

Si ergo humanitas Christi est de natura & substantia Dei; necessesse est & verbum seu Filium Dei secundum diuinitatem suam non esse spiritum, sed corpus & substantiam corpoream. Quid multis? Neque humanum est neque corporeum, quicquid habet naturam & substantiam diuinam, sed illud fieri potest, vt hoc quod habet naturam & substantiam Dei, corpus humanum assumat. Et tali conditione verbum caro factum est, id est, homi-

nis naturam assumpsit. Ac Moyses dicit, Numer. 23. *Non est Deus, ut Filius hominis, fallax & mutabilis.*

Augustinus de specula cap. 2. *Deus est incomprehensibilis spiritus sine corpore.*

Item in Psalmo 85. *Quicquid est homo & animal, non est Deus.*

Item ad Dardanum de prof. Dei, cap. 8. *Deus non est res corporea.*

Item lib. 15. de Trinitate cap. 4. *Deus non est corpus, sed omnipotens spiritus.*

Præter hæc omnia, si humanitas Christi est de natura & substantia Dei, tantum ergo diuinam habet & non humanam naturam: & sic erit Christus Deus secundum diuinam naturam, & iterum Deus secundum humanam.

Si etiam humanitas Christi post resurrectionem rursus in diuinam naturam transmutata est, sequitur hinc, ipsam humanitatem, etsi de natura & substantia diuina fuerat, tamen tempore passionis esse desuisse: quod quidem manifestè impium & falsum est. Nam diuinitas non desinit esse.

Sed commentum illud de metamorphosi humanæ naturæ in diuinam post resurrectionem, iam ante refutauimus in decimo errore.

Quòd humana natura Christi non fuerit vnquam creatura, perpetuum est signum Schuuenckfeldii. In quantum enim natus ex Ma-

ex Maria secundum suam humanitatem initium habet: quare rectè potest appellari creatura.

Ambrosius lib. 1. de Trinit. *Et si ergo Christus secundum hominem dicitur creatura, non tamen simpliciter predicandus est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominem dicitur esse creatura.*

Inde non licet dicere. Verbum est creatura, Christus ista eine Creatur. Christus cœpit, Christus factus est.

Quòd humanitas Christi ex Adamo & Eua originem habeat, manifestum est ex dicto Genes. cap. 3. *Semen mulieris conteret caput serpentis.*

Similiter Christus propter humanitatem suam, quam postea ex Adamo & Eua eorumque posteris assumpturus erat, vocatur semen & filius Abrahæ & Davidis: Item & filius Mariæ.

Augustinus de fide ad Petrum: *Verbum de Patre genitum est. Sed de muliere verbum caro factum est. Ideò vnicus Filius Dei pro mundo, & in mundo natus est. Et utraq, natiuitas est vnus Filii, diuina & humana.*

Item alibi: *Deus potuisset aliunde hominem assumere, quàm de genere Adæ. Sed melius iudicauit, hominem assumere, de genere, quod victum erat, per quem inimicum hominis vinceret.*

Porro quemadmodum Christus secundum humanam naturam nobis similis factus sit:

de hoc consulenda sunt, quæ supra in refutatione septimi erroris Seruetiani docuimus.

ERROR XII.

Quoddam mors Christi & omnia facta ipsius, una cum passione & meritis, qua in hac vita perfecit, omnia versa sint in diuinitatem, vel suscepta & transmutata in sanctam Trinitatem. In lib. de verbo pag. 13. & 136.

CONFUTATIO.

Schauenckfeldius delectatur fingēdis multis Diis, ita & hic magnum Deorum numerum nobis parat. Et quis dubitat, quin hoc mundo etiam asellus, qui gestauit Christum, factus sit Deus?

Sed O miseros Deos, qui mendacijs astruuntur? Bone Deus, quomodo congruunt humana illa & transitoria, quæ post glorificationem Christi deserunt, cum diuinitate? vel quomodo fieri potest Deus, quod non fuit ab æterno? Quid porro passio Christi, mors, actiones, vltus cibi, potus agunt in essentia trinitatis? An verò & Deus patitur, moritur, comedit, bibit? Aut an hæc corporalia possunt induere diuinitatem?

Verum vt ad pauca redeamus, hic error Schauenckfeldii inde nascitur, quod non distinguit inter opera Christi, quæ iam deserunt, & inter cætera illa, quibus etiam nunc ad dexteram Patris fungitur. Deinde quod glorificatum

glorificatum corpus Christi, de quo Paulus ad Philip. 2. scribit, de corpore transmutato in diuinam naturam intelligit, quod corpus nunc factum sit Deus, Et amplius, quod diuinitate duas in Christo naturas, secundum quas sedet ad dexteram Patris, verus Deus & homo. Sed horribile est auditu, sic ludere Schauenckfeldium in re maxima, quippe quæ ad honorem diuinitatis pertinet.

ERROR XIII.

Doctrina de communicatione Idiomatum de formis loquendi, quomodo natura Christo sine vnica, est falsa & damnata. In lib. de verbo Dei pag. 136.

CONFUTATIO.

Nisi haberemus doctrinam de communicatione Idiomatum in vnione duarum naturarum, multi existerent terri & horrendi errores. Ex vno Christo alicubi fingerentur duo, ex trinitate fieret quaternitas: vel tribueretur Christo vna natura, cum habeat duas: vel vni nature assignaretur, quod est alterius proprium: vel duæ in Christo nature confunderentur: vel vni tribueretur quod est vtriusque: vel vtriusque quod vnus. De quo videat lector, quæ supra de duabus naturis contra Stancarum docuimus.

Prodit etiam hoc loco Schauenckfeldius, quid de duabus in Christo naturis sentiat, & quantum in hac doctrina intelligat.

ERROR. XIII.

Humanitatem Christi etiam in patribus veteris testamenti habitasse, In lib. de verbo pag. 129.

CONFUTATIO.

Hic error affirmat humanitatem Christi etiam fuisse ante natiuitatem, quod quidem abhorrent piæ aures. Verum est autem, Christum secundum humanitatem suam ex Patribus & eorum semine natum esse. Si hoc vult Schuuenckfeldius, transeat: sed poterat tamen dilucidius eam sententiam proferre, ne hominib. præberet causam ad suspicandum aliquid mali.

Verum hic hæreticus ita incautè loquitur, vt in errore ipse incidat, quia prius dixit, humanitatem Christi essentiã habere diuinam: quod si verum sit, necesse est naturam humanam fuisse ante natiuitatem Christi.

ERROR. XV.

Quod Christus in hac vita duplicem doctrinam seu duplex verbum tradiderit, sicut duplicem habet naturam, verbum humanum, iuxta naturam humanam, & verbum diuinum iuxta naturam diuinam. In lib. quem Valetè nominat pag. 91. Et in lib. de verbo pag. 99. 100. 101.

CONFUTATIO.

Rursum cõfiterur Schuuenckfeldius duas in Christo naturas, quas antè aliquoties negauit:

gavit: etsi autem cõfiterur eas ore, tamen ipsa sententia eas mox dirumpit, cum affirmat quamlibet naturam habere suam quandam doctrinam.

Aduersus hanc imaginationem friendura est, etsi duæ sunt in Christo naturæ, vnã tamen esse personam, quæ persona habet vnũ, verbum, & eãdem ac perpetuam doctrinam, quam nobis tradidit.

Quia vero Schuuenckfeldius non discernit, quæ nam doctrina sit diuinitatis, quæ humanitatis: in dubiũ vocat totum Euangelium, & conatur incertam reddere doctrinam: & quod inde sequitur, sic etiam salus nostra sit incerta. Petrus verò I. *Epist.* I. ita plane certam facit doctrinam Euangelicam, vt ausit eam per Spiritum sanctum de cœlo prolatam dicere: quapropter non esse vocem humanam manifestum est.

Nos autem statuere & consistere debemus Euangelium esse diuinam Christi doctrinam, quæ certos nos facit de salute nostra.

Plura de hac re supra monuimus in refutatione tertii erroris, cum ostenderemus scripturam verè esse verbum Dei. Si est verbum Dei, non potest esse verbum hominis.

ERROR. XVI.

Nihil externum & visibile, aliquid internum, nihil temporale, aliquid æternum causari potest. In libro de verbo Dei.

CONFUTATIO.

Hoc errore tollit Schuueckfeldius omnia externa & visibilia media, quæ Deus ad salutem nostram destinavit, passionem ac mortem Christi non vult esse media nostræ salutis, neque item verbum vocale, neque sacramenta. Repugnant autem huic fanatico errori hæc & similia dicta. *Esaiæ cap. 53. Cum dederit vitam suam pro oblatione peccati, videbit semen, & prolongabit dies suos: & notitia sui servus meus iustus, iustificabit multos. Ad Rom. 3. Quem Deus proposuit propiciatorum per fidem in sanguine eius: Et postea. cap. 4. Qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustitiam nostram. Et capit 5. Commendat Deus erga nos suam caritatem, quod Christus pro nobis traditus est cum adhuc peccatores essemus, multo ergo magis, per ipsam servabimur ab ira. postquam iustificati sumus per sanguinem eius? Et ibidem reconciliationem dicit esse opus passionis ac mortis Christi. Et rursus ibi iustificatio vitæ recensetur pro fructu obedientiæ, atque ad eam passionis ac mortis Christi. *Priore Pet. 1. Scitote, vos non corruptibili argento vel auro redemptos esse à vana conversatione vestra, quam ex Patrum traditionibus accepistis, sed precioso sanguine, utpote agni immaculati & incontaminati Christi. Ad Ebreos 9. Christus semel oblatus est, ut multorum peccata tolleret. Et cap. 10. Una oblatione cõsummanit in perpetuum eos,*
*qui**

qui sanctificantur, Marc. 16. Christus iubet prædicare Evangelium, & baptizare homines ad salutem. Ad Rom. 10. Paulus ligatè scribit, per auscultationem verbi divini ad salutem perveniri. Actor. 2. Petrus vult baptizari homines in remissionem peccatorum. At si id ita esset, ut ait Schuuenckfeldius, Christus secundum humanitatem suam, in qua potuit conspici & tangi, nihil internum ac perpetuum efficere potuisset.

Et ut brevissimè dicamus, omnia externa media ad salutem pertinentia, frustra à se esse instituta: & proinde iuxta hanc opinionem Deus sine passione Filii salutem nobis donasset.

ERROR XVII.

Christum nullam externam doctrinam Apostolis prædicandam tradidisse, sed suam tantum æternam essentiam. In lib. de sacra scriptura pag. 27. 28. 29. Deum non agere nobiscum per scripturam, de verbo pag. 24. Deum non esse alligatum suo verbo. In præfatione Iudicii.

CONFUTATIO.

Quod Christus Apostolis externam vocalem doctrinam prædicandam tradiderit, ex frequentibus dictis manifestum est. *Matth. 10. Euntes prædicate & dicite, propè est regnum celorum.*

Porro doctrina quæ nunc prædicatur, non potest

potest esse æterna essentia Christi, quæ neq̄ doceri, neque proferri potest. *Matth. 28. Docete omnes gentes*, Quid autem? Externum & vocale verbum Euangelii. *Marc. 16. Prædicare Euangelium omnibus creaturis*. Quod autem prædicatur, id est externum & vocale. *In nomine Christi oportet prædicari penitentiam, & remissionem peccatorum, Luc. 24.* Et de eodem externo & vocali sermone loquitur *Paulus in 1. ad Cor. 1. Et Iohannes Apostolus 1. Epist. 1. Quæ vidimus & audiuimus, nunciamus vobis*. Quid est autem hoc quod videtur & auditur, nisi externum?

Æterna Christi essentia nõ conspicitur neque auditur: ergo prædicari non potest, imò magis vult apprehendi fide, quam peruestigari. Et licet peruestigari eam quis velit, tamẽ propter sublimitatem non potest. Quod autem peruestigari nequit, id ignoratur: quod ignoratur, quomodo potest prædicari?

Augustinus *ad Circenses, Epistola 130. scribit, Deum monere nos per externa signarum.*

Item *tract. 36. super Iohan. docet nos prædicatores extrinsecus prædicare & docere, quemadmodum aliquis extrinsecus arborem curat, & sic ut extrinsecus plantatus & rigatus. Et hoc docere & prædicare, quod sit extrinsecus, discernit à docendo & prædicando, quod intus sit per Spiritum S. & sic per Deum qui dat incrementum.*

Porrò si Christus discipulis non mandauit externi verbi prædicationem, non possunt esse

esse externi testes Christi, *Iohan. 15.* Item nulla est differentia inter concionatores, & Spiritum sanctum, & inter vtriusq; testimonium.

Et certè satis manifestum est, quid prædicauerint discipuli, ex actis Apostolorum. Et quemadmodum tunc discipuli vocale verbũ sonuerunt, ita auditores eorum illud audierunt, & per gratiam Dei crediderunt.

Æterna essentia filii est imperuestigabilis, sicut in vniversum tota Trinitas. Si quid scimus de ea, non nisi ex scripto verbo. Deit scimus, quod quidem vt potè externum, loqui & prædicare possumus. Cæcus Ierichuntinus apprehendit Christum Filium Davidis, videlicet quod sit factus Filius Davidis, vt conspici, audiri, & conrectari manibus, & ab eo verbum Dei foris doceri posset. Quod autem Christus ipse docuit, id docendam Apostolis reliquit. Docuit autem externum verbum & vocale, & quod audiri potuit.

Sicut *Pater misit Filium, ita Christus mittit discipulos suos, Iohan. 20.* hoc est, vt idem doceant quod docuit ipse Paulus *in 1. ad Cor. 11. se à Domino accepisse dicit, & tradiderit Corinthiis.*

Tertullianus *in lib. de præscriptionibus hereticorum. Habemus nunc Apostolos antecessores, nostros, qui nec ipsi, id quod fecerunt, ex suo arbitrio elegerunt: sed doctrinam à Christo acceptam, hominibus fideliter proposuerunt.*

Ecce autè candidè lector, quid molitur Diabolus? Conatur nos ab externa voce doctrinæ

doctrinæ & deducere ad æternam Christi essentiam, quæ inscrutabilis est, & incomprehensibilis: in quo fiat quiescamus illi, ætūm erit de salute nostra, & omnis consolationis erimus expetres.

Si autem & hoc verum est, Deum non agere nobiscum per sacram scripturam, fatemur sanè ignorare nos, quæ sit eius vtilitas. Nonne per scripturam aperit nobis voluntatem suam? Christus remittit nos ad Moysen & Prophetas, & iubet nos scrutari, ac diligenter excutere scripturas. *Per Euangelium Spiritus sanctus arguit mundum de incredulitate, & iniustitia, & iudicio Iohā. 16. Nec absq̃ prædicatione Euangelii sciremus, quid verè sit iniustitia & impietas, ad Rom. 1. Tum etiam scriptura utilis est ad patientiam, consolationem & spem, ad Romā. 15. Atque erudire nos potest ad salutem, estque utilis ad docendum, arguendum & corrigendum in ipsa iniustitia, sicut scribit Paulus ad Timoth. Et hæc omnia frustra essent, nisi Deus per scripturam nobiscum ageret. Nullus ergo momenti sunt tam magnæ vtilitate?*

Falsum & hoc est, quod Deus non sit alligatus suo verbo. Is enim est æterna veritas, & quicquid pollicetur, id certissimè è ipsa re comprobatur: nam cœlum prius terræ miscebitur, quam verbum Dei nos fallat, *Matth. 24.* Et vt maxime à nobis accusetur Deus mendacii, *tamen manet verax, & vincit cum iudicatur, Psal. 51.* Inter homines honestū est & bonum, seruare

seruare quæ quis promisit, quantum magis apud Deum?

Hoc quidem verum est, cum Deus sit omnipotens, non ita strictè est alligatus externo verbo; vt sine eo nihil efficere queat. Sed quod non sit ita alligatus, vt seruet quæ promisit, id falsum est.

ERROR. XVIII.

Scriptura est humana vox, sonitus, strepitus, & mortua litera. In lib. de sacra scriptura. Item, humanum verbum. In initio de Euangelio.

CONFUTATIO.

Hunc errorem quantum opus fuit, refellimus, supra, in refutatione tertii.

ERROR XIX.

Conscripta doctrina sancti Euangelii, est humanum Euangelium. Item quod scriptura sit incerta & flexibilis doctrina, quæ patitur se in varios sensus trahi. In lib. de Euangelio, pag. 17. & 33.

Item quod fides nostra non oriatur ex auditu diuini verbi, nec etiam per illud confirmetur, & conseruetur

Item quod nostra fides non debeat se regere iuxta sacram scripturam: sed scriptura sacra regatur secundum fidem nostram. De sacra scriptura pagina 12.

CONFUTATIO.

Euangelium nō est scriptura humana, licet

fit ab hominibus collecta. Christus enim dicit suum verbum esse verbum Patris, qui miserat eum. Porro verbum Christi est Euangelium. Item ad Roman. I. Paulus vocat *Euangelium virtutem Dei*. Quomodo ergo potest esse humanum inuentum? Petrus I. cap. I. scribit *Euangelium prolatum esse de caelo per Spiritum sanctum*. Et ad Ephes. 3. dicit Apostolus, *Euangelium Apostolis & Prophetis per Spiritum sanctum reuelatum esse*. Et amplius dicit ad Gal. I. *Se esse doctorem Euangelii, a Deo & non ab hominibus vocatum*. De hoc vide supra refutationem tertii erroris.

Origenes super praefationem Euangelii Lucae facit discrimen inter scriptores Euangelicos, ad dicit multos quidem Euangelia scribere conatos, sed alios id sine gratia Sp. sancti suscipisse: alios per gratiam Sp. sancti. Idem super Matth. tract. 35. significat Euangelistas qui ex uno spiritu scripserint, nequaquam sibi esse contrarios, vt ostendat, quod Euangelia non sint dogmata seu decreta hominum, quae saepe non erunt inter se collidunt.

Augustinus ad Hieronymum, Epist. 19. Ego fateor charitati tuae, solis in scripturarum libris, quia canonici appellantur, didici hunc honorem & timorem deferre, vt nullum eorum autorum scribendo aliquid errasse, firmissime credam. Ac si in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendosum esse credidem, vel interpretem non affecturum esse quos didicimus est, vel me minime intellexisse non ambigam.

Idem

Idem lib. II. contra Faustum Manicheum, c. 5. excusat scriptores sacrae scripturae, quod nihil in pie, nihilq; falsi scripserint: sed solam veritatem.

Si ergo Euangelium est humana doctrina, necesse est vt permixtos habeat errores. Homines enim facile prolabantur in errores.

Quod autem proficetur Schuuenckfeldius, sacras literas esse incertam & flexibilem doctrinam, id manifestissimum est mendacium: Quid enim est, si non doctrina Patris caelestis certa & constans est, qui ipse neq; mutabilis est, neq; inconstans? Iohan. I. 4. *Sermones quos ego loquor vobis, non sunt mei, sed Patris mei qui misit me*. Iohan. 8. *Christus dicit, se a Patre accepisse suam doctrinam*. Qui ergo incerta & inconstans esse arguetur? Petrus in I. Epist. cap. I. dicit *Euangelium de caelo prolatum esse per S. sanctum*. Nullo igitur modo haec doctrina veribilis aut inconstans esse potest. Idem in 2. Epistola cap. I. *Scripturam vocat verbum stabile seu firmum, & addit scriptores huius verbi Sp. sancto agitator ad scribendum fuisse*. Quod autem a Sp. sancto prouenit, quomodo potest esse varium & anceps? Idem Paulus testatur, I. ad Tim. I. in dicto: *Certus est sermo, & omni approbatione dignus*.

Ireneus lib. 2. cap. 56. *Scripturis diuinis nitida, qua certa & indubitata est veritas, firma & valida Petra est domum suam super illam adificare: hac vero de relicta, aliis nitibus quibuscunque doctrinis, est in effusam arenam, unde facilis est auersio, ad ruinam struere*.

I 2

Hiero,

Hieronymus *super Epistolam ad Galat. cap. 5.* Nemini credendum est sine verbo Dei: quoniam hac sola doctrina Spiritus sancti est, quam libri Canonici comprehensa est, contra quos ubi concilia aliquid statuerint, iudico illud iniustum esse.

Augustinus *ad Vincentium, Donatistam, Epist. 48.* Noli frater contra diuina tam multa tam clara, tam indubitata testimonia, colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, sine nostrorum siue Hilarii.

Et magna est inscilia in Schuuenckfeldio, cū audet dicere, quod scriptura in alios atq; alios sensus retorqueri se patitur. Minimè id enim in scriptura est. Quod autè magna est petulantia ingeniorum in iis, qui interpretantur scripturam, quam quidem sæpè attemperant suis cupiditatibus, num hoc scripturæ imputari debet? Nunquid absurdum est sic argumentari? Scriptura ab aliquibus distortis vel superbis ingeniiis falsò accommodatur ad alienum sensum: ergo scriptura est incerta & flexiloqua. Imò sic erat asseuerandum. Scriptura perpetuò est certa & vera, sed interpretes eius hallucinantur & errant sæpè numero.

Quid ergo ad scripturam, quod aliqui extant eius interpretes stupidi & deliri, & ita malè Deo conciliati, vt scripturæ sensum corrumpant & deprauent? Tandem tamen scriptura certa & indubitata manet.

Augustinus *in libro de Genesi ad literam c. 8.* acerbissimè arguit interpretes scripturæ, qui
pro

pro sua interpretatione pugnant, & hanc pro vero intellectu scripturæ obrudunt, cum meritò sensum scripturæ pro suo amplecti deberent.

Ad Hieronymum Epist. 19. Alias autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinæ, præpoleant, non ideo verum esse putem, quod ipsa senserunt, sed quia mihi per illos autores Canonicos, vel probabiliratione, quod a vero non abhorrent, persuadere potuerunt.

Ad Vincentium Donatistam, Epist. 48. Hoc genus literarum, ab autoritate Canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sicubi fortè aliter sapuerint, quam veritas postulat.

Ad Vincentium Victorem lib. 2. Negare nec possum, nec debeo, quemadmodum in meorum, antecessorum libris, sic etiam in meis multa insunt, quæ in isto iudicio sine temeritate carpi possunt.

Ex his omnibus constat, interpretes scripturæ errare, incerta que docere, & mutare sententiam posse, scripturam autem per se esse certissimam.

Similiter & hoc falsum est, fidè ex auscultatione verbi non oriri, nec etiam confirmari ac retineri: Paulus enim disertè dicit *ad Rom. 10.* fidem esse ex auditu, auditum verò ex verbo Dei. Et propter hanc ipsam causam in eadem Epistola verbum vocat Apostolus verbum

fidei, *Iohan. 16. Non autem pro his rogo tantum, sed etiam pro iis, qui credituri sunt per verbum eorum. Iohan. 14. Christus præcipit Philippo, vt credat huic verbo, quod ipse sit in Patre, & Pater in ipso. Et Marc. 1. Christus vult vt suo Euangelio credatur.*

QVÆSTIO.

Quomodo fides oritur ex verbo Dei?

RESPONSIO.

Sic, vt verbum Dei sit medium illud, quo Spiritus sanctus fidem in nobis operatur: quemadmodum etiam visibilia Sacramenta sunt externa media, per quæ spiritus exuscitat & operatur fidem in nobis. Vnde & Augustinus dixit, *Sacramentum esse verbum visibile, significans videlicet, sicut Spiritus sanctus per verbum vocale fidem in nobis operatur, itidem eandem operari per visibilia sacramenta.*

Veruntamen etiam sine externis mediis Spiritus sanctus fidem donare pro sua omnipotentia potest.

Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei cap. 18. Credit etiam scripturis sanctis, & veteribus & nouis, quas Canonicas appellamus, vnde fides ipsa concepta est, ex qua iustus vivit.

Super Psal. 118. De quo verbo Christi scriptum est: Fides ex auditu est, auditus per verbum Christi.

De ciuitate Dei lib. 13. cap. 2. Est fides in nobis oriatar ex auditu, tamen non pertinet ad sensum corporis-

corporis, qui auditus appellatur. Ibid. Verissimè dicimus, qd fides ex doctrina in corda imprimatur.

Si ergo fides est ex auditu verbi Dei, sequitur amplius per hoc verbum fidem corroborari & retineri. Vtiq; enim rectè dicitur: causa retinet effectum. Nunc vt progrediamur ultra, pessimè dictum est à Schuuenckfeldio, quod scriptura iuxta nostram fidè dirigenda sit. imò effectus dirigi debet iuxta suā causam.

Ac si obtemperate Schuuenckfeldio necesse esset, scriptura horribilem lacerationem & ingens interpretationum chaos sustineret. Multorum enim hominum fides perturbatissimis opinionibus implexa est, quod & ipse Schuuenckfeldius suo exemplo huius dogmatis magister, perspicuè demonstrat: Non enim dubitamus, quin ipse quid credat incertus sit: quo fit, vt miserimè vim faciat scripturæ, eamq; sua sophistica pessimè dilaceret. Et vt ad rem redeamus, fides secundum scripturam, non scriptura secundum fidem regi debet, ne videlicet illa propter humanorum ingeniorum in credendo varietatem, in suspicionem & dubitationem trahatur. Christus cum vult *Marc. 1. vt credamus Euangelio,* simul vult, vt fides nostra ad normā Euangelii dirigatur. Et *Iohan. 5. Iube t exquirere scripturas,* quas de se testari cõfirmat. Postea *Luc. 16. remittit nos ad Moysen & Prophetas, vt ostendat velle se, vt fides ad normam scripturæ accommodetur.*

Petrus *in* 1. *Epist.* iubet nos attendere scripturæ ad doctrinam, vt videlicet scriptura sit norma secundum quam dirigere nostram fidem debemus.

Paulus præcipit *Timotheo*, vt attendat lectioni scripturæ, significans quod scripturam sequi debeat.

Augustin. *lib. 15. de doctrina Christiana cap. 10.* *O veritas lumen cordis. Non loquentur mihi tenebra mea.*

Contra *Fauftum lib. 22. cap. 17.* *Cedendum est diuinis mandatis cum obedientia.* Non dicit diuina mandata nobis vel nostræ fidei cedere debent.

Ad Cresconium lib. 2. cap. 32. breuissimè discernit episcoporum scripta diuinis testimoniis cedere debere. Et eandem sententiam tueretur *aduersus Maximum Arianorum episcopum lib. 3. cap. 14.*

In conciliis Pontificum vsitatum fuit, vt scriptura fidei Pontificum cederet: sed non fuerat hoc probandum.

Panormitanus *super Canonem significasti, de electione: Magis credendam est simplici laico, qui scripturam allegat, quam toti concilio.*

Gerlon: *Prae eminenti in sacra scriptura, & qui catholicam autoritatem allegat, & pra se habet, magis credendū est quam vniuersali concilio.*

ERROR XX.

Apostoli non predicauerunt ex sacra scriptura, sed

Sed ex magno libro creationis & creaturarum.
Imò Christus ipse mandauit prædicationem Euangelii ex creaturis: idè prædicatores non ex scriptura, sed ex creaturis pulchras parabolas & similitudines excogitare, & populo proponere debent.
In lib. de sacra scriptura cap. 45. & 46.

CONFUTATIO.

Apostolos ex sacra scriptura non prædicasse falsum est, diuersum enim testantur eorum libri, Passim enim Prophetarum testimonia vsurpant pro confirmatione suæ doctrinæ. Et Christus *Marc. 13.* mandauit eis prædicationem Euangelii, hoc est, illius scripturæ seu doctrinæ, quam ipse antea docerat & prædicauerat.

Similiter & Christus ipse Prophetica testimonia passim allegauit, vt discipuli haberent, quod imitarentur.

Quid autem velle sibi Schuuenckfeldius per librum creationis, & ipsarum creaturarum, aduerri potest ex sequentibus verbis cum dicit, fingendas esse pulchras parabolas ex creaturis.

Hæc ratio docendi non reprehenditur, cū deducere homines ad naturalem cognitionem Dei volumus, videlicet quòd sit Deus, quod creauerit, regat & seruet omnia, puniat scelera & remuneret benefacta. De hac ratione loquitur Paulus *ad Roman. 1.* Lucas *in act.*

cap. 17. Iob. cap. 12. cum dicit: *Et quidem interrogamenta, docebunt te.*

Sed hæc naturalis cognitio Dei per se & sola nequaquam saluat hominem: sit enim extra agnitionem Christi, sine qua nemo ad salutem peruenire potest. Ac si assentiamur Schuuenckfeldio, & simus contenti illa naturali cognitione Dei, quæ sumitur ex creaturis, nemo nostrum fieret saluus. Vt autem fiamus salui, necesse est & Patrem & Filium rectè agnoscamus: *Sed nemo novit Patrem nisi Filius & cui Filius vult revelare*, Matth. 11. Filius autem porro sine Evangelio rectè agnosci non potest: nisi ergo per Evangelium rectè agnoscatur Filius, nec Pater agnosci rectè potest. Et hoc Evangelium ignorat natura, & multo magis ignorant creaturæ. *Ad Ephes. 3. Quod cum legitis, intelligentiam in mysterio Christi meam advertere potestis, quod quidem mysterium nulla alia etate ita notum fuit hominibus ut nunc revelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis per spiritum.*

Propterea inutilis & vana est doctrina Sacramentariorum, quod Aristides, Pomponius Atticus & alii honesti homines inter Ethnicos sine agnitione Christi, per naturæ lucem saluati sunt. Neque unquam demonstrare Schuuenckfeldius poterit Christum præcepisse, ut Evangelium ex creaturis prædicetur. Quod autem *Marc. 16.* scriptum est: *Ite prædicatè Evangelium omnibus creaturis*, nihil ibi aliud præcipit Christus, quam ut Apostoli prædicet Evangelium omni

omni creaturæ rationali: hæc enim est doctrina, quæ tantum ad homines ratione præditos pertinet. Et hoc modo Petrus utitur vocabulo creaturæ in *1. Epist. cap. 2. Subiecti estote omni creaturæ*: quod Lutherus ita interpretatus est: *Subiecti estote omni ordinationi humana.* Avertat etiã Deus ne iuxta sententiã Schuuenckfeldii dogmata fingamus, quæ proponantur populo ad suam salutem. Contrariũ præcipiunt multa scripturæ dicta: Christus enim prædicavit Evangelium, merito igitur & nos prædicamus. Et ipse mandavit nobis prædicationem Evangelii ne unusquisque propriam doctrinam effingat. *Lucæ 24.* Christus generali catalogo complexus est, quid prædicare debeamus, videlicet penitentiam & remissionem peccatorum in nomine suo, nõ autem mandavit, ut nostras imaginationes figmenta venusta & fabellas traderemus. *1. Pet. cap. 4.* *Si quis loquitur, loquatur verbum Dei.* Et *2. Epist. c. 1.* attendere nos iubet verbo Prophetico. *Ad Gal. 1. Maledictus, qui aliud Evangelium docet, quam quod accepistis.* Itẽ & Christus vult *Luc. 16.* *ut audiamus Moysen & Prophetas*, non humani figmenti elegantias *Esa. 8.* *Ad legem & testimonium dicant: quod nisi fecerint, nõ erit eis lux matutina.* Huc etiã congruunt dicta sanctorum Patrum, qui ad scripturam nos deducunt, & sua quoque scripta diligenter à Canonicis scripturæ sanctæ libris discernunt.

August. *lib. 12. de doctrina Christi ca. 10.* *O veritas lumẽ cordis. Nõ loquatur mihi tenebra mea.*

Ibidem

Ibidem in cap. 39. remittit omnes ad scripturam, qui salutem querunt.

Ad Paulinam Epist. 112. ligat nos ad scripturam, ita quod illi soli adherere debeamus. Reliquorum autem scriptorum libris, potest quis liberè credere, vel non credere.

Ad Vincentium Epistola 48. non vult, ut Episcoporum scripta, contra diuinam scripturam allegemus.

In Maximum Arianorum Episcopum libr. 3. cap. 14. inuehitur acerrimè, quod Episcoporum & conciliorum scripta, cōtra scripturam produceret.

ERROR XXI.

Lex est Christus: similiter & Euangelium est Christus.

CONFUTATIO.

Hic error valdè perniciosus est, & causam præbet multis aliis falsis dogmatibus. Prorsus enim tollit discrimen Legis & Euangelii. Sed refragantur ei sequentes scripturæ loci. *Matth. 5. Non veni soluere legem, sed implere,* quo dicto ostendit Christus legem nunquam impleri sine Euangelio. Item *sub lege nullam aliam iustitiam acquiri posse, quam iustitiam Pharisæorum & Scribarum.* Euāgelium autem afferre meliorem iustitiam, quam illa sit. Ergo Lex & Euangelium non possunt esse idem. Similiter *Luce 24.* cum Christus in nomine suo iubet prædicari pœnitentiam & remissionem pecca-

peccatorum, cerè distinguit inter legem & Euangelium. Altera enim pars prædicationis est Lex: altera Euangelium. Item in *Epistola ad Rom.* fermè nihil aliud agit Apostolus, quam vt legem ab Euangelio fecernat. Sic etiam ad *Corinth. 2. cap. 3.* tractatur amplissimum discrimen Legis & Euāgelii. Similiter etiam in *totali ad Galatas Epistola*, & præsertim cap. 4.

ERROR XXII.

Tota sacra scriptura habet duplicem intellectum: literalem, qui sumitur ex verbis seu contextu, & hic nullius momenti est, & spiritualem seu mysticum, quem soli spirituales capiunt. In libro cui titulus, *Valete pag. 85.*

CONFUTATIO.

De vero intellectu scripturæ certam habemus regulam ad *Rom. 12. Si quis habet Prophetiam, respondeat analogiæ fidei.* Vt autem Prophetia respondeat analogiæ fidei, necesse est, eam congruere cum verbo Dei, ex quo fides oritur: & hoc verbum certis elementis acriter inclusum est, vt sit certus textus, cuius verus intellectus, ex proprietate verborum, seu cuiusque vocabuli notione eruendus est: quod idem, & in aliis prophanis scriptis fieri oportet. Nā si vnusquisq; pro suo arbitratu spiritualem intellectum scripturis affingere vellet, contra perpetuam sententiam seu vniuersalem eorum cōsensum: hac ratione verus intel-

intellectus retineri non posset, & scriptura traheretur in dubium. Exemplum huius rei conspicitur in Origene, qui totam scripturam transformauit in Allegorias & tropos, neque sine magna veritatis iactura.

DICTA SCRIPTURÆ HVIC
loco fertuentia.

Pfal. 169. *Da mihi intellectum, secundum verbum tuum.*

Pfal. 93. *Beatus, quem erudieris Domine, & quem docueris de lege tua.* Et Petrus 2. Epist. c. I. iubet nos obseruare scripturam tanquā lucernam lucentem in tenebris, donec oriatur lucifer in cordibus nostris. Psal. 119. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

Augustin. lib. 1. de Trinitate, cap. 1. *Scriptura nullius generis rerum verba vitauit, quibus graduatim ad diuina siue sublimia noster intellectus velut nutritus assurgeret.*

Super Iohan. tract. 9. *Lege Propheticos libros omnes, non intellecto Christo, quid inspidum & fatuum inuenies.* Inde liquet, multum conducere ad verum intellectum scripturæ, Christum nouisse.

Ad Honoratum cap. 3. enumerat varias formas exponēdi scripturam: historiam, quando fit explicatio per historias: allegoricam, qua figuratē & allegoricē explicatur scriptura: analogicam, quando nouum & vetus Testamentum inter se conferimus: & Etymologicam,

gicam, quando damus rationem verborum & factorum, & causas inquirimus.

De Christiana doctrina lib. 2. cap. 6. Nihil est ita obscurum in doctrina, in uno loco, quod alibi non plenariē explicetur.

Ibidem cap. 11. docet, quōd cognitio linguarum multum faciat ad verum intellectum scripturæ.

Ibidem lib. 3. cap. 26. & 28. monet, quomodo scripturam scriptura explicare debeamus, obscuriora loca per apertiora.

Chrysost. sermone undecimo, super quintum caput Genesis: *Vt scriptura intelligatur, opus habet reuelatione Spiritus sancti.*

Ibidem sermone 21. scribit, quomodo scriptura se ipsam exponat, nec sinat lectorem errare.

Hieronymus ad Demetriaden vult, ut scripturam diligenter legamus, quo huius beneficio ad verum illius intellectum pertingamus.

Idem in Esaiam: *Qui sacram scripturam non ita intelligit, pro ut veritas docet, is edit vnas acerbas.*

In Psalmum 86. *Dominus locutus est per Euāgelia sua, non ut pauci, sed ut multi intelligant.*

Gregorius lib. 1. moralium: *Scriptura interdum est nobis cibus, interdum potus. Cibus in locis obscuris, ubi quis illa tanquam proposita vitur, & veluti masticata deuoratur. Potus vero in locis apertis. Ita enim imbibitur, sicut inuenitur.*

ERROR. XXIII.

Pœnitentiam seu conuersionem non ex lege, sed ex Euangelio docendum esse: In libro de sacra scriptura.

CON-

CONFUTATIO.

De hac controuersia diximus copiosè supra in refutatione falsi dogmatis Antinomorum.

ERROR XXIII.

Quòd post regenerationem possit homo toto animo legem Dei seruare & implere. In libro de Euangelio pag. 75. 76. 77.

CONFUTATIO.

Non est dubium, quin homo regeneratus aliquo modo legem atque voluntatem Dei seruare possit: quod autem toto animo & sic perfectè possit, nemo affirmabit. Nā *Luc. 17.* Christus inquit: *Cum omnia feceritis, quae praecepta sunt vobis, dicite: inutiles serui sumus, quae debuimus fecimus, Ad Rom. 7.* Paulus dudum regeneratus, lamentabiliter quæritur, de sua infirmitate, *quòd non faciat bonum, quod utiq; facere optet & velit.* Item solius Christi est, perfectam Legi præstare obedientiam, *Matth. 5.* Si autem solius Christi est, nostrum non est. Prætersa si legem seruamus perfectè, tum acquirimus ex ea iustitiam. *Matth. 5.* flagitat Christus talem tanquam accuratam legis observationem, ut ne apex quidem vel punctulus prætereatur. Sed talem quis habet? In parabola qua describitur *Matth. 18.* debitum serui, quod exoluendum est domino, manent re fidua decem millia talentorum. Et ut simul comple-

complectamur omnia, communis experientia conuincit nos, quòd secundum legem & voluntatem Dei perfectè nullo modo viuere possimus. Nam *in hac vita, ut in priore Epistola ad Corinth. 13.* dicitur, *ex parte cognoscimus vniuersa, sed in altera vita perfectè gerètur omnia.*

OBIECTIO.

Adhuc ergo damnamur, cum legem Dei non possimus perfectè seruare post regenerationem.

RESPONSIO.

Minimè; quia nulla reliqua est condemnatio his, qui sunt in Christo Iesu, hoc est, etsi iustificati & regenerati sunt adhuc iracillies & infirmi, neq; perfectè legem Dei præstare possunt: tamen vult Deus infirmitatem eorum tegere & ferre, si modo in fide Christi perseverent:

Augustinus lib. 1. Retractationum cap. 19. Omnia praecepta Dei implentur, dum nobis dimittuntur, quae non fiunt à nobis.

ERROR XXV.

Lex postulat tantum figuratam, externam & umbratam iustitiam: Item, quod perfecta obedientia erga legem, nulla sit iustitia. In lib. de triplici vita, cap. 13. Et in lib. de verbo Dei, pag. 135.

CONFUTATIO.

Hic error sequentibus scripturae locis destruitur. *Exod. 18. Qui fecerit praecepta mea, uiuet*
K in eis

in eis. Vita autem habet annexam sibi iustitiã, Deutero, cap. 27. *Maledictus omnis, qui non seruarii omnia, quæ scripta sunt in libro Legis.* Hoc dictum requirit utique perfectam obedientiam ad veram iustitiam, *Matth. 5.* etiam Christus de perfecta obedientia ad iustitiam loquitur, cum dicit, *ne apicem quidem vel punctulum de lege præteriturũ esse. donec impleantur omnia.* Requirit item Christus perfectam obedientiam, cui annexa est iustitia, iuxta parabolam *Matth. 18.* cum vult dominus, vt vendatur seruus debitor ipse, & vxor, & liberi, & omnia quæ habet.

Præterea si lex tantum externam, figuratam & vmbrailem iustitiam postularet, quare diceret Moyses: *Diliges Dominum Deum tuum toto corde, & tota anima tua?* Quare item Christus interpretaretur legem spiritualiter & de externis verbis & factis, & de internis cupiditatibus & affectibus, *Matth. 5.* Quare Paulus legem diceret spiritualem, *ad Rom. 7.* Atque hoc pacto, non possemus condemnari à lege. Item possemus satisfacere legi. Deinde necesse non fuisset impleri legem à Christo. Et Christus minimè postulasset à Pharisæis & Scribis maiorem iustitiam, quàm externam illam *Matth. 5.* Neque consentaneum est Christum illum perfectum, legem imperfectè impleuisse. Insuper certissimum est Deum veram iustitiam integræ legis obedientiæ annexuisse. Ac Paulus *ad Roman. 5.* haud

haud dubiè non loquitur de mutila quadam vel imperfecta Christi obedientia, multò minus de ficta & vmbraile iustitia. Item *ad Roman. 8.* expressè dicitur, *cum non potuissimus perfectè legi satisfacere, Deum misisse suum filium: vt iustitia legis impleretur in nobis.* Dehinc estne vmbraile iustitia, quam Christus præter illam Phariseorum & Scribarum efflagitat? Aut eane vmbraile est iustitia, quam ipse nobis peperit, sicut *ad Roman. 8.* dicitur?

Verum est quidem propriè loquendo perfectam Christi obedientiam non esse iustitiam: iustitia enim est fructus perfectæ obedientiæ Christi: Sed quid est vilitarius, quàm causam ponere pro effectu? Quamobrem non est error dicere, quòd perfecta Christi obedientia sit iustitia nostra. Imò magna est blasphemia in Christum, dicere, quòd perfecta eius obedientia non sit vera iustitia.

ERROR XXVI.

Quòd non iustificemur sola fide. De Euangelio pag. 66. Et de verbo pag. 118.

CONFUTATIO.

Hic error, Dei beneficio, aded ex Ecclesiis nostris est repudiatus & explosus, vt hoc loco non sit necesse, nouam confutationem instituere.

ERROR XXVII.

Nostra iustitia coram Deo, est interna & externa obedientia erga legem Dei, vel in bona nostra opera. In lib. de scriptici vita cap. 7. Et in Evangelium Matth. 6. super locum, Nisi abundauerit iustitia vestra.

CONFUTATIO.

Refellunt hanc opinionem vocabula, quibus vitur Paulus in Epistola ad Roman. *Gratis & absq, operibus legis*: quibus vocabulis excludit nostram obedientiam, & opera tanquam causas cooperantes, partiales & meritorias iustitiæ Dei. It em, exemplum Abrahamæ, ad Rom. 4. qui est imago omnium qui iustificantur gratis absque meritis operum, Item, *Si iustitia est ex operibus, incerta est promissio, ad Roman. 4.* Ac si operibus iustificamur, *Christus frustra est mortuus ad Gal. 2.* Præterea si iustificamur ex operibus nostra iustitia non est maior iustitia Phariseorum & Scribarum, de qua *Matth. 5.* Item Paulus ad Rom. 5. scribit obedientiam Christi attulisse nobis iustificationem vitæ. Quomodo ergo nostra id præstet obedientia? Ven que si propter opera nostra iustificamur, ergo Deus iustitiam donat propter languidam, mutilâ & imperfectam obedientiam? cum quidē manifestum sit, Deum requirere perfectam obedientiam pro impetranda iustitia, quam perfectam obedientiam

nos

nos ferui inutiles nullo modo præstare valemus. Quapropter etiâ nostrum nemo potest saluari si operib, petenda est iustitia. Sed quid opus est in hoc articulo prolixiori aduersus Schuuenckfeldium commemoratione vti, cū Dei beneficio in nostris Ecclesiis doctrina de gratuita illa iustitia fidei firmissimis argumentis stabilita & defensa sit?

ERROR XXVIII.

Quod per fidem & bona opera ingrediamur in vitam æternam. De Evangelio pag. 58. Et quod renouatio cordis sit iustitia nostra. In lib. de sacra scriptura pag. 33. Et in lib. de verbo pag. 134.

CONFUTATIO.

Iohannis 17. Christus dicit: *Ego vitam æternam do eis.* Est ergo vita æterna donum gratiæ, Ad Roman. 6. vita æterna vocatur donum Dei, Iohannis 3. Christus dicit, se dare vitam æternam credentibus.

Agustin, super Psal. 31. in præfatione: *Et sicut manus laueris in bonis operib, & opinaris, te nauim optime regere, tamē properas in Scyllam, quia dum speras, quod sperandum est, scilicet vitam æternam, non assequeris hanc sine domino Deo per Iesum Christum, per quem solum datur vita aterna.*

Porro renouatio cordis neque ipsa potest esse iustitia nostra: non enim prius renouamur quam accepta gratuita iustitia fidel, iu-

stificati enim accipiunt Spiritum sanctum qui renouat corda eorum ad facienda bona opera, & præterea largitur eis robur & vires, vt ea facere possint. Hinc ergo vocatur bona opera etiam fructus spiritus. *Ad Gal 5.* Cum ergo sitis Filii Dei misit spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem *Abba Pater.* Ac idem ille spiritus, qui nobis iustificatis Dei villis largitur vires, vt rectè inuocemus Patrem, donat etiam nobis facultatem præstandi alia bona opera. De hoc vide amplius caput octauum ad Romanos.

Augustinus *de fide & bonis operibus cap. 14.* Bona opera non præcedunt iustificandum, sed sequuntur iustificatum.

Item alibi: *Quomodo quis potest iusta opera facere, qui nondum iustus est? Quomodo bona, qui nondum bonus est? Quomodo sancta opera, qui nondum sanctus est?*

ERROR XXIX.

Quòd nihil sit iustitia nostra, nisi quòd simul est verus Deus, & essentia diuina. In lib. de verbo pag. 103. & 109.

CONFUTATIO.

De his dicitur infra in confutatione doctrinæ Osandicæ, de essentiali iustitia Dei.

ERROR XXX.

Quòd nostra renouatio sit Spiritus sanctus, imò Christus ipse. In lib. de verbo pag. 123.

CON-

CONFUTATIO.

Schuenckfeldius neque propriè loquitur, neque verè, cum dicit, Spiritum sanctum seu etiam Christum esse renouationem nostram, sed sic loqui debebat. Renouatio nostra est opus Spiritus sancti, & meritum Christi. Alioquin enim sequitur amplius Christum & Spiritum sanctum initium habere & finem, prout in nobis est renouatio.

ERROR XXXI.

Iustificatio nostra complectitur totum negotium conuersi hominis. In lib. de verbo pag. 118. Et ibidem pag. 134. in margine. Ordo iustificationis: regeneratio, viuificatio, inuolutio, iustificatio, & diuina natura participatio.

CONFUTATIO.

Hæ partes iustificationis vtiliter seruiunt negotio Schuenckfeldii: prius enim dixit, renouationem & bona opera esse iustitiam nostram. Item iustitiam esse ipsum Deum seu essentiam diuinam. Verum ex scriptura hæc iustificationis partes demonstrare non poterit, neque etiam è sacris monumentis patrum.

Regeneratio non potest esse iustificatio: huic enim illa cohæret, eamq; sequitur, sicut in refutatione vicesimi sexti erroris demonstratū est. Neq; potest esse pars iustificationis eos enim, qui sunt regenerandi, oportet prius

K 4 esse

esse iustos & Filios Dei; & talibus datur Spiritus sanctus per quem fit regeneratio.

Viuificatio potest esse pars regenerationis, sed non iustificationis. Ideo enim regeneramur, vt desinamus viuere iniustitiæ, & contrauiuamus iustitiæ: *Ad Rom. 13. Deponamus igitur opera tenebrarum, & induamus arma lucis.* Et ibidem: *Induite Dominum Iesum Christum, & corporis curam non agite, vt lasciuire incipiat.* *Ad Ephes. 4. Deponite veterem hominem secundum quem prius uixistis, & induite nouum hominem.* Prior pars est mortificationis, secunda uiuificationis.

Inter regenerationem & renouationem nullum intelligimus, neq; nos neque alii p̄i discrimē: Schuuenckfeldius si nouit aliquod, proferat sanè. Neque satis possumus assequi, quid sibi uelit hæc distinctio Schuuenckfeldii, quod iustificationem diuidit in partes, & tamen simul ipse confitetur esse vnã partem. O bone DEVS, ab omni errore nos libera: quia tu soles errorem errore punire. Error autem alios errores gignit, qui si fiunt plures, ignoratur, quid tandem certi credere debeamus.

Participatio naturæ diuinæ ita cohæret iustificationi coram Deo, quæ est in remissione peccatorum, vt ei qui hoc modo iustus est, id est, acceptus Deo, simul Christus etiam sit iustitia essentialis & æterna, hac ratione, vt Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus in eo habitare uelint

uelint ad regenerationem, qua vis ei & facultas cõceditur faciendi secundum uoluntatem Dei quæ iusta sunt, & ad mortificationem reliquiarum peccati in nobis, donec in altera uita consummemur. Verum quod de diuina natura diximus, non sic intelligendum est, quod idcirco in altera uita efficiamur Dii, id est, induamus diuinam & naturalem Dei essentiam, quam Deus ipse habet. Necessè est enim manere discrimen inter creatorẽ Deum & creaturam,

Deinde ineptum est dicere, quod diuinæ naturæ participatio, sit pars iustificationis nostræ, cū prius dixerit Schuuenckfeldius, ipsam iustificationem nostrã nihil esse aliud, quàm infusionem diuinæ naturæ in nobis.

ERROR XXXII.

Quod glorificatus sanguis Christi, qualis nunc est, transmutatus sit in diuinitatem, & purificet nos à peccatis nostris. In lib. de uerbo, pag. 125.

CONFUTATIO.

Si sanguis Christi in diuinitatẽ nunc transmutatus est, ergo Deus est. Si Deus est, oportet inuocari, & attribui ei naturam & substantiam diuinam.

Deinde si Christus habet nunc sanguinem ita glorificatum, qui transmutatus sit in diuinitatem, ergo sedet ad dexteram Patris non uerus homo, sed tantum secundum vnã na-

turam videlicet in quantum Deus est. Scimus autem nos, ex veritate scripturæ, quòd ipse verus Deus & homo sedeat ad dexteram Patris sicut aduersus Stancarum supra conuicimus.

Neque idè tribuitur Christo corpus glorificatum in *Epist. ad Philip. 3.* quòd humanitas in diuinitatem mutata sit: sed quòd Christus, qui sederat ad dexteram Patris verus Deus & verus homo, non sit amplius obnoxius humanis necessitatibus in edendo, bibendo, dormiendo, eundo, stando.

Item, si glorificatus tandem sanguis Christi nos purificat à peccatis, quid profuit, eum per suam passionem effundere sanguinem?

Vt taceam, si nunc primum adhuc Christum pati suo sanguine abluit & purificat, ad *Ebreos 9.*

Proinde dicta scripturæ de purificatione sanguinis Christi à peccatis, tantùm intelligantur de sanguine effuso per passionem, & non de sanguine Christi glorificato, vt sentit Schuuëckfeldius.

ERROR XXXIII.

Ministri Ecclesia inepti & non timētes Deum, suum ministerium in docendo verbo, & porrigendis sacramentis, expedire non possunt. In lib. de sacra scriptura, pag. 22.

CONFUTATIO.

Hic est vetus ac perniciosus error, quem Donat-

Donatistæ olim hæretici profitebantur. Qui si verus est, iam inde colligitur, infirmitiam, imperitiam, infirmitatem quæ ministrorum potiorè esse, ac plus valere, quàm ministerium, doctrinam, & sacramenta, quæ sunt ordinationes Dei. Item hoc pacto nostra incredulitas promissiones Dei ministeriò annexas labefactare vel tollere potest. *Ad Roman. 3. Ipsis credita sunt oracula Dei: quid ergo, quod aliqui fuerūt increduli? num eorum incredulitas fidei Dei abolebit? Absit imò sit Deus verus, & omnis homo mendax sicut scriptum est: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum indicaris.*

Quòd autem Deus etiam personis minus idoneis, & infirmis permittit administratiōnem ministerii, officium docendi & applicandi sacramenta: id ob eam causam fit, vt ipsi soli sit honos, *1. Corinth. 4. Habemus autem thesaurum illum in vasis testaceis, vt excellentia potentia sit Dei, & non ex nobis.*

Augustinus lib. 5. contra Donatistas, de *Baptismo cap. 19.* Quando Deus suis sacramentis adest, & verbis suis, recta sunt, a quibuscung; admittentur, sicut etiam mali homines, quibus nihil prosunt, ubiq; sunt peruersi.

Ibidem Quapropter sacramentum gratia dat Deus per malos, ipsam verò gratiam, non nisi per seipsum, vel per sanctos suos: & idè remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per illius Columba, membra, quibus ait: Si cui dimiseritis peccata dimittuntur.

Idem

Idem contra Petilianum: Neque in homine bono aliquis sacramenta fugiat, neque in homine malo.

Contra Epistolam Parmeniani: Omnia sacramenta subsunt indignè tradentibus: profunt tamen per eos dignè sumentibus, sicut & verbum Dei: unde dictum est: Quò dicunt facite: quæ autem faciunt, nolite facere.

Tractatu 6. super Johannem de Baptismo: Baptismus est, sicut ille est, in cuius nomine fit: non sicut ille, per cuius ministerium traditur.

ERROR XXXIII.

Quòd verum corpus carnis & sanguinis Christi, non adfit in cœna.

CONFUTATIO.

De hoc satis postea dicitur in refutatione sacramentaliorum.

ERROR XXXV.

Non collecta Ecclesia, est vera Ecclesia: sed qui se confitetur ad veram religionem. In lib. de discrimine verbi Dei.

CONFUTATIO.

Quòd omnibus temporibus colligat sibi Deus æternam Ecclesiam per vocem Evangelii, neque Schuuenckfeldius, neq; alius quicumquam pernegabit, & hanc Ecclesiam necesse est confiteri veram religionem. Confessio enim certum est signum, quo agnoscitur Ecclesia.

Quòd

Quòd autem hanc Ecclesiam quæ colligitur per verbum, negat Schuuenckfeldius, id significat, se non agnoscere eum cœtum veræ ac perpetuæ Ecclesiæ Dei, quæ per verbum vocale, & per prædicationem externam colligitur, sed talem aliquem cœtum, qui internis & arcanis reuelationibus seu Enthusiasticis vocatur, & ita Ecclesiam facit non Ecclesiam. Vult enim Deus colligi cœtum seu communionem hominum per verbum, ideoque & ipse Christus verbo vocali usus est, & idem vocale verbum postea prædicari per Apostolos iussit. Quis porro persuaderet hominibus, eos verè esse membra Ecclesiæ si tantum expectandæ essent arcana reuelationes & raptus?

ERROR XXXVI.

Deus non loquitur corporalia & audibilia verba, nec voce corporali, & quæ audiri potest.

CONFUTATIO.

Et si Deus est Spiritus, tamen hinc non sequitur, quòd corporales & vocales sonos non faciat, aut vocem omnino non edat. Nam nihil est ei impossibile. Nonne Exodi 3. Deus Abrahamæ, Isaac & Iacob, loquitur cum Moyse: & idem facit postea cap. 4. Imò postea sapius colloquitur cum Moyse & Aaron. Deut. cap. 4. & 5. legitur, Deum ingenti voce & frigore decalogum de monte Synaico pronunciasse.

Et ver-

Et verba Prophetarum passim vocantur verba Domini. *Ad Ebreos. Postquam multipliciter Deus & multifariam olim cum Patribus nostris locutus est per Prophetas, hoc postremo tempore nobiscum locutus est per Filium.*

Nonne autem spiritus ille Deus, visibile corpus assumpsit, quo conspici potuit? quidni ergo tale corpus assumere potuit, quo loqueretur?

Augustinus *lib. 2. de Trinitate cap. 18. Ipsa enim natura, vel substantia, vel essentia vel quolibet alio nomine appellandum est id ipsum quod Deus est, quicquid illud est, corporaliter videri non potest. Per subiectam vero creaturam, non solum Filium, vel Spiritum sanctum, sed etiam Patrem corporali specie sine similitudine mortalibus sensibus significationem sibi dare potuisse credendum est.*

Item *de cognitione vere vite cap. 18. sancti Spiritus substantia, non in columbam, vel ignem est transmutata, sicut nec verbi in carne est transformati, sed Spiritus sanctus columba corpus contulit, in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter unicum, ad testimonium hominibus, visibilem praeiuit, ipse vero inuisibilis in essentia Patris & verbi inseparabiliter permanfit.*

Tertullianus *de carne Christi contra Marcionem: Nec interfecerat substantiam propriam, assumpta substantia extranea.*

ERROR XXXVII.

Homines sine ministerio & sacramentis saluari posse. In libris suis passim.

CONFUTATIO.

Hoc est velle sapienterem esse ipso Deo. Si enim ad commoditatem salutis nostrae ministerio & sacramentis carere potuissimus, Deus utique non instituisset ea in Ecclesia. Et quamuis verum est, Deum sine his mediis per suam omnipotentiam saluare homines posse, tamen hunc communem ordinem ipse sanxit, ut ministerio utantur homines, qui ad salutem peruenire volunt, *ad Roman. 10.* Et similiter sacramentis utantur ad certificandam conscientiam de salute.

Si ergo ministerio & sacramentis ad salutem non est opus, quin ergo dicimus, Deum frustra hæc instituisse.

Hic error olim vagatus est inter homines magna specie. Enthiastæ enim se vocabant, qui sine verbo & sacramentis homines posse saluari profitebantur, & satis esse dicebant, agitari Spiritu sancto.

August. *contra Faustum lib. 19. cap. 12. Homines ad nullum nomen religionis, neque rectum, neque falsum colligi possunt, nisi per communionem visibilium signorum seu sacramentorum ligentur, quorum virtus verbis exprimi non potest, & tamen plurimum prodest: & qui illa contemnit, hunc faciunt sacrilegum & furem. Et reuera hoc impiè contemnitur, sine quo vera pietas non potest perfici.*

ERROR XXXVIII.

Discrimen est inter Apostolos Prophetas, & sanctos Patres, Augustinum, Ambrosium. Illi fuerunt ministri diuini verbi. Hi autem tantum ministri scriptura. Item per illos verbum fuit efficax. Per hos autem non sic.

CONFUTATIO.

Esse discrimen inter Prophetas & Apostolos, nulli est dubium: Similiter etiam inter Apostolos, Prophetas, Patres, & huius ætatis doctores est discrimen: Verum non est id, quod Schuuenckfeldius effingit: sed huiusmodi aliquid: Prophetas ipse Deus vocauit immediatè, & nõ per medias personas. Apostolos item Christus immediatè vocauit. Prophetæ de Christo venturo annuatiarunt, Apostoli de exhibitio. Illi de patefactione singulari sua oracula acceperunt: Hi à Christo doctrinam audierunt. Patres seu vetusti doctores Ecclesiæ mediatè & per medias personas vocati sunt, sicut & nos hoc tempore vocamur. Patres suam doctrinam ex Prophetarum & Apostolorum scriptis sumserunt, vt eandem cum illis vocem & doctrinam spargerent. Inde & nos hoc tempore nostram doctrinam consentaneam scriptis Prophetarum & Apostolorum, & Patrum, auditor. b. Christianis inuicamus. Apostoli præ sanctis patribus & nobis hoc habent singulare, quod imme-

immediatè & non ab hominibus seu mediis personis neque vocati neque eruditi sunt, sed quam à solo Christo doctrinam acceperunt, docuerunt & scripserunt. Præterea Christum ipsum audierunt & viderunt. Plura habuerunt dona quam sancti Patres & nos. De hinc etiam mandata eis fuit, per totum terrarum orbem prædicatio Euangelii, Sancti verò Patres tantum in iis locis docuerunt, ad quæ vocati fuerunt, quod etiam nos facimus.

Item ipsi sancti Patres discernunt sua scripta à scriptis Apostolicis & Propheticis, suas item personas à personis Apostolorum & Prophetarum. Quod discrimen nobis cum illis est commune.

Ac hottantur Patres cæteros Ecclesiæ doctores, vt Apostolicis & Propheticis scriptis consentanea doceant, quod si non faciant, recipiendos esse negant.

De his & similibus discriminibus, rectè docet Ecclesia. Sed quod Schuuenckfeldius comminiscitur, nunquam agnouit Ecclesia. Prophetæ & Apostoli fuerunt ministri verbi, fuerunt & Patres, & nos sumus. Iam quid est aliud verbum Dei, quam sacra scriptura: & vicissim, quid est aliud sacra scriptura, quàm verbum Dei? Hic ergo patet, Schuuenckfeldium non agnoscere scripturam sanctam pro verbo Dei, neque verbum Dei pro scriptura sancta. Quod autem reuera scriptura sit verbum Dei, supra in refutatione tertii erroris

L liquidò

liquidò probauimus. Porro triste est & hoc, quod audeo Schuuenckfeldius dicere, Deum solummodo per ministros verbi, hoc est, per Prophetas & Apostolos efficacem esse, & non per alios ministros. Vnde sequeretur potentiam Dei languefactam esse, vt iam non amplius possit ita efficaciter operari per ministros Ecclesiæ, sicut olim aliis ætatibus. Item omnium Patrum doctrinam vna cum nostris enarrationibus esse vanam & inutilem. Item discipulos Apostolorum, Apollo, Titium, Timotheum, ignatium & sequentes, frustra docuisse. Atque aded totum ministerium sceleratus ille tollit, tanquam inutile & non necessarium.

ERROR XXXIX.

In vno homine sunt duo, Externus & internus. Item scriptura & sacramenta solummodo profunt externo homini, vt inde instruat.

CONFUTATIO.

Quòd in vno homine duo sint, alter externus, alter internus: neq; scriptura neq; Patres neq; nos vnquam professi fuimus. Cum autem loquimur de homine post lapsum, primum loquimur de non conuerso & nõ regenerato, qui vocatur in scriptura homo naturalis, terrenus, vetus, carnalis, & ita totum hominem cum corpore & anima, sensibusq; ac potentiis, & viribus omnibus quàm inferioribus

rioribus capimus pro vno homine. *1. Cor. 2. Animalis homo non capit ea qua sunt spiritus Dei.* Hoc dicitur, loquitur de terto homine, & non de aliquibus tantum eius partibus. Sicut vtiq; affirmant Papistæ, qui dicunt inferiores duntaxat sensus seu potentias hominis non capere res, quæ sunt spiritus diuini, eorq; solos sensus per lapsum Adæ debilitatos esse, *1. ad Cor. 15. Idem totus homo vocatur homo terrenus, Iohan. 3. vocatur homo carnalis. Quod inquit, ex carne natum est, caro est. Ad Ephes. 4. Deponite ergo veterem hominem, secundum quem vixistis antea, qui corrumpitur per cupiditates prauas, & per deceptiones.*

Hæc & similia scripturæ dicta loquuntur de integrè lapsò, non conuerso, nec dum regenerato homine. *Ad Colos. 3. Exiite veterem hominem cum suis operibus, & induite nouum.*

Cum ergo post lapsum cõuertitur homo, & regeneratur: tum verò secundum scripturam, & sanctorum Patrum testimonis vocatur homo nouus. *Ad Ephes. 4. Renouamini vobis spiritu mentis vestra, & induite nouum hominem, qui secundum Deum conditus est in iustitia, sanctitate & veritate.* Hoc loco totus intelligitur homo, nõ quædam eius pars. Hinc etiam Paulus in priore *ad Thes. 5.* scribit in hunc modum: *Ipse autem Deus autor pacis sanctificet nos vsquequaque, & integer spiritus vester, anima videlicet & corpus inculpate in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur.*

O B I E C T I O.

Atqui in Epistola ad Ephesios cap. 3. Paulus optat, ut illi corroborentur per spiritum Dei, secundum interiorem hominem. Ergo diuisio, Schuuenckfeldis non est vitiosa. Respectu enim interioris hominis, certe intelligendum est etiam exterior aliquis.

R E S P O N S I O.

Apostolus interiorem hominem eundem dicit, quem scriptura & ipse Paulus vocat alibi nouum.

Itaque scripturæ & sacramentorum is usus manet, vt per ea homo ille animalis, verus, terrenus, carnalis, non conuersus, non regeneratus, ad veram conuersionem, salutem, & regenerationem reducatur. Et vt nouus homo in his bonis similiter iisdem mediis conferuetur.

E R R O R X L.

Sicut Abraham conuersus est ad Deum, ita oportet conuerti omnes homines.

C O N F U T A T I O.

Quod ad communia media attinet conuersionis, à Deo instituta, Schuuenckfeldius non planè errat. Sed hic error de singulari conuersione Abrahamæ intellectus, non potest tolerari. Quia Deus non omnes homines vocat immediate sicut vocauit Abrahamum, non appa-

apparet omnibus pervisiones, non loquitur cum omnibus ore. In his enim & aliis quibusdam rebus vetustissimi Patres longè nobis sunt feliciores & digniores.

E R R O R. X L I.

Nulla est via, nec ullus transitus ab oculis & auribus ad cor: ideo sacra scriptura & sacramenta, non possunt ad cor pertingere: sed manent tantum apud sensus exteriores, & apud hominem exteriorem.

C O N F U T A T I O.

Huic errori resistunt sequentes scripturæ loci. *Osea 2. Loquar ad cor, Luce 8. Veniens Diabolus tollit sermonem à corde ipsorum, ut ne credentes saluentur. Quomodo autem tollitur sermo à corde, si non illuc peruenit, sicut in sanis Schuuenckfeldius? Ibidem: Quod autem in terram bonam cadit, hi sunt, qui in corde bono & honesto auditum sermonem retinent, & fructum faciunt in patientia. Item, si Spiritus sanctus per auditum verbi diuini fidem in cordibus hominum accendit & operatur, & sedes fidei cor est, necesse est & verbum Dei quod fidem producit, ad cor hominis aspirare. Imò verbum Dei frustra prædicatur, si non apprehenditur corde. Et hoc est, quod in contumacibus auditoribus verbi diuini arguimus, quod vtique auribus duntaxat illud excipiunt, & in linguis hæere tantum patiuntur, nec ad cor transmittunt.*

Quid quod hic error Schuuenckfeldii etiam pugnat cum Philosophia & communi experientia?

Ad extremum, quid profit nobis scriptura, quem fructum afferant sacramenta, non videmus, si per hypocrisin sine motu cordis illa legimus, audimus, accipimus. Imò vt sacramenta dignè sumantur, necessarium est, vt vero motu cordis sine vlla simulatione vrentis sumantur, modò is dignè sumere velit.

ERROR. XLII.

Deus nihil agit nec operatur per externa media, neq; docet nos per illa, nec quicquam boni aut mali facit nobis. Item, quod prima causa nihil agat per secundas, non puniat nos per Turcam, bella, non creet nos per parentes nostros, non aliat nos per panem.

CONFUTATIO.

Deum confitemur esse Omnipotentem, atque liberrimum agens, non alligatum ad externa media siue causas secundas. Rectèq; damnantur Stoici & Iouinianistæ qui alligauerunt Deum ad causas secundas, perinde ac sine illis nihil efficere possit.

Quemadmodum autè illi meritò damnantur, ita simili damnatione digni sunt, quicūq; impudenter clamant, Deum nihil agere nobiscū siue externis mediis. Contrarium autè scriptura ostendit in multis exemplis. Potuisset

set

Deus saluos facere homines sine externo ministerio & tamen instituit ministerium *Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. & Iohan. 20.* Potuisset sine mediis pro sua omnipotentia dare hominibus fidem saluificantem, & tamen ordinauit verbum externum & vocale, in dictis Christi modò allegatis, & in doctrina Pauli *ad Rom. 10.* Potuisset Israëlitas sine ductore Moysè liberare ex Egypto, si voluisset. Potuisset populum sine Manna & coturnicibus pascere in deserto, & sine aqua potare, si decreuisset, ita seruasset Eliam sine pane, què coruus aduehebat, Et *Deutero. cap. 8.* legitur: *Non ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit per os Dei,* hoc est, communi ordine viuit homo ex pane tanquam externo medio.

Sed etiam si panis non esset, Deus tamen posset satiare hominè, si modò crederet promissioni diuinæ. Ac ipse Christus, vt testantur Euangelistarum historię, plerunq; vsus est mediis per quæ homines seruauit, cum quid è sine mediis idem potuisset. Item, quomodo Deus non puniret nos per Turcam & alios Tyrannos & impios, cum alicubi vtatur ad executionem pœnarum suarum ipsius Diaboli ministerio, sicut in Iob & in aliis cõspicere licet. Quod bellum, vastitas, pestilentia, sterilitas verè sint pœnæ Dei, quas Deus immitit, historię sanctæ testantur, in quibus eas DEVS denunciavit impœnitentibus, & contra eos executus est, nisi fuerant

conuerſi. Quòd etiam Deus per parentes non ſinat naſci, vniuerſalis experientia demòſtrat.

Poſtremò vt ſummatim dicamus, quod reſ eſt, peſſima eſt hæc opinio Schuuenckfeldii, quam qui ample ſuntur, incidunt in horrendum illud peccatum, quod vocatur tentatio Dei: Dicit enim Deus, *Demer. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum.* Quid eſt autem tentare Deum? Nolle inquam vti externis medijs, quæ propoſuit Deus. Et hoc patet ex 4. *cap. Matthæi*, vbi Diabolus exigit à Chriſto, vt tentet Deum, ac demittat ſe deorſum, à pinnaculis templi,

APPENDIX.

Vt autem finem faciamus, ſciat Chriſtianus lector, multas alias horrendas corruptelas & errores fouere ac profiteri Schuuenckfeldium, quos ſigillatim enumerare, nimis longum eſſet. Videmus ergo, quemadmodum Deus falſos doctores cœcitate puniat, vt error ſit fecundus, & alter altero peiore puniatur: ne efferamur nos, ſed accurata diligentia prouideamus, ne perſecutionem præcipites in falſa & blaſphema dogmata ruamus, Amen

RECITATIONEM
confeſſionem Eccleſiæ Dei catho-
lica, de verbo Dei.

Reſp. Cùm Stenckfeldiſtæ, negent, ſacram
ſcriptu-

ſcripturam eſſe verbum Dei, & audacter aſſeuerent, Deum per verbum ſuum, hoc eſt, doctrinam ſuam lectâ & prædicatam, veluti per medium ordinarium, homines peccato perditos, non regenerare, viuificare & ſaluare, ſed abſque illo medio, conuerſionem hominis ad Deum, operari & perficere: breuiter hæc reperam ex ſcriptis D. VVigandi, quidnam de verbo Dei, quilibet Chriſtianus, ſaluari cupiens, ſcire, ſentire & credere debeat.

Primum autem, cum Cicerò dicat *lib. 1. de officiis*. Omnem de aliqua re inſtitutionem, à definitione proficiſci debere, primò, vocis, & rei ipſius definitionem recitabimus,

DE SIGNIFICATIONE VERBI.

λόγος κεί ψήφια, verbum & ſermo crebriò in Apoſtolorum ſcriptis uſurpantur, ſed è pro eodem, plures autem habent ſignificationes. Nam interdum ſignificant eloquentiam aut etiam garrulitatem. 1. *Cor. 4. Breui ad vos ueniam, ſi dominus uoluerit, ut cognoscam, non quidem ſermonem eorum, qui inflati ſunt ſed uirtutem.* Non enim in ſermone regnum Dei conſiſtit, ſed in uirtute 1. *Corinth. 2. Cum uenirem ad uos, fratres, non ueniebam cum eminentia ſermonis aut ſapientia.*

Nonnunquam orationem & colloquium, *Col. 3. ſermo uoſter ſemper cum gratia ſit ſale conditus, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuique reſpondere.* Ephel. 4. *Omnis ſermo ſpurcus ex*

ore vestro non procedat: sed si quis est bonus ad adificationem.

Interdum significat prædicationem & doctrinam. 1. Cor. 2. Sermo meus & prædicatione mea non erat in persuasione humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & potentia. Et paulo p̄d̄t: Loquimur non sermonibus, quos docet humana sapientia sed quos docet S. S. Act. 13. Rogabant gentes, ut sequenti sabbatho loquerentur sibi verba. 1. Iohan. 2. Præceptum vetus est sermo, quem audistis ab initio. Act. 15. Conuenerunt Apostoli ac presbyteri, ut disputarent de hoc verbo: id est, de doctrina Phariseorum.

Nonnunquam etiam pro doctrina heretica accipitur, sed addito aliquo epitheto. Eph. 5. Nemo vos seducat in anibus verbis. 2. Pet. 2. Per auaritiam seditis sermonibus negociabuntur de vobis, & cum vastuosa vanitatis verba sonuerint, &c.

Significat etiam sententiam seu summam. Galat. 5. Nam tota lex in vno verbo completur, nempe hoc, Dilige proximum tuum sicut teipsum.

In foliis autem Iohannis scriptis, in duobus locis, Iohan. 1. & 1. Iohan. 5. λόγος verbum Dei seu sermo, significat Filium Dei.

Porro verbum Dei alias significat diuinam illam potentiam & virtutem, qua Deus condidit & cōseruat creaturas, easq; iterum, quando placet, destruit. Auctor Epistolæ ad Hebr. sap. 1. Qui cum sit splendor gloria, expressa imago sub-

substantia illius & ferat omnia in manu tuis durāueris autē, verbo potentia lux, per semetipsum, purgatione facta peccatorum nostrorum, conuersi in dextra maiestatis in excelsis. Idem Ebr. II. Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei. 2. Pet. 3. Nam illud volentes nesciunt, quod coeli iam olim fuerint & terra, ex aqua & per aquam consistentes, τῆς τοῦ θεοῦ λόγῳ, sermone Dei, per qua, is qui tunc erat mundus, aqua mundatus perit. At qui nunc sunt coeli ac terra, autē λόγῳ, eiusdem sermone repositi sunt & seruantur igni in diem iudicii & perditionis impiorum.

Vnus est locus Apoc. 19. vbi verbum Dei videtur notare Filium Dei, inquit enim: Equo albo insidens vocatur verbum Dei, &c. & ipse calcet torcular vini & ira Dei omnipotentis. Sed propter mysticum sensum, qui in eo libro est, hæc quoque phrasis obscurior est, & videtur sententia huius capituli congruere cum Pauli dicto. 2. Thess. 2. quod Christus spiritu oris sui, hoc est, doctrina verbi Dei, Antichristum sit confecturus.

Aliàs significat sententias, doctrinam & præcepta, quæ Deus immediatè, siue mediatè, siue per Prophetas & Patriarchas, siue per Christum, siue per Apostolos locurus est, tum de sua essentia, tum de sua voluntate, tum de operibus suis seu præteritis, seu præsentibus, seu futuris. Quia ve. ð Dei doctrina libris veteris & noui Testamenti inscripta est, ided tota sacra scriptura verbū Dei rectè adpellatur: & quo-

& quocunque tempore ea doctrina Dei ab hominibus repetitur siue cogitando, siue legendo, siue scribendo, siue concionando, siue canendo, siue alio quocunque modo, est & manet verbum Dei, estq; per eam efficax Deus in iis qui saluantur.

Ea verò, quæ Deus in veteri Testamento loquutus est, vel immediatè seu mediatè per Prophetas & Patriarchas, verbum Dei seu Domini adpellare, hic non est opus docere, cum toties Prophetæ repetât: *Audite verbum Domini, videte verbum Domini, sic Dominus locutus est, Factum est verbum Domini ad me & similia.* Et Paulus dicit Rom. 2. *Iudæis commissæ sunt oracula Dei.*

Sed verbum Dei significare doctrinam à Deo per Christum, eiusque Apostolos, misso Sp. sancto propagatam (qua quidem significatione hoc loco nos accipimus) hæc probât testimonia. *Loquebantur sermonem Dei cum fiducia, Act. 4. Non est placitum, ut nos derelicto sermone Dei ministremus mensis, Act. 6. Illi dispersi peragrabant, annunciantes sermonem Dei, Act. 8. Cum audissent Apostoli, quod Samaria recepisset sermonem Dei, Act. 8. Annunciauerunt sermonem Dei in Synagogis eorum, Act. 13. Proconsul Sergius desiderabat audire verbum Dei. Et paulo pōst: admirans super doctrina Domini, Itē, vobis oportebat loqui sermonem Dei, Item, uniuersa ciuitas conueniebat audire verbum Dei, Item, diuulgabatur sermo Dei per uniuersam regio-*

regionem, Act. 13. Exit Paulus in Corintho annum & 6. menses, docens eos sermonem Dei, Act. 18. Crescebat sermo Dei & confirmabatur, Act. 19. Sermo Domini multiplicabatur, Act. 20. 1. Pet. 1. Verbum Domini manet in æternum. Hac autem est verbum, quod per Euangelium delatum est ad vos. Idem 1. Pet. 4. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei. 1. The. 1. A vobis personauit sermo Domini, non solum in Macedonia & Achaia, sed et in omni loco fides vestra, quæ est in Deum dimanauit. Apoc. 1. Cū misisset mandatū suum seruo suo Iohanni, qui testificatus est sermonem Dei, & testimonium Iesu Christi. Et paulo pōst: Fui in Insula, quæ vocatur Patmos, propter sermonem Dei & testimonium Iesu Christi.

Sunt autem & alia epitheta, quæ verbo subiiciuntur: nam *verbum Christi, Colofs. 3. & sermo Domini, Act. 12. 13. verbum veritatis, Colof. 1. & Ephes. 1. Iac. 1. veritatis & virtutis, 2. Cor. 6. & verbū vitæ, 1. Iohan. 1. & Philip. 2. Act. 5. Sermo crucis, 1. Cor. 1. Sermo salutis, Act. 13. Sermo gratiæ, Act. 14. Verbum solatii, Ebr. 13. verbum Euangelii, Act. 15, adpellatur.*

Vtuntur etiam aliis notationibus, quales sunt: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, Act. 2. Ecce repleuistis Hierosolymam doctrina vestra, Act. 5. Doctrina Christi, 2. Iohan. 1. Obedistis ex animo in eam, in quam traducti estis, formam doctrinæ, Rom. 6. doctrina sanæ, Tit. 1. testimonium Dei, 1. Cor. 2. 1. Iohan. 5. testimonium Iesu Christi. Apoc. 1.*

QVIS AVTOR VERBI.

Docent autem constanter omnes vno ore, se doctrinæ suæ non esse inuētores, sed eius autorem esse Deum Patrem, Dominum nostrum Iesum Christum & Sp. S. Act. 4. Petrus & Iohannes respondent concilio Iudæorum: An uestra sit in conspectu Dei, vos potius audire quàm Deum, inuocate. Non enim possumus, quæ vidimus & audiuimus, non loqui. Et Act. 5. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Et paulo post: Hunc principem & seruatorem Deus exaltauit dextera sua &c. & nos sumus ei testes horum quæ dicimus, & Spiritus. S. quem dedit Deus obedientibus ipsi: 2. Pet. 1. Non enim arte cõpositas fabulas sequuti, notam vobis fecimus Domini nostri Iesu Christi virtutem & aduentum, sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem. Paulus Rom. 1. Resurrexit è mortuis Iesus Christus Dominus noster, per quem accepimus gratiam ac muneris Apostolici functionem, ut obedatur fidei inter omnes gentes. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus per Sp. S. suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei, &c. nos autem mentem Christi tenemus. 2. Cor. 2. ad hæc quis idoneus? Non enim sumus ut pleriq; componantes sermonem Dei: sed velut ex sinceritate, velut ex Deo in cõspectu Dei per Christum loquimur. 2. Cor. 15. Deus posuit in nobis sermonem recõciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanquàm Deo obsecrante vos per nos, rogamus pro Christo,

recon-

recõciliamini Deo. Gal. 1. Notum vobis facio fratres, Euangelium quod predicatum est à me, non esse secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Autor Epistolæ ad Ebræos: Salus primum enarrari cœpit per ipsum Dominum, ab iis, qui audierant & in nos confirmata est, attestante Deo, & signis & prodigijs simul, varijsq; virtutibus, & S. S. distributionibus. 1. Iohan. 1. Hæc est annunciatio, quam audiuimus ex ipso & annunciamus vobis, quod Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ulla.

PER QVOS VERBUM
Dei traditum.

Sed tamen non negant se esse causam instrumentalem, seu organa à Deo preparata, per quæ Deus doctrinã suam doceat & spargat. Act. 4. Et nunc Domine aspice in minas eorũ & da seruis tuis, ut in omni fiducia loquantur sermonem tuum, manum tuam porrigendo in hoc, ut sanatio & signa & prodigia edantur per nomen sancti tui Iesu Christi. Christus Act. 9. dixit ad Ananiam: Vade, quoniam organum mihi electum est iste, ut portet nomen meum, corã gentibus & regibus ac filiis Israel. Act. 15. Petrus inquit: Vos scitis, quod ab antiquis dieb. Deus inter nos elegit, ut per os meum audirẽt gentes verbum Euangelii, crederentque. Roman. 15. Non enim ausim loqui quicquam eorum, quæ non efficit Christus per me in obedientiam gentium verbo

& factõ

Es factu per potentiam signorum ac prodigiorum, per potentiam spiritus Dei. 1. Cor. 3. Quis igitur est Paulus? quis autem Apollo? nisi ministri per quos credidistis? Et ut cuique Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus dedit incrementum, paulo post: etenim Dei sumus cooperarii, Dei agricolatio, Dei edificatio estis vos, iuxta gratiam Dei, qua data est mihi, 2. Corinth. 3. Non quod idonei simus, ex nobis ipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobis ipsis: sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est, qui fecit nos idoneos ministros novi Testamenti, non literæ, sed spiritus. 2. Cor. 4. Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis, ut virtutis eminentia sit Dei, et non ex nobis.

DE CONSENSU APOSTOLICÆ & Prophetiæ doctrinæ.

Non tantū iactitant, sed etiā demonstrant suam doctrinam consentire cum doctrina Patriarcharum & Prophetarū. Petrus ei. i. & Ioannes Act. 3. inquit: *Quin et omnes Propheta à Samuele atque deinceps, quotquot locuti sunt etiam annuntiaverunt dies istos.* Act. 10. *Huic omnes Propheta, et c. Iacobus Act. 15. in concilio inquit: Simeon narravit, et c. et huic consonant verba Prophetarum, sicut scriptum est, et c. Et Paulus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moysi et Prophetis, à mane usque ad vesperam. 1. Pet. 1. Quibus et illud revelatum est, quod haud sibi ipsis, imò nobis mini-*

ministrarent, hac qua nunc annunciata sunt vobis, per eos qui vobis predicarunt Evangelium, per Sp. S. emissum è caelo, in qua desiderant angeli prospicere.

APOSTOLI INTER SVVM ET Dei verbum discernunt.

Vbi aliquid dicunt ex seipsis, & non ex verbo Dei, non pudet eos id fateri palam & ingenue ne laqueos conscientis ponant. Petrus Act. 15. in concilio Apostolorum: *Nunc ergo quid tentatis Deum, ut imponatur iugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* Rom. 9. *Non autem hæc loquor, quod exciderit sermo Dei. Non enim omnes, qui sunt ex Israël, sunt Israël.* 1. Cor. 7. *Hoc autem dico iuxta indulgentiam, non iuxta preceptum.* Et paulo post: *A coniugatis, precipio, non ego, imò Dominus. Vxor à viro non separetur.* Et paulo post: *Reliquis autem ego dico, non Dominus. Et iterum: De virginibus preceptum. Domini non habeo, consultum tamen do, tanquam misericordiam consequutus à Domino, in hoc ut sim fidelis.* 2. Cor. 11. *Quod dico non dico secundum Dominum, sed velut per insipientiam, in hoc argumento gloriationis.* 1. The. 4. *Dicimus vobis hac in verbo Domini.*

AD QVOS PERTINEAT.

Ad doctrinam suam adeò volunt omnes alligatos esse, ut dissentientes & aliud dicentes

M. profus

prorsus damnent, execrentur, & audiri ve-
rent. 2. Pet. 3. *Memores sitis verborum, que pra-*
dicta sunt a sanctis Prophetis, & mandati nostri,
qui sumus Apostoli Domini & servatoris. 1. Ioan.
4. *Charissimi, ne cuius spiritui credatis: sed pra-*
bate spiritus, an ex Deo sint: quoniam multi Pseu-
doprophetae exierunt in mundum &c. Omnis spi-
ritus, qui non confitetur Iesum Christum in car-
ne venisse, ex Deo non est, & hic est ille spiritus An-
tichristi. Ioan. 2. *Si quis venerit ad vos, & hanc*
doctrinam non adfert, ne recipiatis eum in domum,
nec aue dixeritis ei. Gal. 1. *Si nos, aut angelus e ca-*
elo aliud Euangelium predicauerit vobis, quam
nos predicauimus, anathema sit. Colos. 1. *Nec di-*
moveamini a spe Euangelii, quod audistis, quod
predicatum est apud uniuersam creaturam, que
sub caelo est. Hinc sunt illa certamina Pauli, Pe-
tri, & Iohannis contra Pseudoapostolos, An-
tichristum, Epicureos & id genus erroneos
spiritus.

QVÆ PRÆCIPVA CAPITA
verbi Dei.

Docent autem, duo verbi Dei, seu suæ do-
ctrinæ summa esse capita, legem seu concionē
pœnitentiæ, & Euangelium vel cōcionem de
remissione peccatorum. Nam in omnib. con-
cionibus suis, quæ à Luca in Acta sunt relatæ,
& in Epistolis suis hæc duo tractant: *Delictorū*
pœnitentiā agite & baptizetur unusquisq; ve-
strū, in nomine Christi, in remissionem peccatorū.

A. Ct. 2.

A. Ct. 2. *Pœniteat vos igitur & cōuenimini, ut de-*
leantur peccata vestra. A. Ct. 3. *Petrus ad Sixum*
Magum ait: Pecunia tua tecum sit in perditionē
nem, &c. Resipisse igitur, ab ista malitia tua & ro-
ga Deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis
tui. A. Ct. 8. *Et Paulus ipse in synodo quæ in Mile-*
to congregauit, accessit ex Epheso presby-
teris, testatur suæ doctrinæ capita fuisse Legē
& Euangelion, &c. Vt nihil suffugerim eorum,
que essent in re vestram, quis annuntiare vobis,
& docere vos publice, ac per singulas domos, testi-
ficans Iudæis simul & Græcis eā, que erga Deum
est. pœnitentiā, ac fidē que est erga Dominum no-
strum Iesum Christum. A. Ct. 20. *Idē in concione*
coram Festo & Agrippa inquit: Vnderex A-
grippa, non fui inobediens celesti visioni, sed his
qui sunt Damasci primum & Hierosolymis. & per
omnē Iudææ regionē, deinde & gentib. annuncia-
bam, ut pœnitentiā agerent & conuerterentur
ad Deum, opera facientes digna his, qui resipuis-
sent, A. Ct. 26. Quod verò in Epistolis suis eadē
capita, scilicet concionem Legis & Euangelii
tradiderint, atq; ita totā hominis conuersionē
cōplexi sint, non est necesse multis declarare.
In literis Pauli, præsertim ad Rom. & Galatas
& Ephesios, conspicuū est omnibuseum pi-
mū demonstrare, omnes homines esse pecca-
tore: Deinde docere peccatores gratis, sola
fide, absq; operib. legis iustificari: Tertio iu-
stificatis præscribere bona opera ex lege diti-
na. In aliis verò Epistolis, ubi quasi ex professo

M 2 renatos

renatos ad bona opera hortatur, nihilominus tamē subimē doctrinam de iustificatione, aut præsupponit aut repetit loco argumenti, cur faciendâ bona opera. Idem artificium in Epistolis Petri & Iohannis facile est cernere. Et Epistolæ Christi ad septem Ecclesias Asiæ, quas Iohanni dictavit, quæ extant Apoc. 2. & 3. ad eundem sunt compositæ modum.

QVOD VERBUM DEI RES
efficax & viua sit.

Verbum Dei seu doctrinam Apostolorum non esse rem inanem & mortuam, sed habere diuinam & efficacem virtutem, cum Apostoli affirmant, tūc experientia testata est. Angelus Domini euocans à carcere Apostolos, inquit: *Ite, & stantes loquimini in templo, populo, omnia verba vitæ huius* 1. Pet. 1. Petrus verbum Dei Euangelizatum per Apostolos, adpellat semen immortale viuētis Dei & manentis in æternum. Stephanus Act. 7. legem etiam vocat viuū sermonem. Paulus Roman. 1. *Euangelium virtus Dei est, ad salutem omni credenti: Euangelium nostrum fuit erga vos. non per sermonem solum, verum etiam per virtutem, & S. S. perq̄ certitudinem multam.* 1. Thes. 1. Euangelium quod peruenit ad vos in toto mundo sanctificat. 1. Colos. 1. Autor Epistolæ ad Hebr. 4. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrantior quouis gladio utriusq̄, incidente, ac peringens usque ad diuisionem animæ simul & spiritus, com-*
paginumq̄

paginumq̄, & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

QVI EFFECTVS.

Tribuunt autem verbo Dei duplices effectus: alios quos præstat in iis qui saluantur, alios in iis qui damnantur: alios item legi, alios Euangelio, vt distinctim in suis dicetur locis.

EFFECTVS IN SALVANDIS.

In iis qui saluantur, Deum per verbum Dei seu doctrinam Apostolorum & ministerium, hæc operari docent: Regenerationē. 1. Pet. 1. *Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem viuētis Dei & manentis in æternum.* Gal. 4. *Filioli mei, quas iterum parvario, donec formetur Christus in vobis.* 1. Cor. 4. *Si quidem in Christo Iesus per Euangelium vos genui, Autor Epistolæ Iacobis. Genui nos verbo veritatis.* 1. Iohan. 3. *Qui natus est, ex Deo, peccata non committit, quoniam semen ipsius in eo manet.*

Agnitionem Dei & Christi 1. Petr. 1. *Spe- rate in eam, quæ ad vos defertur, gratiam, dum vobis patefit Iesus Christus.* 1. Iohan. 3. *Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos.* Ephes. 3. *Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hac, vt inter gentes Euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi & in lucem proferam omnibus, quæ sit communio mysterii, quod erat absconditum à seculis in Deo, qui*

universa condidit per Iesum Christum, ut nota fiat nunc principatibus in cœlestibus, per Ecclesiam, vehementer varia sapientia Dei. ad Tit. 1. Deus patefecit sermonem suum, id est, promissionem de vita æterna, per predicationem, qua commissæ est mihi, iuxta delegationem servatoris nostri Dei. 1. Thessalon. 2. Cum acciperetis sermonem a nobis, quo Deum disceratis, accepistis non sermonem hominum, sed (sicut vere erat) sermonem Dei, qui & agit in vobis credentibus.

Donationem Sp. sancti: Petrus in primâ concione Act. 2. Poenitentiam agite, &c. & accipietis donum Spiritus sancti. Act. 8. Petrus & Iohannes missi ad Samaritanos, qui sermonem Dei receperant, imponebant eis manus, accipiebantq; Sp. sanctum, Act. 6. Ananias ad Saulum inquit: Saul frater, Dominus misit me, qui adparuit tibi in via, qua veniebas, ut visum recipias & implearis Sp. S. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Sp. S. super omnes, qui audiebant sermonem. Et Petrus Act. 9. in Apologia sua adversus Iudæos, inter cætera inquit: Cum exorsus essem sermonem, illapsus est. S. S. in illos, quemadmodum & in nos illapsus fuerat ab initio. 2. Pet. 1. Postquam eius divina virtus omnia nobis largita est, qua ad vitam & pietatem pertinent per agnitionem eius, qui vocavit nos per gloriam & virtutem, per qua preciosa nobis ac maxima promissa donata sunt, ut per hæc efficeremini divina consortes natura. 1. Iohan. 3. Qui servat

servat præcepta eius, in illo manet & ipse in eo. & per hoc scimus, quod manet in nobis, è spiritu quæ nobis dedit. idem cap. 4. Ex hoc cognoscimus in eo nos manere & ipsum in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis. Et Paulus 2. Corin. h. 1. Nam Dei filius, qui per me & Sylvanum & Timotheum inter vos predicatus est, nõ fuit etiam & non, sed etiã per ipsum fuit. Et paulo pòst: Qui etiam obsignavit nos, deditq; arram spiritus in cordibus nostris. Galat. 3. Hoc solum cupio discere a vobis, utrum ex operibus legis spiritum accepistis, an ex predicatione fidei? Et rursus: Qui igitur vobis subministrat spiritum & operatur virtutes in vobis, utrum ex operibus legis, an ex predicatione fidei id facit? Ephes. 1. per quem audistis verbum veritatis, nempe Evangelium vestra salutis: per quem etiam, postquam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto.

Conversionem & fidem: Act. 2. Prima concione Petri ad fidem convertuntur annua circiter mille. Act. 8. Samaria per concionem Philippi credit in Iesum: & Eunuchus, interpretante Philippo locum Esau, agnoscit Christum, & credit in eum & baptizatur. Act. 11. Viri Cyprii & Cyrenens. Antiochiam ingressi, Græcis predicant Dominum Iesum & erat manus Domini cum eis, multusq; numerus credentium conversus est ad Dominum. Act. 14. Deus aperuit ostium fidei gentib. Act. 16. Lydia audit Paulum, & Dominus cor eius aperuit, ut intederet his, qua dicebantur a Paulo & postea baptizatur cum domo sua. Act. 18. Multi Corinthio. audientes,

baptizabatur. Act. 26. Christus inquit ad Paulum. ad hoc adparui tibi, ut constituam te ministrum actestem, & eorum qua vidisti, & eorum, in quibus adparebo tibi, eripiens te à populo & gentibus, in quas nunc remitto, ut aperias oculos eorum, ut conuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate Satanae ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem, qua est erga me. Et Paulus Rom. 10. Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. 2. Timoth. 2. agnitionem veritatis & poenitentiam, dicit Deum per doctrinam operari.

Coniunctionem seu societatem cum Deo I. Iohan. 1. Quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & Filia eius Iesu Christo. 2. Iohan. Omnis qui transgreditur & non manet in doctrina Dei, Deum non habet, Qui manet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet, I. Iohan. 2. Si in vobis manserit quod audistis ab initio, & vos in Filia & Patre manebitis: & haec est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam aeternam. Colos. 1. Christum annunciamus admonentes omnem hominẽ, & docentes omnem hominem, in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Iesu Christo.

Salutem: Act. 13. Vobis sermo salutis huius missus est. I. Cor. 1. Nam postquam in sapientia Dei non cognovit mundus, per sapientiam, Deum: visum

visum est Deo, per stultitiam praedicationis saluos facere credentes.

Verbum Dei etiam docent prodesse ad refutationem eorum, qui sese opponunt. 2. Corinth. 10. Si quidem arma militiae nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur, & omnem celsitudinem qua extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obediendum Christo, & in promptu habemus vindictam aduersus omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia: Et ad vincendum Diabolũ & omnis generis tentationes, Eph. 3. Induite totam armaturam Dei, ut possitis stare aduersus aduersum Diaboli, &c. State igitur libris circumcincti baltheo per veritatem, & induti thoracem iustitiae, & calceati pedibus, ut parati sitis ad Euangelium pacis, super omnia adsumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. Galeamque salutis accipite & gladium spiritus, qui est verbum Dei. Et Paulus I. Tim. 4. Cibos & alias res à Deo conditas, sanctificari sermone Dei, & precatione, docet.

EFFECTVS VERBI IN IM- piis per accidens.

Econtra impiis, qui pereunt, sentiunt verbum esse stultitiam. I. Cor. 1. Nam sermo crucis, is quidem, qui pereunt, stultitia est: at nobis, qui salutem consequimur, potentia Dei est, Scandalum, I. Cor. 1. praedicamus Christum crucifixum,

Iudæis quidem offendiculum, Græcis verò stultitiam: sed iisdem vocatis Iudæis pariter & Græcis, Christum Dei potentiam & Dei sapientiam. Item adferre mortem. 2. Cor. 2. Quoniam Christi bonas fragrantia sumus, in his, qui salvi sunt, & in his, qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem, illis verò odor vitæ ad vitam. Et Petrus 1. Pet. 2. Vobis igitur preciosus est, qui creditis: cæterum iis qui non credunt, lapis, quem reproba-verunt edificantes, his cœpit esse caput anguli & lapis in quem impingitur. & petra ad quam offendant: nempe his, qui impingunt in sermonem, neque credunt in id, ad quod instituti sunt: idem etiam experientia testata est, nam vbi cunque prædicatum est verbum Dei ab Apostolis, ibi quidam receperunt & selecti sunt, quidam verò indurati & excæcati sunt: vt patet ex Actis Apostolorum. 3. 4. 5. Act. 7. de efficacia concionis Stephani dicitur: Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus suis in eum, &c. Act. 19. concionante Paulo in Epheso, quidam indurantur, nec credunt, malè loquentes de via Domini ad multitudinem.

Sed tamen non per se, verum per accidens hunc effectum verbo Dei tribuunt, dum do-cent indurationis & excæcationis impiorum causam esse diabolum & repulsionem Spiritus sancti contemptum verbi, impœnitentiam & iustum Dei iudicium. 2. Tim. 2. *Si adhuc velatum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt velatum*

velatum est, in quibus Deus huius sæculi excæcavit sensus incredulorum, ne illucferit illis lumen Euangelii gloria Christi, qui est imago Dei, Stephanus Actor. 7. Vos semper Spiritus sancti resistitis, sicuti & Patres vestri, ita & vos. 2. Thef. 2. Pro eo, quod dilectionem veritatis non receperunt in hoc, vt salvi fierent: propterea mittit Deus illis efficaciam illusionis, vt credant mendacio, vt indicentur omnes qui non crediderunt veritati sed adprobauerunt insitiam. Huc pertinet disputatio Pauli Roman. 9. 10. 11. de excæcatione & relictione populi Iudaici, cuius causam ostēdit esse incredulitatem Iudæorum. Idem Paulus in concionibus suis ad Iudæos Act. 13. & 28. pœnam excæcationis propter contemptum verbi Dei ex Prophetis, Abac. 1. cap. & Esa. 6. prædicit.

DE STUDIO VERBI.

Vnde ad fidem, studium & amorem verbi Dei sedulò cohortantur omnes. Col. 3. *Sermo Christi inhabitet in vobis opulenter cum omni sapientia: docetæque & commonete vos inuicem cantionibus & laudibus & cantilenis spiritualibus. 2. Tim. 1. Formam habeto sanorum sermonum, quos à me audisti, cum fide & caritate. quæ est in Christo Iesu. Egregium depositum serua-to per Spiritum sanctum qui inhabitat in nobis. 2. Tim. 2. Stude te ipsum probatum exhibere Deo, operarium non erubescendum. rectè secantem sermonem veritatis. 1. Timoth. 6. Præcipio tibi in conspectu Dei, qui*

uiuisti.

uificat omnia, & Iesu Christi, qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem: ut serues preceptum immaculatus, irreprehensibilis, usque ad adparitionem Domini nostri Iesu Christi. Phil. 2. Inter quos lucete tanquam lumina in mundo, sermonem vite sustinentes. Autor Epist. ad Heb. Quapropter sicut dicit Spiritus ille sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, non obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis, &c. Heb. 3. & 4. Idem videte, ne aspernemini illum qui loquitur. Nam si illi non effugerunt, qui auersabantur eum qui loquebatur in terra: multo magis nos, si eum quidem coelis est auersetur. Ebr. 12.

EXTRA VERBUM DEI NIHIL
statuendum de fidei capitibus.

Vetant etiam, extra verbū Dei aliquid de articulis fidei statuere. 1. Per. 4. Qui loquitur loquatur, ut eloquia Dei. 2. Pet. 1. Habetis firmiter sermonē Propheticum. 2. Iohan. Omnis, qui transgreditur, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet. Galat. 1. Si nos aut angelus, &c. 2. Thef. 2. State & tenete institutiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram. Ephes. 4. Ut non amplius simus pueri, qui fluctuamus & circumferamur quouis vento doctrina, &c. Sed veritatem sectantes in charitate, adulescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus. Autor Epist. ad Heb. 13. Doctrinis variis ac peregrinis ne circumferamini.

QVA

QVÆ OPPOSITA.

Verbo Dei opponunt Apostoli verba hominum. 1. Thef. 2. sermonē adulationis. 1. Thef. 2. Inania verba. Ephes. 5. Persuasibilia humana sapientia verba, 1. Cor. 2. Sublimitatem sermonis. 1. Cor. 2. Col. 2. Dulces sermones. Rom. 16. stipulas. 1. Corinth. 3. Quemuis ventum doctrina. Ephes. 3. Doctrinas peregrinas. Ebr. 13. doctrinas damnoiorum. 1. Timoth. 4. pugnas verborum. 1. Tim. 6. fabulas Iudaicas, precepta hominum auersantium veritatem. ad Tit. 1. fastuosa vanitatis verba. 2. Pet. 2. Fictitios sermones. 2. Pet. 2. Spiritum Antichristi, 1. Iohan. 3. 4. & secundā Iohannis primo.

Sequuntur Testimonia & Exempla, ex sacris literis desumpta & transcripta, quibus contra Stenckfeldistarū blasphemias, quasi ad oculum euinci & demonstrari potest: Deum æternum, ab initio mundi, verbi vocalis ministerium instituisse, cōseruare, illi adesse, & per solum verbum suum prædicatum, auditum, & creditum, præsentem esse, homines conuertere & saluare velle & posse, usque ad finem mundi, & diem nouissimum.

I. Ab exemplo primorum parentum.

Vbi Deus, primæuos nostros parentes, Adamum & Euam ex limo terræ & costa viri, ad suam

ad suam imaginē creauit, & illis omnes creaturas subiecit, excepta a bobis scientiæ boni & maliferi mandant, ne illius fructum carpant; per verbum suum cum illis agit, dicens: *Ex omni ligno Paradisi comedi, de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris*: Ita Deus statim, per suum verbum, iacipit homines gubernare & regere.

Deinde, vbi Adam & Eua, instinctu Sathanæ, de arbore vitæ gustarunt, & meru perculsi, se sub arbutis arborum occultarunt; vbi Deus iterum per verbum cum illis agit, dicens: *Quid fecisti? inimicitias ponam, inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: Ipse conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Hoc verbo, Filius Dei, per Spiritum S. suum, primos parentes ad cognitionem peccati ductos, erexit & cōsolatus est. Hanc promissionem Adam, Abel, Seth, Enos, Noë, Sem & alii repetuerunt & illi per Sp. S. credentes, saluati sunt si se, in promissum & venturum Messiam, A. & 15.

II. Ab exemplo Noë.

Sicut Deus Noë pœnas prædixit, & diluuium vniuersale minatus est ob verbi sui contemptrum, & postea eundem verbo cōsolatus est, eum recipiendo, in gratiam: ita adhuc hodie, nobis per verbum suum vocale iram suam denunciat, & pœnitentiam agentibus suam gratiam & remissionem peccatorum, per

per & propter Christum, offert & donat.

III. Ab exemplo Abrabæ.

Deus per verbum suum, cum Abrahamo agens, eidem promittit aduentum Messie, dicens, Gal. 3. Gen. 18. *In semine tuo, qui est Christus, benedicenda sunt omnes nationes terra.* Hanc promissionem Deus, circumcisionis sigillo confirmat Abrahamo, inquiens: *infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris, eritque pactum meum in carne vestra, in fœdus æternum, masculus, cuius præputii caro, circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo tuo, quia pactum meum irritum fecit, &c.*

Hanc concionem; de venturo semine mulieris, & de circumcisionis sacramento, audiuit quidem Abraham ab ipso Deo immediate carnalibus & externis suis auribus, & non solum corde & fide eam accepit: Verum etiã cōiugis suæ Saræ, liberis & familiae suæ ad Dei mandatum, eandem reuelauit, & statim se & omne masculinum, in domo sua circumcidit. Atq; ita, hac concione Dei, per Abrahamum, Isaacum, Iacobum, & alios Patres repetita, populus Dei, in Messiam venturum credens, saluatus est.

III. Ab exemplo Moyses.

Deus per Moysen, Legem suam tradidit, & per Moysen, cū Pharaone egit, addita promissione, se per Moyses cōcionem efficacem futurum esse, dicens; *Quis fecit os hominis, aut quis*

quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego? perge igitur, & ego, ero, in ore tuo, doceboq; te, quid loquaris. Ita Deus, adhuc hodiè, per verbi ministerium, in omnibus fidelibus concionatoribus, vult efficax esse, ne labor eorum in Domino vanus & inanis sit. Deus etiã Moyfi mandat, vt suum verbum populo suo proponat, Deut. 6. *Eruntque verba hac, qua ego precipio tibi hodie in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signũ, in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in lumine & ostiis domus tua, &c.* Idem repetitur postea cap. 30. Rom. 10. Deut. 32. *Ponite corda vestra, in omnia verba, qua ego testificor vobis hodiè, vt mandetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniuersa, qua scripta sunt legis huius: quia non incassum precepta sunt vobis, sed vt singuli in eis vincerent, &c.* Hic promittit Dominus, audientibus & seruantibus verbum Domini, à Moyse, vel ab alio Christi ministro prædicatum, vitam æternam. Ita Iosue 1. Iosue, Legis liber, commendatur, vt iuxta legem Domini à Moyse scriptam, vitam & gubernationem suam instituat.

V. Ab exemplo Davidis.

Dauid in multis locis, verbi Dei lectionem & meditationem nobis commendat, præsertim, *Psal. 119.* qui nihil aliud est, quàm encomi-

mion verbi diuini. Item *Psal. 18.* Item, 2. *Sam. 23.* Si verbũ Dei, esset inanis sonus, aut mortua litera, vt impii Stenckfeldistæ somniant, nequaquam eiusmodi laudibus regis Propheta Dauid verbum Dei condecorasset.

VI. Ab exemplo Esaiæ Propheta.

Esaiam, magnificisse verbi ministerium, nullum potest esse dubium. Nam cap. 1. suam doctrinam & sermonem, populo Israëlítico, humana sua voce ad Dei mandatum propositum, Dei verbum appellat, & ait tam augustum & magnificum esse verbum illud, quod auditoribus suis, in templo, publicè proponat, vt etiam cælum & terra, id est, omnes creaturæ, in cælo & in terra, cuncti mortales, summi & infimi ordinis, nemine excepto, ad verbi Dei auditum tremere & exhorrescere debeant. Ita nos concionatores etiam hodiè verbũ Dei sonamus, & Deus qui per Esaiam locutus est, etiam per nos hodiè adhuc loquitur & efficax est. *Matth. 10. Luca 10. 2. Cor. 5. Esa. 24. Quod ex ore meo procedit Dominus mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. Requirit diligenter in libro Domini, & legite, vnum ex eis non defuit, &c. cap. 44. Dominus suscitauit seu confirmat verbum serui sui (Esaiæ) & consiliu nuntiorum suorum complet. Esa. 48. Dominus Deus misit me, & spiritus meus. Hac dicit Dominus, redemptor tuus, docens te utilia, gubernans te in via, quam ambulat: Esa. 41. Ego Dominus primus & nouissimus ego sum, & Ierolyma*

Euangelistam dabo, id est, Ego extrudam operarios in vineam meam, Matth. 9. cap. Esa. 51. Ego Dominus, posui verba mea in ore tuo, & in umbra manuum mea protegente, ut plantes caelos & fundes terram, & dicas ad Sion: populus meus es tu. Esa. 57. creavi fructum labiorum pacem pacem ei, que longè est, & qui propè dixit Dominus, & sanavi eum. Esa. 59. Hoc sedit mecum, cum sis dicit Dominus spiritus meus, qui est in te, & verba mea, que posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus a modo & usq; in sempiternum.

Ex hisce pulcherrimis dictis discimus, primum, Deum ipsam et, doctrinam istam, ab Esaiâ, Iudaico populo propè si a humano suo ore, appellare suum verbum, idq; eam ob causam, quod ille, Prophetam, hoc modo docere voluerit: Deinde, quod Deus, se concioni istî Propheticæ alligavit, & quod per verbû istud prædicatum, auditum & creditum, in cordibus priorum hominû efficax sit: Vocat enim Esaiâ, suam doctrinâ, verbum serui Dei, & consiliû nuntiorû Dei. Item appellat concionem suam, Domini verbum & sermonem: Vt certò sciamus, Prophetæ doctrinâ & sermonem, Dei doctrinam & verbum esse, & qd Dei & Prophetarum verbum & conciones ita colligata & coniuncta sint, vt nunquam à sese inuicem possint aut debeant diuell: Sed Deum vsq; ad diem nouissimum velie verbo prædicato & audito adesse, & per illud conuersionem hominis salu-

tarem

tatem operari & efficere. Certum igitur est, Prophetarum & Apostolorum doctrinam sacris Bibliis comprehensam, esse verbum Dei. Certi etiam sint omnes, verè Deum timètes, quando unq; audiunt verbum Dei purum & incorruptum, iuxta normam & formam, ac Prophetarum & Apostolorum scripta, tû sese verissimè, audire sacrosanctam Trinitatem, Deum Patrem, Deum Filium, & Deum Spiritum. Et quando pastor ipsorû, ex scriptis Prophetarum & Apostolorum, eos docet, arguit, cõsolatur, adhortatur, vel aliquid mādāt, tum Deus ipsemet, eos docet, arguit, solatur, adhortatur & mandat: De hac re, nihil apud piè eruditos, dubiū esse potest: Nam fidelium Christi ministrorum, arguere, docere, solari, hortari, promittere, minari; Est Dei ipsius docere, arguere, solari, adhortari, pmittere & minari. Qui hoc non credit, nec credere vult, is non solum, Esaiam Prophetam mendacii arguit, sed ipsi Deo viuo in faciem contradicit: De qua re, coram horrendo Dei tribunali, Stenckfeldistis, ministerii verbi vocalis, cõtemptoribus, grauissima ratio reddenda est: Hic enī grauissimè Esaiâ inquit: *Dominus est, qui per meū os loquitur, & spiritus est congregās ea.* Hoc est, meum mandate, & Dei iubere, pari passu ambulāt, ac meum iubere & vestrū credere & facere, conueniunt, ed qd creditis, Deum per me vobis mandare, & promittere, & qd vobis imperata facitis, id efficiat in vobis

N 2

Spi-

Spiritus sanctus ita inquit: *Dominus confirmat verbum serui sui & consilium nuntiorum suorum complet, hoc est, Dominus operatur & efficit, vt nostra verba fides sequatur, & omnia fiant quæ vobis, nomine & mandato Dei, annunciamus. Ita Dominus ait: Egoposui verba mea in ore tuo, &c. Item: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, &c. Hoc est: Quamdiu hic mundus durabit, & meum verbum, quod tu sonas, prædicabitur, Tamdiu Spiritus meus sanctus verbo isti prædicato & audito, efficaciter & præsentè aderit, & mea doctrina, quam tu proponis, & quæ vsque ad diem vltimum, in Ecclesia prædicari debet, nunquam sola erit: Sed vbicunq; ea sonuerit, siue fiat id, in ore concionatorum, vel in hominum auribus ac cordibus, ibi iuxta meum ordinem & voluntatem illic reuera aderit quoque Spiritus sanctus, per verbum efficax.*

Hinc irrefragabiliter sequitur, vt omnis cupiens Spiritum S. audire, & in suo corde habere & retinere, verbum Dei, Prophetarum & Apostolorum scriptis comprehensum audiat, corde amplectatur & conseruet. Quisquis autem hanc doctrinam, audire, credulo corde amplecti & seruare renuit: ille nullo vnquam tempore, secum loquentem audiet Spiritum sanctum: nunquam etiam Spiritum sanctum, in suo corde habitaturum accipiet, vt vt somniet & gloriatur, se esse domicilium

& tem-

& templum Sp. sancti. Hæc vt verbo Dei consentanea, ita etiam verissima sunt.

Deinde ex testimoniis istis allegatis, discimus, per verbum & conciones Prophetarum & Apostolorum, dari nobis Spiritum sanctum, cum enim Deus dicat: *Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, &c. Item: Dominus est, qui per meum os, vobis præcipit, inquit Esaias, & Spiritus est, qui congregat: certo certius est, hæc conciones & doctrinas Prophetarum, ex ore Christi ministrorum, pœnitente & credulo corde audientem, & seruantem, tuis auribus audire & reuera accipere in tuo corde, Spiritum sanctum.*

Hic certè est insignis fructus & maxima utilitas verbi Dei publicè prædicati & auditi. quod nimirum verbum Dei sit organon, instrumentum & medium ordinarium, per quod nobis donatur Spiritus S. per quod verbum etiam, nobiscum loquitur, & excitat in nobis motus verbo Dei congruentes.

Postea ait, se per verbum Prophetarum plantare cœlos & fundare terram, hoc est, ex genere humano, sibi per ministerium verbi colligere Ecclesiam, quæ sit populus Dei, quem Christus diligit & ei largitur vitam æternam.

EX IEREMIA I.

Cap. 1. *dicit Dominus: Ecce ego dedi verba*

N 3 *mca*

mea in ore tuo, Ecce, constitui te hodie, super gentes, & super regna, ut euellas & destruas & disperdas, & dissipes, & edifices & plantes, &c.

Hic audimus, Ieremiam Prophetam ab ipso Deo, ad ministerium verbi vocatum esse. Ierem. 3. 6. 26. 36. Idem repetitur.

Similiter Propheta Ezechiel, ab ipso Deo, ad ministerium verbi vocatus est, cap. 2. 3. 33. Itē Ionas ad Dei mandatum, suum ministerium inchoat, cap. 3. Ex nouo Testamento. Deus Pater celestis iubet, ut audiamus Filium, *Matth. 13. 17. Hunc audite, hic est Filius meus dilectus, in qua mihi cōplacitum est, Iohan. 14. Christus ait. Ego sum via, veritas & vita. Itē Luc. 21. cælū & terra peribunt, sed verba mea non peribunt.* Item, *Oves mee vocem meam audiunt & sequuntur me.* Item S. Ioannes ait: *Deum nemo vidit unquā, &c. Itē, Est in nullo alio salus, &c.* Cum igitur, verbum Dei ab ipso Filio Dei, ortum habeat; nos etiam illud magnificare debemus. Is Dei Filius, elegit Apostolos, quibus mandat verbi diuini concionem & sacramentorum dispensationem, *Matth. 13. 16. 18. 28. Luc. 8. Matth. 4. Christus Diabolū verbo vincit & fugat Luc. 16. Habent Moysen & Prophetas, illos audient, Iohan. 8. Qui ex Deo est, verbum Dei audit 10. Oves mee, vocem meam audiunt: Et ego vitam eternā do eis, Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, Eunt in vniuersam mundum, &c. Ego sum vobiscum, vsq; ad consummationem seculi. Iohan. 20.*

cap.

cap. Sicut me misit Pater, &c. Matth. 10. Luc. 10. Qui vos audit, me audit, &c. Non vos estis, qui loquimini. Filius Dei per verbum & p baptismum, dedit auditoribus Apostolorum Sp. S. Act. 4. 9. 10. 16. Iohan. 20. Hac autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei, & ut credentes, vitam habeant in nomine eius.

Hic Ioannes inquit, suum Euāgelion propterea à se scriptum esse, ut in Christum, Dei Filium, credētes, vitam æternam, habeamus. Qui igitur asserit, Prophetarum & Apostolorum scripta, nō prodesse ad fidem & vitam æternam: sed solum, eiusmodi doctrinam esse, quæ externam disciplinam, mores honestis & bona opera imperet & postulet, nequaquam verò ad cor hominis penetrer, imò hominē ipsum in morte & *ἀπιστία* seu incredulitate & impietate relinquatis manifestè Sp. S. mendacii arguit, per Apostolum & Euangelistam Ioannem. Verum Apostoli Ioannis testimoniū, nobis plūris est, q̄ Stenckfeldistarum, qui non habent testimonium, q̄ sint Apostoli vel ministri aut imitatores Christi. Imò ex scriptis & concionib; Stenckfeldistarum liquet, eos plerosq; doctrinæ Christianæ articulos, sceleratè deprauasse, & ipsorum opinionone; scriptis Apostolorū disertè repugnare: Ioannes enim, ut dictum est, affirmat, doctrinam istam, de doctrina & rebus Christi gestis in suo Euāgelio descriptam, ad fidem & vitam æternam, vtilem & necessariam

N 4 esse.

esse. Stenckfeldistæ autem, hoc ipsum impudenter pernegant remittentes & abducentes homines ad peculiare Enthusiasmos, Ecsthases, raptus, illuminationes, speculationes, hoc est, vt illi loquuntur *entzückung/ endgröbung/ erleuchtung/ verwunderung*; Merito igitur nos amplectimur toto pectore, & constanter retinemus doctrinam Iohannis Apostoli, quærentes & inuenientes, fidem & æternam vitam, in doctrina Apostolica, condemnantes Stenckfeldistas cum eorum erroribus, iuxta exemplum & mādaturum Pauli Gal. 1. *Ceterum, etiam si nos, aut angelus è coelo prædicauerit vobis Euangelion, præter id, quod prædicauimus, vobis, sit Anathema.*

Rom. 15. Paulus ait: *Nam, quæcumq; præscripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.* In hoc Apostoli testimonio discimus, sacras literas, vt pote scripta Moysis, Psalmorum & Prophetarum, (de illis enim Paulus ibidem loquitur) ad doctrinam, patientiam, consolationes & spem conducere. Non est autem Pauli vel nostra sententia, ipsis syllabis vel literis sacræ scripturæ eiusmodi virtutem, vim aut efficaciam inesse: Sed hanc virtutem habet scriptura per operationem Spiritus S. vt antea monuimus. Spiritus sanctus enim, secundum suum beneplacitum, consilium & voluntatem, liberrimè, per S. scripturam, veluti per ordinarium medium, quan-

quando ea legitur, prædicatur, auditur, & firma fide apprehenditur, vult operari, conuertere, docere, consolari, ac patientia & spe vitæ æternæ hominè erigere confirmare & conseruare, idque gratis, sine merito, per & propter Christū, vt ibidem Apostolus docet inquitens: *Deus autem patientiæ & consolationis, det vobis idem mutuo, inter vos sentire, secundum Christum Iesum.* Ibid. *Deus autem spei impleat vos omni gaudio & pace, in credendo, in hoc, vt exuberetis, in spe, per potentiam Spiritus sancti.* quasi dicat: Doctrina ista, patientia & consolatio scripturæ, ex qua spes oritur, non ipsis scripturæ verbis, per se inest, hoc quidè modo & ratione, vt quicumq; audiens vel legens sacras literas illicò, propter opus operatum, hoc est, ob solam & nudam lectionem vel auscultationem, consolationem, patientiam & spem illam certam, in corde suo sentiat & cōcipiat; sed hoc nimirū modo, ex scriptis Prophetarum & Apostolorum, patientia, consolatio & spes peruntur & acquiruntur: omnipotens æternus Deus verbo prædicato, audito & credito, adest præsens, dans suum Spiritum sanctum, per sacras literas, (quando leguntur, audiuntur, cogitantur & fide applicantur) corda nostra mouentem & impellentem, vt Deum iuxta essentiam & voluntatem suam, rectè cognoscamus, colamus, inuocemus & omnis generis calamitates fortiter perferamus & superemus.

Recita præcipuos Stenckfeldistarum errores.

Resp. Stenckfeldiste, plurima falsa dogmata, in Ecclesiam Dei inuexerunt, nos, ex ipsorum libris, & propriis eorum verbis, præcipuas illorum blasphemias, recitabimus.

I. ERROR. DE VERBO DEI.

Nullum aliud verbum Dei, proprie loquendo est quam Filius Dei Iesus Christus. *Schuuenc. de verbo Dei.*

Scriptura de nullo alio Dei verbo nouit, quam de Iesu Christo Filio Dei, *Ibid.*

Verbum Dei, non est sonus, litera, syllaba, sed spiritus, vita perpetua, immutabilis veritas, & Deus ipse, Iohan. 1. *Schuuenc. contra Fabrum.* Nullum verbum aliud à Deo vnquam dictum aut prolatum est, quam vnum æternum verbum, quod caro factum est, quod est Iesus Christus. *Ibid.*

Verbum Dei non est sonus aut litera, sed spiritus, vita, potentia, & essentia ipsa Dei, *Schuuenc. de essentia Dei.*

Non prædicato verbo aut literæ tribuenda est potentia diuina, sed essentiali verbo. *Schuuenc. Cate. de verbo.* Verbum Dei seu verbum spiritus, NON est aliud quàm solum, æternum omnipotens verbum. *Ibidem.* Item: Verbum Dei est, æternum vnum verbum quod ABSQVE MEDIO creaturarum aut

aut instrumentorum, credentem animam intrat ex ore Dei. *Ibid.* Verbum Dei nihil aliud quàm Christus est, & verbum Christi Deus. *Idem Epist. 3.* Verbum Dei aut verbum Christi, non est litera, aut sonus, aut scriptura, sed est Christus Spiritus & Deus ipse. *Ibid.*

Christus non est scripturalis prædicator (sicut Schriffprediger) *Schuuenc. de verbo.* Quod Christus docuit & prædicauit, est ipsemet Christus. *Schuuenc. de verbo.* Item, Christus loquitur seipsum. *Ibidem.* Verbum crucis 1. Cor. 1. non est litera historica aut prædicatio de Christo, sed est ipsemet crucifixus Christus. *Schuuenc. Cath. de verbo.*

Christus ipse est verbum Dei, & seipsum locutus est. *Schuuenc. de verbo.* Neque Deus neq; verbum ipsius est sonus, vox, scriptura, sententia aut liber. *Schuuenc. de verbo.*

II. ERROR. DE SCRIPTURASACRA. *Scripturam sacram non esse verbum Dei.*

Scriptura non est verbum Dei. *Schuuenc. de vocatio.*

Sacra scriptura non est verbum Christi, sed Christus est illud ipsum verbum. *Schuuenc. de instit. de verbo.*

Sacra scriptura non est verbum Dei, seu verbum Christi, in quo fidem exercere debeamus. *Schuuenc. de instit. de verbo.*

Iudæi habent quidem sacram scripturam, sed non habent verbum Dei. *Schluenck. de verbo.*

*Ex scriptura non esse spiritualia
dona & bona.*

Sacram scripturam vocat inefficacem litteram, *Schluenck. in prefat. de Euang.*

Prophetica & Apostolica scriptura, est externum & corporale verbum Dei, & non viuificum Dei verbum quo animæ pascuntur, & de quo Christus inquit: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: *Schluenck. de insitu. de verbo.*

Scriptura non est via, veritas, lux, *Schluenck. de insitu. de verbo.*

Sacra scriptura non est medicina animæ. *Schluenck. de cœlesti medicina.*

Salus & remissio peccatorum, NON est querenda in scriptura, vt signo; sed per SVRSUM CORDA apud DOMINUM Deum. Sic discerno inter seruum & Dominum, inter interiorem Dei operationem & externum ministerium, inter id quod cor intrat, & quod ad externos sensus hominis pertinet, *in confessione fidei.*

Salutaris Dei cognitio & Filii ipsius Iesu Christi, non est ex scriptura, sed ex ipso Deo. *Schluenck. Epist. 65.*

Christus in veteri & nouo Testamento est manifestatus, NON per scripturam, sed per Spiritum sanctum, *Item: Christus non iacet in scriptu-*

scriptura, sed est in cœlis. *Item: Christus Iesus Filius Dei vnicus Magister, adhuc hodie viuens, docet & operatur in cordibus omnium credentium, non sacra scriptura, Schluenck. Epist. 81.*

Etiamsi deesset scriptura, tamen fides in Christum iustificat. Nostra salus & fides, non sunt alligata ad scripturam, vt & fides, ex scriptura non habet suam originem, *Schluenck. de verbo.*

Nouus homo non hæret in litera scripturæ, sed dirigit cor ad spiritum. *Schluenck. epist. 2.*

Spiritus sanctus non venit ex scriptura, sed oportet Spiritum sanctum P R I V S adesse, si scriptura debet aperiri aut intelligi. *Schluenck. de verbo.*

Spiritualis sensus non est verus sensus Spiritus sancti in veteri Testamento, sed mysterium, quod sub eo latet. *Schluenck. Epist. 81.*

Spiritus sanctus docet scripturam sacram, neque ad eam opus habet Dialectica aut vlla arte Scholastica. *Schluenck. in prefat. de Cristiano hom.*

III. ERROR.

DE MINISTERIO VERBI.

Affirmo, Deum NON operari per externum verbum tãquam per instrumentum seu medium, sed tantum per mediatores hominem Iesum Christum, de quo scriptum & vocale verbum testificatur. *Schluenck. in respons. ad Phil. scriptura Nonaberg: Item contra Fabr.*

Obser-

Obſeruandum eſt miniſterium verbi, & operatio ſpiritus, *Schuenck. in Pſal. 25.*

Volumus interius, diuinum, ſpirituale, cœleſte verbum diſcernere, à verbo miniſteriali literæ. *Schuenck. ad Epiſc. Vratſlauenſem.*

Salus & conuerſio peccatoris, Non ſunt inchoanda à miniſterio verbi. *Schuenck. in confeſ. fidei.*

Quicquid Chriſtum non quærit, accipit, SINE OMNIBVS EXTERNIS MEDIIS, hoc non eſt fides. *Schuenck. contra Fabrur.*

Miniſterium TANTVM pro externo homine ordiuatum eſt, in iuſtificatione & ſaluatione miniſterio NIHIL: Omnia verò Deo & Chriſto attribuo. *Schuenck. in confeſ. de fidei cap. Item: Chriſtus nō indiget eo miniſterio. Externa iſta tantum ſeruiūt carni, vt de Chriſti beneficiis ſciat. Miniſterium & creaturæ nihil diuini præbent, neque in cor intro portant, ſed Chriſtus hoc facit, & operatur in corde. Ibid.*

Sine MEDIO ex ipſius plenitudine ſons vitæ per fidem hauriendus. *Item: Non poteſt miniſterium aut vlla creatura cor tangere, ſed ſolus Chriſtus in ſpiritu ſuo. Schuenck. in confeſ. fidei.* Influentia gratiæ Dei, & cœleſtium ſuorum donorum diſpenſatio, non fit in animas credentium per externa MEDIA, aut per inſtrumentum creaturarum. *Schuenck. Ibid.*

Et por-

Et porro hoc ipſo loco inquit: Non ſentio cū Luthero docente, Deum nolle cum hominibus agere, niſi per res externas, neminiq; ſuū ſpiritum aut gratiam largiri, niſi per miniſterium, ſeu per præcedens externum verbum, *Item, Fides, gratia & Spiritus ſanctus non ex prædicato verbo petenda ſunt. Sed SVRSVM ad Chriſtum mens inſtituenda, quia inquit: Venite ad me. Ibid.* Non poteſt ex verbo Dei demonſtrari: Deum ſalutem noſtram operari per corporalia media, *Schuenck. in præfat. de Euang.* Itē, Omnia ſpiritualia & cœleſtia bona, ABSQVE MEDIO à capite Chriſto in ſuum corpus (Eccleſiam) inſluunt *Idem, Ibid.* Deus TANTVM ex Deo, hoc eſt, ex ipſomet, ex ſua diuina reuelatione, & non ex, aut per creaturam ad noſtram ſalutem, verè cognoſcendus eſt. *Idem de Euang.*

Deus operatur perfectam hominum ſalutem, nō per externa MEDIA, aut inſtrumenta. Sed liberè ac potenter per ſuum verbum, Chriſtum, in Spiritu ſancto. *Ibid. Item, epiſt. 23.*

Error eſt, Deum per verbum prædicatum conuertere, regenerare, iuſtificare, ſaluare, *Schuenck. de verbo.* Regenerationem, fidem, pœnitentiam & conuerſionem non debemus quærere in externo prædicato verbo. *Schuenck. de verbo.* Spiritualia dona Dei, ABSQVE OMNI MEDIO creaturarum veniunt in noſtra corda, tantum per ſolum Chriſtum, *Schuenck. Epiſt. 65.*

Spiritus

Spiritus sanctus ANTE adest, emolliens PRIVS corda lapidea, utique non per ministerium & vocale verbum, tanquam per medium in ea venit. *Schunnenck. de verbo.* Item, Deus operatur ANTE externam prædicationem, *Ibid.*

Deus electos in Christo viificavit, ABSQVE MEDIO, Ephet. 2. *Ibid. Item,* Deus in creaturis non vitur medio seu instrumento. Sed creatura est ipsius serua. *Ibid.* ministri & ipsorum ministerium, nõ sunt MEDIA, per quæ Deus homines saluat. *Schunnenck. de verbo.* Item, Ministri, inquit, *Item,* Ministeria & seruitus sunt, non media, *Ibid.*

III. ERROR.

DE EVANGELIO PRÆDICATIONE, quod hoc non sit virtus ad salutem.

Aliud est Euangelium lectum aut prædicatum, & aliud potentia Dei nos saluans, *Roman. 1. Schunnenck. in præfat. de Lutheri Euangelio.*

Euangelium de quo Paulus ait, virtutem esse ad salutem omni credenti, non est orale aut prædicatum Euangelium sed æternum essentiale Euangelium Dei. (*Das einig wesentliche selbständige Euangelium vnd Wort Gottes.*) Christus ipse.

Item, Euangelium propriè loquendo non est Historia, sermo vel prædicatio de Christo, sed & potètia seu virtus Dei, & immèsa gratia in Chri-

in Christo, *Ibid.* Euangelium NON est tantum prædicatio, cui si quis credat, saluus fiat. Item prædicatum Euangelium, nondum est rectum Euangelium, sed est vix typus, umbra, testimonium veri & viui Euangelii Christi, *Idem de Euang.*

Euangelium est REMISSORVM peccatorum, ipsemet, Iesus Christus. *Ibid.*

Sæpius ibidem nominat ESSENTIALE Euangelium.

Item; Pœnitentia seu emendatio vitæ est INITIVM Euangelii in cordibus, *Ibid.*

Euangelium iuxta suam essentiã nihil aliud est, quàm ipsemet spiritualis Christus, qui & solus est potentia Dei. *Item German. Theologia.* Item, verum viificans Euangelium, non est Historia de Christo, sonus, vox, litera, neque est iuxta suam fundamentalem essentiam externum verbum (vt & orale Euangelium non est potentia Dei) sed est internum verbum Dei, verbum veritatis. *Ibid.*

Verbum Dei & Euangelium, non est orale, humanum, scriptum, literale verbum & Euangelium, sed est diuinum & spirituale, *Idem in præfat. de Christ. hom.* Euangelium non est promissio, litera, vox, sermo, sonus, sed donum ipsum, vt spiritus, vita, gratia, veritas & virtus Dei saluans, *Idem Epist. 25.*

Iohannes Baptista non prædicauit Euangelium, *Schunnenck. Epist. 25.*

Dubitatur, an præsens Euangelion, quod

O

hodie

hodie prædicatur, sit verum, viuificans Euan-
gellion, & non magis litera, quàm Spiritus.
Schuuenc. de vocatione.

V. ERROR.

DE VERBO EXTERNO.

Verbum externum tantum te statur de ver-
bo interno, quod est Christus, monet, exci-
cat, sed non per illud tanquam medium datur
remissio & salus, quia id soli verbo Dei, quod
est Christus, competit. *Idem epist. 90.*

Deus absque omni medio externo, per
Christum tangit animam, in eam loquitur, &
in ea operatur, siquidem debemus salutem &
vitam æternam agnoscere. *Ibid.*

Verbum externum tantum seruit externo
homini, exterioribus sensibus ad fidem hi-
storicam.

Item, externum verbum tantum est insti-
tutio pro credente carne, seruitus, testimo-
nium, signum, sonus, vox, litera, *Schuuenc. de
verbo.*

Verbum vocale apud interiorē homi-
nem non habet locum, sed TANTVM apud
exteriorē, & eius sensus. *Ibid.*

Apostolorum verbum VOCALE, non
vltius quàm ad externas aures venit, ipsi nõ
possunt in cordis secreta loqui, id veriõ Dei so-
lius est. *Schuuenc. de verbo.* Discipulis Spiritus
non manet in corporali voce aut in verbis, vel
in scriptura de Christo, sed SVRSVM se leuat
ad Chri-

ad Christum. *Schuuenc. in Psal. 25.* Christus
& verbum ipsius, extra nos, non nobis pro-
sunt, sed intra nos in corde per fidem; Item,
Christi verbum non pertinet ad panem &
aquam Baptismi, aut in librũ, sed in cor. *Ibid.*

Deus in nouo Testamento, agit non ab ex-
terioribus ad interiora, sed ab interioribus ad
externa. *Schuuenc. de verbo.*

Digito Dei, hoc est, in Spiritu sancto, Chri-
stus elicit dæmonia, & non in litera, neq; eius
prædicatione. *Schuuenc. epist. 10.*

VI. ERROR.

DE DEO.

Pater loquitur filium & semetipsum. Filius
loquitur semetipsum & Patrem. *Schuuenc. de
Consubstantio.* Item Spiritus sanctus loquitur se-
ipsum, & Patrem & Filium. *Idem in valet.*

Huic autem fanaticismo Illyricus in funda-
mentali refutatione opponit istum syllogis-
mum, id quod obiter saltem stringo.

*Quicquid à Deo dicitur, id Dei verbũ est. Sed
omnes tres persona à Deo dicuntur, teste Schuuenc.
Ergo omnes tres persona sunt verbum Dei, & non
sola secunda persona. Deus nõ edidit hanc vocẽ
de filio: Hic est Filius meus dilectus, sed eam
ex nubibus sonuit, Schuuenc. valet. Vbique
esse Deum, non est Deum in omnibus locis
& creaturis sua essentia esse, sed in sublimiori
essentia esse, cui nihil sit ignotũ, nihil absens,
sed omnia sunt nota & præsentia, Item, vbique*

esse Deum, NIHIL ALIUD est, quàm supra in cælo esse in essentia æterna, diuina, & dominari. *Schuuenc. de essentia Dei.*

VII. ERROR.
DE CHRISTO IESU.

De humana Christi natura.

Caro Christi nõ habet creaturale initium, sed supernaturale & nouum initium, ex SEMINE sui Patris, hoc est ex Spiritu sancto. *Schuuenc. in confes. Magna. parte.*

Christi humana natura, uon est similis humanæ Turcarum, *Schuuenc. in confes. mag. 3. part.*

Christus iuxta suam humanam naturam, non est ubique, sed in vno loco. *Schuuenc. in 1. Apol. ad princ. Lignic.* Nulla creatura pro nobis mortua est. *Schuuenc. in confes. Ma. 1. par.*

VIII. ERROR.
CARNEM CHRISTI NON
esse creaturam.

CHRISTI humanitas non est creatura. *Schuuenc. in 12. causis.*

Christi caro NON est creatura vlla ratione. *Schuuenc. in confes. mag. 1. par.*

Hamata natura in Christo, non est creatura. *Ibid.*

Homo Christus non est creatura, sed Dei Filius. *Schuuenc. in presat. conf. Magna.*

Chri-

Christus non est creatura illo modo, Item Christus non est creatura neque cœlestis, neque terrestis, sed ex Deo natus est. Itẽ Christus non est creatura in minimo, quoniam in ipso est. *Schuuenc. de filiat. & gloria Christi.*

Homo Iesus Christus non est creatura: Idem clara est.

Christus neq; ante neq; post resurrectionem simpliciter non potest nominari creatura. *Ibid.*

Christi humana natura non est similis humanæ naturæ Turcarum. *Schuuenc. in conf. mag. 3. part.*

IX. ERROR.

Vnde humana natura?

Christus totam suam diuinitatem iuxta vtraque naturam, ex natiuitate à Patre suo habet, vt Ambrosius dicit: Iesum natum ex Spiritu sancto & renatum. *Schuuenc. in conf. fidei.*

X. ERROR.

De morte Christi.

Christus iuxta suam humanam tantum naturam est mortuus, falsum est, quia Deus & homo in passione diuiduntur. *Schuuenc. in confes. Mag. 2. parte.*

XI. ERROR.

De diuina natura.

Diuina natura in Christo, fuit simul in homine

mine Christo & EXTRA Christum vbiq;
Schuenc. in 1. Apol. ad princ. Lignic.

XII. ERROR.

De gloria carnis Christi.

Deus isti homini, Pater suo Filio Christo, totam diuinā essentiam (vt sic cum & in ipso Deus) essentialiter, verè & natura propriam dedit, Christus in totam essentiam diuinam etiam iuxta suum hominē est natus, ita vt homo Iesus suo corpore, sanguinē & carne, totus sit eius essentia & potentia, cuius est pater, & λόγος æternus ante incarnationem quoque fuit. *Schuenc. in confes. fidei.* Item, Homo Iesus suo corpore, sanguine & carne totus est eius essentia & potentia, cuius est Deus Pater, & coæternum atque coomnipotens eius verbum ante incarnationem fuit. *Ibid.*

Homo Iesus Christus, natura humana sua indeleta per suam glorificationem & diuinā primogenituram ex mortuis, essentia, vita, regno, dignitate & potentia IN & CVM DEO, omne hoc quod Deus est factus est. *Ibid.*

Christus etiam iuxta suum hominem, cum Spiritu sancto in ESSENTIA diuina vnus est, *Schuenc. in confes. fidei.*

Christus iuxta suam carnem, nūc est DEIFICATVS, nec est creatura, *Ibid.*

Humanitas in Christo in gloria est mutata, & in melius euecta, ita, vt iam iuxta SVB-

STAN-

STANTIAM suam, sit omne id quod Deus est. *Ibid.*

Duæ naturæ in Christo glorificato, sunt vnus diuinæ essentia. *Schuenc. in conf. fidei.*

Caro secundum suam humanam naturam est illud ipsum, quod Deus, quod diuina essentia & natura est. *Idem epist. 79.* Item, Humanitas, corpus totum est spirituale, diuinum, imò hoc ipsum quod Deus, & diuina essentia est. *Ibid.*

Christus etiam iuxta suum hominem, est omne, quod Deus est. *Ibid.*

Humana natura in Christo, in gloria eiusdem ESSENTIÆ & virtutis est cum ipso Deo. *Schuenc. in conf. mag. 2. part.*

Caro assumpta in Christo, non est euacuata & abolita, sed meliorata, & facta id quod Deus est. *Ibid.*

Christum etiam secundum carnem suam, esse Deum. *Idem confes. mag. 3. part.*

Corpus Christi totum est diuinum, & iuxta essentiam nihil aliud quàm Deus. *Ibid.*

Iesus Christus homo, & Deus, totus Dei Filius hodie non habet aliā ESSENTIAM, quàm Deus Pater ipsius habet, vt corpus suum caro & sanguis P R O R V S plene sit eiusdem sententia, eiusdem potentia, & potentia cum verbo Dei. *Schuenc. in conf. mag. 3. part.*

Christus iuxta suam humanā naturam, hodie in gloria sui Patris, NIHIL ALIUD

O 4 quàm

quàm Deus est. *Ibid.* Christus in cœlo, non est creaturalis, humana essentia, imò NON alia est essentia, quàm DIVINA ESSENTIA, *Ibid.*

In secundo statu vnitur caro Christi cum Deo in ESSENTIAM, gloriam & claritatem Dei, *Idem de duplici statu.*

XIII. ERROR.

CARNEM CHRISTI GLOIFICATAM, non esse creaturam.

Christus deinceps in nulla creatura est corporaliter, sed tantum spiritualiter. *Schuuencq; in Apologia I. ad reg. Bohe. princ. Lignicensem.*

Christus hodie habet corpus spirituale, nõ naturale corpus, verum habet corpus, veram carnem, at non iuxta intelligentiam humanæ rationis. *Desit enim in Christo huius seculi & vitæ corpus, & consideratio, noua omnia facta sunt in Christo, 2. Corinth. 5. Schuuencq; Epist. 79. cog.*

Corpus Christi nunc totum est spirituale, diuinum, cœleste, *Schuuencq; in I. Apolog. ad princ. Lignic.*

Homo & creatura, in Christo glorificato non sunt idem. *Schuuencq; de notitia Christi.*

Vnctus homo (Christus) non est creatura, sed nunc iuxta carnem P R O R S V S est perfectus in Deo, factus noster Dominus & Deus. *Schuuencq; de notitia Christi.*

Chri-

Christus etiam secundum suam humanitatem NON est creatura, sed Filius Dei. *Ibid.*

Homo in Christo, non aliam essentiam habet quàm Deus.

Item, Non possum carnem Christi (quàmuis semper, tamen maximè post glorificationem) amplius pro vlla creatura habere. Item nulla profus in vtraque natura Christi, iam est differentia. *Schuuencq; in conf. Mag.*

In Margine confes. Magnæ adscribit: Homo Iesus Christus non est creatus, sed à Deo & sancta virgine sanctè natus.

Non nego humanitatem Christi, licet eam nego esse creaturam. *Schuuencq; in confessione Mag. 96.*

Caro, vnita verbo, P R O R S V S non potest esse creatura. *Schuuencq; conf. mag. I. part.*

Christus non est creatura concepta. *Ibid.*

Vir Iesus à Nasareth, cum honore non potest dici creatura. Item, Non potest esse creatura.

Nomen creaturæ in Christo, NVLLO MODO ferendum. *Ibid.*

Pudeat nos carnem Christi appellare creaturam. *Ibid.*

Homo Christus non potest bona conscientia pro creatura haberi. *Ibid.*

Nomen creaturæ homini Christo, in primo statu, dum adhuc passibilis & mortalis esset, non potest attribui, multo que minus, in statu gloriæ. *Ibid.*

O s Chri-

Christus NVNQVAM fuit creatura. *Ibid.*
 Christus Iesus non habuit vnquã CREA-
 TVRALE corpus, neque iam habet, vt &
 in cœlo non est creatura. *Idem. in confes. mag.*
3. part.

Homo Christus Iesus, non est CREA-
 TVRALIS homo, neque vt alius homo.
 Item, Homo in Christo non est creatura. *Ibid.*

Caro Christi ALIQVID ALIVD est
 quàm creatura. *Schuuenc. in confessione mag.*
1. part.

Christum in Gloria non solum non esse
 creaturam, sed prorsus nullam creaturalem
 conditionem, aut proprietatem in suo cor-
 pore & sanguine inueniri. *Ibid.*

Christus homo licet habeat verum cor-
 pus, carnem & sanguinem, tamen est homo
 in Deo, & essentiæ Dei, quam nunc ad dex-
 terã Dei recepit. *Idem de filiat. & gloria Chri-*
sti. Item, Ab omni humana dimensioe & pro-
 portione, nomine & substantia CREA-
 TVRÆ est liberatus. *Ibid.*

Christus nullo modo est creatura, sed iuxta
 vtrasque naturas totius suæ personæ est vni-
 genitus Filius Patris cœlestis. *Idem, clara test.*

Totus Christus, etiam iuxta suam huma-
 nitatem, est verus Deus & non creatura. *Ibi-*
dem.

Christi humanitas in gloria Patris sui, ab-
 que contumelia, non cogitari neq; nomina-
 ri potest creatura. *Schuuenc. epist. 63.*

XIII. ERROR.

NATURAS DVAS IN CHRIS-
 TO esse exaquat.

In Christo natura Dei Patris, hominum Ie-
 sum, in totam possessionem & ÆQUALI-
 TATEM Dei, & suæ ESSENTIÆ, col-
 locauit. *Schuuenc. in confes. fidei.*

Homo Iesus Christus, non delecta huma-
 na natura, essentia, vita, dignitate, potentia
 per glorificationem facta est OMNIA, qua
 Deus est, ita vt nunc NVLLA SIT IN-
 ÆQUALITAS naturarum in persona
 Christi. *Schuuenc. in mag. confes. 1. part.*

Naturæ Christi in gloria sunt æquales. *Nē;*
 Nunc NVLLA inæqualitas in naturis per-
 sonæ Christi Filii Dei, in gloria Patris sui re-
 periuntur. *Schuuenc. in confes. fidei.*

Christus totus, iuxta vtrasque vnitas natu-
 ras, totus est vnus essentiæ cum Patre & Spi-
 ritu sancto. Et in vno gradu, dignitate, poten-
 tia, essentia, maiestate, honore, PRORSVS
 æqualis est Deo Patri. *Ibid.*

Humana natura Christi in gloria PRORS-
 VS est æqualis diuinæ. *Schuuenc. in conf. mag.*
1. part.

Æquales sunt nunc in gloria naturæ Chri-
 sti. *Schuuenc. in confes. mag. 2. part.*

Caro venit in naturalem vnionem verbī,
 ita vt in omnem ipsius essentiam, potentiam
 & glu-

& gloriam renascatur. *Schuuenc. confes. mag. 3. part.*

Christus iuxta vtrasque naturas vnitas, est in vno gradu. Item, Humana natura in Christo diuinæ in gloria PRORSVS æqualis est facta. *Schuuenc. in Epist. de duabus naturis Christi.*

In secundo statu Christi, Nulla est in æqualitas duarum naturarum in Christo, & Filius etiam iuxta carnem, Patri in ESSENTIA, gloria, dignitate, & in vnitatem diuinæ naturæ, PRORSVS æqualis est factus. *Idem de duplici statu.*

Humanitatis & Deitatis Christi, est VNA gloria, essentia & diuina claritas, *Item de triplici vita, Item in prefatione de Christiana pugna. Item in cœlesti Medicina.*

Vtræque naturæ in Christo, in statu glorificationis sunt exæquatæ, *Idem. Epist. 78.*

XV. ERROR.

DE DEIFICATIONE
Hominis Christi.

Caro & sanguis Christi, est caro & sanguis Dei, cum Deo Spiritu S. deificatus *Schuuenc. de Trinitate.*

Caro Christi est OMNEID, quod Deus est. *Schuuenc. in confes. magna.*

Homo in Christo est deificatus, Nominat eum Gottewerdig. *Schuuenc. in conf. mag. 2. par. Deifi-*

Deificatus: & clarificatus: est in Christo. Item, Quia talis claritas ALIUD NIHIL est, quam Deus & essentia ipsius. *Schuuenc. in mag. confes. 1. par. in margine 97. fol.*

Vocat hanc suam doctrinam Articulum DEIFICATIONIS. *Schuuenc. confessio. mag 3. part.*

XVI. ERROR.

CHRISTVS IUXTA VTRAM-
que Naturam, est Filius Dei
vniogenitus.

Christus iuxta vtramque suam Naturam, est vniogenitus, naturalis, vnicus Dei Filius, & non est creatura. *Schuuenc. in prefat. ante magnam confes.*

Item: Homo Iesus Christus non est creatura, sed verus Dei Filius, licet ex sancta Mariæ carne verus homo conceptus. *Ibid.*

Christus iuxta vtranque Naturam, diuinam & humanam est vniogenitus Filius Dei. *Schuuenc. in confes. fidei.*

Christus iuxta humanitatem, est natus Dei Filius. *Schuuenc. de 12. causis.*

XVII. ERROR.

VBI SIT CHRISTVS.

Christus tantum in cælo querendus & inuocandus est. *Item, Iesus Christus Deus & Homo, per acta sua dispensatione, NUSPIAM*
est

222 D. CONRAD. SCHLVSSELE,
est quàm in cœlo. *Iohan. 3. 6. 13. 17. Schuuenck.*
in Apol. 1. ad princip. Lignicensem.

XVIII. ERROR.

DE MEDIATIONE CHRISTI.

Mediatio est Christi non est humana aut
creaturalis, sed spiritualis & diuina. *Schuuenck.*
in confes. mag. 3. part.

XIX. ERROR.

DE DEXTERA DEI.

Dextera Dei non est peculiaris, corporalis
locus. Sed est omnipotens VERBVM, Dei
Patris, per quod omnia sunt creata.

Sed re ad dexteram Dei, nihil aliud signi-
ficat, quàm quod humanitas in Christo sit suę
æternę diuinitati æqualis, in & cum ea PROX-
S V S VNUS ESSENTIÆ, potentię, maie-
statis & dignitatis.

XX. ERROR.

DE VBIQVE ESSE.

Vbiq; esse ait, non significare in omnibus
locis esse, sed omnia tempora, loca, creaturas
nosse & videre. *Schuuenck in confes. mag. 3. part.*
et 3. supra.

XXI. ERROR.

DE DONIS SPIRITVS

sancti.

Omnia dona Spiritus S. sunt illud ipsum
iuxta

iuxta essentiam, quod est Spiritus sanctus.
Schuuenck. de abusu Euang. Item de verbo Dei.

Iustitia, fides, sanctificatio, sapientia spiri-
tualis, gratia, sunt supernaturalia dona Spi-
ritus sancti, qui est Deus, & sunt hoc ipsum
iuxta essentiam, pro parte, quod Spiritus san-
ctus & Deus ipse est in toto. *Schuuenck. de*
verbo.

XXII. ERROR.

DE HOMINE.

Non omnes homines sunt Adamicę crea-
turę, nec omnis caro humana, est caro crea-
ta. *Schuuenck in conf. mag. 1. part.*

Caro Adę ante peccatum etiã, NVLLO
MODO similis æstimanda est carni Christi.
Schuuenck. Confes. mag. 3. part.

Interior homo, est ex carne Christi, & os-
sibus ipsius natus seu productus. *Schuuenck in*
confes. de cap. fidei.

Nomen creaturę, non solum in Christo
ferendum non est, sed etiã in Filiis Dei non
tolerandum. I. *Iohan. 3. Schuuenck. in conf. mag.*
1. part.

XXIII. ERROR.

DE LEGE DIVINÆ.

Non à Moysè ordiendam
prædicationem.

Non à Moysè inchoanda est doctrina, &
cognitio peccatorũ, non venit ex Legge, sed ex
Spiri-

Spiritu sancto Iohan. 16. *Schluenck. de vocatione.*

Veri prædicatores aut ministri verbi Dei, non ordiuntur suas conciones à Mose vel Legis litera, sed à Iesu Christo, & ipsius Euangelio. *Schluenck. de Christiano hom.*

Item, Apostoli cognitionem peccatorum non exorti sunt docere ex lege Mosi, sed ex Christo. *Idem de Euang.*

XXIII. ERROR.

LEGEM ESSE POSSIBILEM

& facilem factu.

Lex est omnibus in Christum verè credentibus, PRORSVS POSSIBILIS ad seruandum, imò est ei iucunda & facilis seruatu.

Item: Nouus Lutheranus error est: Nulum hominem, ne sanctum quidem vllum, mandata Dei plenè seruasse.

Item: Qui docet: Christiano impossibile esse legem Dei seruare, ipsum Christum ex cordibus eripit, fidem in Christum abolet (cui omnia sunt possibilis) cum omnibus bonis operibus. *Schluenck. de abusu Euang.*

Lex Dei est credentibus hominibus possibilis, facilis, futurus. *Idem de triplici vita.*

XXV. ERROR.

De iustificatione coram Deo.

DE

DE VOCABVLIS.

Dilectio, quæ est ipsa Deus, nos iustificat. *Schluenck. de abusu Euang.*

Gratia Dei præiens re ipsa NIHIL ALIUD est, quàm Christus ipse, saluens essentia Dei & Spiritus sanctus. *Schluenck. de essentia Dei.*

Iustificare in S. Paulo nõ iuridicè accipiendum, pro aliquem iustificare, qui coram Deo est sceleratus, sed theologice, iuxta proprietatem diuinæ actionis, de qua Paulus agit, vt significet ex impio & iniusto peccatore, piũ, probum, iustum hominem efficere, vt & Ambrosius exponit, imò significat, ex veteri homine nouum, ex filio iræ filium gratiæ, ex filio Diaboli filium Dei efficere. Item, Iustificare PROPRIE, nihil aliud est, quàm Deo placentem efficere, renouare, regenerare, Filium Dei & heredem regni cœlestis efficere, significat nouum cor, & nouum spiritum dare, vt in Prophetis promittitur, idque Deus per Christum efficit. *Schluenck. in respon. Iohan. ii.*

Iustificare nõ nõ significat iustum pronũciare, qui alias malus est, sed impium peccatorem, facere probum & iustũ hominem. Item significat ex veteri homine facere nouum hominem. *Schluenck. in epist. de iustificatione.*

Iustificare nõ significat absoluerè *Schluenck. de verbo.*

Iustificare nihil aliud est, quàm ex veteri homine facere nouum. *Ibid.*

P. XXVI. ER.

XXVI. ERROR.

NON IN PRIMO CHRISTI

status nos iustificari, sed in secundo.

Non in primo statu Christi, sed in secundo ipsius statu, vera iustitia Christiana quaeri debet. Nam Christum oportuit, prius omnia complere, quæ de se ipso scripta erant. Necessè erat ipsum prius pati, mori, sanguinem fundere, nos redimere, resurgere, ad Patrem ire. TVNC verò PRIMVM nobis ad iustitiam (vt & ad caput Ephes. i.) est propositus. Postq̄ igitur omnibus beneficiis primi status, obedientia, officii, crucis, sanguinis, effusionis, meriti, sui ipsius oblatio (q̄ quidem omnia in ipsa sunt consummata, & per viuam fidem in ipso inueniuntur,) in *Gott verseyt* in Deum transpositus, & ad æternitatem præparatus, nostra iustitia apud Deum Patrem factus est, iam iustitia per sursum corda quaerenda & accipienda est, si modo velinus coram Deo iusti, & tandem salui fieri, vt Paulus inquit: Traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustitiam nostram, Rom. 4. *Schluessel.* in *respon. ad Phil. scriptum Nornberg.*

Nostra iustificatio & iustitia non est apud Christum in primo statu historice quaerenda, sed in alio statu glorificationis, vbi eam distribuit. *Schluessel.* in *epist. de iustif.*

XXVII.

XXVII. ERROR.

NON OBEDIENTIA

Christi nos esse iustos.

Historica tantum fides est, quæ nititur obedientia Christi: Item, Hæc fides nitens obedientia Christi, communis est hypocritis. Nec adfert cordibus veram Christianam iustitiam, neq; pacem, neque lætitiã conscientis. *Schluessel.* in *respon. ad Philip. scriptum Nornberg.*

Item, Tantum obedientiam mediatoris Christi nostram esse iustitiam per fidem, tam est inepta, scandalosa, imperfecta locutio & doctrina, quàm & alia Philippi propositiones. *Ibidem.*

XXVIII. ERROR.

IMPUTATA IUSTITIA

non nisi fidem.

Fides non nititur imputata historica iustitia, quæ est externa, vt faciunt illi, qui historice credunt, Deum se propter obedientiam mediatoris iustos pronuntiare, non quod reuera iusti sint, sed Deus ipsos pro iustis reputet. *Schluessel.* in *respon. ad Philip. scriptum Nornberg.* Summa, quicquid nos coram Deo probos & iustos efficere debet, id necesse est per fidem essentialiter.

P a verò

verè & efficaciter in nostrum cor animam & conscientiam venire, alias extra nos non erit imputatiua iustitia, ac nos conficta, literali imputatione coram Deo in omnem vsq; æternitatem maneremus iniusti, *Ibid.*

Iustitia regni Dei non est assensiuua fides, neq; imputatiua iustitia, sed plura requiruntur, *Idem, de triplici vita.*

XXIX. ERROR.
ESSENTIALI IUSTITIA,
nos iustos esse.

Schluenckfeld ait, Osiandrum rectè docuisse: Nos non solum imputatiua iustitia extranos, propter obedientiam Christi iustos esse, sed vera & essentiali Dei iustitia. Item: Christum in nobis habitantem, esse illam essentialem iustitiam. Sed postea eum reprehendit, quod humanam iustitiam excludat. *Schluenck. de verbo.*

In præfat. de Euang. Iustitiam nostram vocat ESSENTIALEM iustitiam.

Christus donat nobis ESSENTIALEM iustitiam, hoc est seipsum in spiritu.

Item breuiter: Sancta Trinitas, Pater, Filius, & Sp. S. (in quorum ESSENTIAM homo Christus: cū omni suo merito, obedientia, carne, sanguine & beneficiis est receptus) est ipsamet nostra ESSENTIALIS IUSTITIA, semetipsam communicat ex gratia omni-

tia omnibus electis ad salutem, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. *Iohan. 14. Schluenck. de verbo.*

Iustitia, fides, sanctificatio, sapientia spiritualis, gratia, sunt supernaturalia dona Spiritus sancti, qui est Deus, & sunt hoc ipsum iuxta essentiam, pro parte, quod Spiritus sanctus & Deus ipse est in toto. *Schluenck. de verbo.*

XXX. ERROR.
REMISSIONEM PECCATORUM
non esse nostram iustitiam.

Inde nimis parum dicitur, cum docetur: Remissionem peccatorum tantum esse nostram iustitiam, quia noua generatio ex Deo excluditur.

Item, Deus neminem iustum pronunciat, in quo Christus per Spiritum sanctum non habitet, qui est vera & essentialis Dei iustitia. Vt & misericordia Dei, qui factus est nobis iustitia & sapientia, 1. Cor. 1. *Schluenck. in resp. ad Phil. scrip. Nornberg.*

Ad iustificationem NON TANTVM pertinet remissio peccatorum, sed & sanctificatio ac renouatio interioris hominis, cum mutatione naturæ ac sensus. Item, iustificatio est transpositio ex Adamico statu in Christianum statum, nouamque vitam.

XXXI. ERROR.

FIDE ET OPERIBVS
nos iustificari.

Fide & operibus iustificamur. *Schluenck. de abusu Euang.*

Iustitia fidei complectitur totum hominem interiorem & exteriorem, verba ipsius, opera, concupiscentiam, affectus, & actiones, totamque vitam in pietate gubernatam. *Item, Ad iustitiam fidei opus est nono corde & nouo spiritu. Schluenck. de triplici vita.*

Renouatio est pars iustificationis. *Schluenck. de verbo.*

Exhibet etiam hanc propositionem, perinde, vt Osiander: Sola fides iustificat. *Schluenck. de verbo. Item de abusu Euangelii.*

Recta fides & bona opa, sunt vna res prorsus vnum & idem, ideo non possunt à se inuicem secerni. *Schluenck. in inst. de verbo.*

Si homo debet probus & saluus fieri, necesse est id præstare sanguinem Christi, hoc est, spiritum, charitatem, fidem, viuificum Dei verbum, quæ omnia sunt V N V M & I D E M. *Schluenck. in inst. de verbo.*

Fide, quæ per charitatem efficax est, iustificamur, & de hac fide loquitur Paulus Roman. 3. Decernimus fide iustificari hominem. *Schluenck. in confes. de cap. fidei.*

XXXII.

XXXII. ERROR.

DE ORDINE IUSTI-
ficationis.

Ordo iustificationis hic est:

Regeneratio,

Viuificatio.

Inuocatio.

Iustificatio.

Diuinæ naturæ participatio. *Schluenck. de verbo.*

XXXIII. ERROR.

NON IUSTIFICARI NOS
per verbum.

Iustificatio nostra non nitur orali seu predicato verbo, aut corporali auditu, sed occulta gratia, & interiori voce Filii Dei. *Schluenck. epist. 90.*

Deus non iustificat & saluat nos per scripturam, sed per fidem in Christum, de quo scriptura testificatur. *Schluenck. de verbo.*

Fundamentum & initium nostræ conuersionis & salutis, intus in corde incipit, & Deus in nouo Testamento non ab extra ad intus, sed ab intus ad extra agit. *Schluenckfeld. de verbo.*

P 4 XXXIII.

XXXIII. ERROR.

DE FIDE.

Fidem non venire ex verbo predicato.

Fides non venit ex prædicatione Euange-
lii. *Schunckenck de verbo.*

Fides vera non potest ullam creaturam in suis spiritualibus negociis habere, vt medium aut obiectum, vt etiam Iesum Christum nulli quærit, quam ad dexteram Patris, vbi dominatur, *Schunckenck de Christiano hom.*

Fides non regulatur iuxta scripturam, sed scripturæ interpretatio iuxta fidem, *Schunckenck de verbo.*

Fides iustificans, non venit ex prædicatione, neque ex sacra scriptura, neque ex aliquo externo medio, sed ex Deo à cælis, tanquam propiciū Dei donum, & Spiritus sancti munus est guttula essentia Dei, imò in fundamento est eiusdem essentia cum Deo, *Ibid.*

Fides iustificans: non venit ex prædicatione, sed ex Deo à cælis, *Ibid.*

Fides non est ex auditu verbi externo, sed ABSQUE MEDIO, ex Deo. Itæ ait Roman. 10, vbi dicitur: Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. Hic verbum ait, significare est. utiale Dei verbum, nimirum Filium Dei. *Idem. Ibid.*

Fidem iustificantem, iuxta primum suum GRADVM, oportet ANTE adesse, nec venit

venit ex auditu externo prædicationis. *Schunckenck de verbo.*

Fides non venit ex auditu aut prædicatione, aut ex scriptura, sed à Christo, SINE MEDIO à Deo. *Schunckenck de verbo.*

Fides iustificans non venit ex vocali verbo prædicationis, sed ex Deo tanquam sui spiritus dono SINE OMNI MEDIO & instrumento, propter mediatorem Christum.

Fides iustificans, non ex scriptura venit, neque ex prædicatione, sed ex æterno verbo, quod est ipse Christus. *Schunckenck epist. 65. Item: Fides nullo modo est ex scriptura, sed ABSQUE MEDIIS à Deo. Ibid. Item: Fides est sine omni medio externo à Deo per verbum Christum. Ibid.*

Fides nullam rem visibilem amplectitur, nihil corporale aut carnale penes se patitur, *Schunckenck in confes. magna. 2. par.*

XXXV. ERROR.

FIDEM ESSE IPSAM

Dei essentiam.

Necesse est fidem esse IPSUM ET Christum, quia Christus solus est vera Fides autem viuificat. *Schunckenck in instit. de verbo.*

Fides est preciosum donum Spiritus sancti, quod finit ex Dei ESSENTIA in electi hominis, & affert participationem diuinæ naturæ. Hæc fides non cadet, neque ex

P 3 prædi-

prædicato vel scripto Euangelio, vel ministerio, nulla etiam re corporalinitus, sed spectat Deum, & ipsius verbum Christum. *Idem in præfat. de Euang.*

Fides non est creatus motus, aut fiducia, sed est diuina veritas. *Idem in præfat. de Christian. hom.*

Fides non est Qualitas aut Accidens, sed est ex essentia Dei, donum Spiritus S. quod est ipsa Dei essentia. *Schuenck. de verbo.*

Fides in fundamento, est vna ESSENTIA cum eo, qui eam dat. *Schuenck. epistola 93.*

Fides est donum Dei, imò verè (Itm Grunbt) vna essentia cum eo, qui eam donat aut largitur. Est vna & sensibilis potentia viuentis Dei, per quam corda purgat & renouat. *Schuenck. in confes. de cap. fidei. Et ibidem in margine annotat: Quicquid Deus ex diuinis suis diuitiis credentibus largitur, id est, suæ naturæ & essentia. Portio mea Dominus. Fides est substantia rerum sperandarum. Hæc ille.*

Fides est cælestis splendor, veniens ex Dei essentia. *Schuenck. in confes. mag. 2. par.*

Fides est donum essentia diuinæ, donat id quod est suæ naturæ & essentia, vt fiamus participes essentia Dei. *Idem de abusu Euang.*

Fides fundamentaliter iuxta suam essentiam & originem, NIHIL ALIVD est, quam Natura & essentia Dei. *Ibid.*

Fides

Fides recta & vera est re ipsa cælestis donum ESSENTIÆ, seu ex essentia Dei. *Item, Recta & vera fides non est opinio, aut persuasio, sensum sacrae scripturae esse verum, aut Euangelium esse rectum, neque est tantum fiducia in promissione misericordiae Dei in Christo, sed est substantialis & essentialis apprehensio misericordiae, diuinæ iustitiae, sapientiae & veritatis ipsiusmet, intus in corde (de qua scriptura suis promissionibus testatur, & ad quam predicatio Euangelii deducit) quæ iustitia, veritas & sapientia autem, re ipsa NIHIL ALIVD est, quam Deus & Dominus noster Iesus Christus. Idem, Germa. Theol.*

XXXVI. ERROR.

ANTE CHRISTVM PASSVM,
non fuisse remissionem peccatorum aut iustitiam, neque vllum hominem salutem
accepisse aut cœlum
intraisse.

Prorsus (furumb) Ante Christum nullus homo in cœlum intrauit, nec potuit salutem occupare. *Schuenck. 4. epist. Item, Ante Christum, homines non fuerunt consummari. Item: In veteri Testamento semper manebant peccata, & mala conscientia apud populum legis. Ibid.*

De iustitia volente coram Deo antea nihil
prædi.

prædicatum, fuit ignota. *Item*, Ante Christi aduentum, nulla patefacta gratia, & ante effusionem sanguinis, nulla communis remissio peccatorum fuit. *Item*, Apud populum legis, & in veteri Testamento nulla fuit iustitia coram Deo valens. *Item*, Spiritus sanctus, iustitia Dei, remissio peccatorum, ingressus in cælum, apud populum legis non fuit. *Item*, iustitia coram Deo valens, in veteri Testamento fuit ignota. *Item*, Apud Iudæos antea nihil de regno Christi & iustitia eius sciuerunt. *Item*, Nulla vera iustitia, nulla gratia, nullus Spiritus sanctus, ante meritum passionis Christi, publicè in Ecclesia Iudæorum fuit. *Ibid.*

Item, regnum Christi in veteri Testamento, non est prædicatum. *Ibid.*

Nullus patrum ante completam dispositionem crucis in carne venit in cælum, sed in sinu Abrahæ iugi spe & expectatione sunt detenti. *Schuuencck. epist. 95.*

XXXVII. ERROR.

DE SACRAMENTIS.

Christus Iesus dat gratiam, & non sacramenta. *Schuuencck. epist. 23.*

XXXVIII. ERROR.

DE BAPTISMO

Baptismus aquæ non est necessarius, neq; debet sic æstimari, ac si nemo absq; eo saluus fieri queat. *Schuuencck. epist. 73.*

Spiri-

Spiritus sanctus, gratia Dei, remissio peccatorum, non sunt quaerenda in externa aqua, & verbo Baptismi, sed TANTUM apud Christum. *Schuuencck. in confess. fidei. Ibidem*, inquit: in Baptismo esse duplicem aquam. Vnam spirituales & diuinam, abluentem animam, & alteram elementarem.

Credentes non in externa Baptismi aqua, aut pronuntiatis verbis, sed in nomine (hoc est natura & essentia) Domini Iesu Christi, qui est æternum Patris verbum, & in spiritu Dei, à veteri homine abluuntur, mundantur & iustificantur, hoc est, veri Christiani fiunt. *Schuuencck. Cate. de verbo.*

Item, Verbum Dei non habitat in aqua, neque se cum elementari aqua copulauit, sed tantum habitat in & cum credentium cordibus. *Ibid.*

Item, Nulla res externa, siue sit aqua aut aliud quippiam, animam & conscientiam potest attingere, nisi solus Christus. *Ibid.*

Regeneratio fit SINE OMNI externo elemento, tantum per verbum, quod est ipse Christus. *Idem Germa. Theol.*

Externa aqua baptismi, aut perfusio, NON saluat nos, nec facit Christianos, sed interior, diuina aqua & lotio. *Idem de Christiano hom.*

Ablutio peccatorum non consistit in externo Baptismo, sed in vocatione nominis DOMINI. *Item*: Ablutio peccatorum, & regeneratio, totaque hominis renouatio, non consi-

confistit in externo Baptismo, sed in nomine, hoc est, potentia, natura & essentia DOMINI, & Saluatoris nostri Iesu Christi. *Item*: falsum est, externum Baptismum pro lauacro regenerationis habere. *Idem*, *epist.* 3.

Ad quaestionem: Anne externus baptismus etiam, vel ad minimum debeat adesse, ubi homo regeneretur, & à peccatis abluatur? Hic respondendum est NON, ac dicendum, quod externa aqua PRORSVS nihil ad regenerationem, vel abluionem à peccatis pertineat, nec faciat, *Idem* *epist.* 3.

Salus & vera cordis inundatio, non consistit in euandis elementis, neque in vilo externo verbo, sed in verbo Dei, quod est Christus, *Idem* *epist.* 74.

XXXIX. ERROR.

DE COENA DOMINICAE.

DE VERBIS COENAE.

TÛTO, hoc, in verbis: Hoc est corpus meum, non designat visibilem panem, sed corpus Christi. *Schwenck*, *de Christiano hom.*

Item, τÛTO τὸ ποτήριον, hic τÛTO absolutè ponitur & distinguitur à poculo per articulum τὸ.

Nullò igitur modo ad corporale poculum, neq; ad vinum refertur, sed est spiritualis demonstratio. Sic igitur reddèda sunt: Hoc nèpè potus,

potus est nouum Testamentum in meo sanguine, seu nouum Testamentum est in meo sanguine potus. *Ibid.*

Verba coenae sic possunt ordinari: Meum corpus, quod pro vobis traditur. Est Hoc, scilicet, quod idem est: Meum corpus est verus cibus. Item meus sanguis noui Testamenti pro multis effusus, Est Hic, scilicet in sua diuina natura, sicut corporalis potus est, in sua natura & ordine. *Item*: Nouum Testamentum in meo sanguine, Est Hoc, id est, potus est, qui pro vobis effunditur. Sic in Euangelio, ubi dicitur: Semen est verbum Dei. Ager est mundus, clarius nostra lingua dici potest: Verbum Dei est semen. Ager est mundus. *Schwenck*, *contra Fabrum*.

Item interpretationem verborum coenae ex cap. 6. Iohan. ait petendam esse. Item, Hoc est, &c. Hoc, non notare panem, quia cum ista verba efferret Christus nullum eum amplius panem in manu habuisse, & in verbis: Hoc est corpus meum, iam loqui de spiritali natura ac proprietate sui corporis, quam iam essentialiter coram Deo in verbo habeat. *Item*. Demonstratiuum Hoc, tollit animum à visibilibus sursum ad veritatem. Sic Genes. 17. Hoc est meum foedus, alioqui Ismael & Esau, etiam in eo foedere fuissent, sed designat sursum interiorem veritatem, nempe Christum. Sic Exod. 14. Hoc est Pascha DOMINI ibi Hoc.

non designat externum magnum, sed veritatem æternam, Iesum Christum, Ezech. 5. Hoc est Ierusalem, Ezech. 37. Hæc ossa (iunt) tota domus Israël. Psal. 118. Hæc est porta DOMINI. Matth. 11. Ipse est Elias, non de externa persona, sed de spiritu Eliæ loquitur.

Item, Hoc est corpus meum, particula; Hoc, est spiritualis demonstratio in oratione, quæ est spiritus & vita, non respiciens panem aut corpus sedens. Item particula Hoc, spiritualiter, vt verbum Dei, est iudicandum, & à visibilibus iuxta proprietatem sacramentorum sursum est ducendum. Non loquitur de pane, sed de eo quod essentialiter in se est. Itē, Particula hoc, animum credentem SVRSVM ducit, à pane corporali ad Christum, vt illa verba: Hoc est corpus meum, sint spiritus & vita. Si enim vox ista Hoc, non SVRSVM, sed ad panem inferius ducatur, verba illa: Hoc est corpus meum, non sunt spiritus & vita.

Item. το ποτήριον, hoc est peculiaris calix. *Item*. Hic est sanguis meus novi Testamenti, id est, est calix, est potus, *Item*, Hoc ibi stat ABSOLVTE & notat aliquid spirituale. *Schuenock in conf. de cœna.*

Sic ait, relinquere verba, vt Hoc, maneat Hoc. Est maneat Est, corpus maneat corpus. Sed vocula, Hoc, Christum non oculis aut sensui aliquid monstrare vel exhibere, sed intellectu & fidel, nempe quid de pane comesto & vino haulto sit sentiendum, quod corpus

pus Christi sit pro nobis traditū, sanguis eius pro nobis fusus. Corpus, esse subiectū, Hoc, esse prædicatum. Item Christum non voluisse dicere: Panis est corpus meum. Addit, hoc esse creatorem cū creatura permiscere, Item ait, se verba cœnæ intelligere, iuxta 6. cap. 10. ann. Caro mea est cibus, &c. Item refert se ad dictum Augustini: Illi manducabant panem DOMINVM, illi panem DOMINI contra Dominum, illi vitam, ille pœnam. *Schuenock. in confes. fidei.*

Item annotat dictionem posse ante vel post collocari, modo structura rectè obseruetur. *Schuenock. in confes. fidei.*

Improbat Zuvinglii interpretationem EST, id est, significat, quia sit contra textum, & effici ait tantum cœnam significatiuam, *in confes. fidei.*

In libro de Christiano hom. ait, Non significat, non tropum in verbis cœnæ admitti debere, sed vt verba sonant, veruntamen non corporaliter, sed spiritualiter diiudicanda.

XL. ERROR.

CHRISTI CORPVS IN PANÈ

non dari, nec præsens esse.

Falsum est, quando dicitur: Corpus Christi esse in pane propter verbum, cui se Christus alligauit. *Schuenock. in Cate. de verbo.*

Cibus corporis & potus sanguinis, non est

invel

in vel sub, nec sunt illæ creaturæ corpus & sanguis Christi. *Schuuencq de Christiano hom.*

Christus parauit cœnam sacram in cœlis, & nō in creaturis in terra, vt & corpus & sanguis Christi, per actō redemptionis opere in cœlis est, & nullo modo extra cœlum in creaturis potest percipi. *Item*, cœna, cum rege Christo nō est alibi, quam in cœlis ad dexteram Dei usurpatur. *Item*: Necessè est corinaticum dirigi, si debeat potiri cœna Christi. *Schuuencq epist. 62.*

Seductio est, asseuerare Christum in pane & vino esse præsentem, & per ministros pios & malos exhiberi, *Idem epist. 64.*

Christus non est corporaliter, neq; in pane aut vino cœnæ sacræ, neque in vlla creatura. *Schuuencq in 1. Apol. ad princip. Lignic.*

Minister tantum præbet panem DOMINI, Christus verò porrigit panem DOMINVM. *Schuuencq in 1. Apol. ad princ. Lignic.* Non Minister, sed Christus ipse suum corpus absque MEDIO distribuit in Spiritu S. *Schuuencq contra Fabrum.*

Corpus Christi non est essentialiter in pane altaris, &c. *Schuuencq in 2. Apol. ad Freuirenses.* Corpus Christi est corpus diuini spiritus. *Schuuencq contra Fabrum.* Item Satanicum ait esse, docere verum Christi corpus & sanguinem in vel cum corporali pane & vino in cœna Domini exhiberi, aut comedi, *Idem in confes. de cœna.*

Verum

Verum corpus Christi spiritualiter accipitur, & verus eius sanguis spiritualiter bibitur, per viam fidem, ad extinguendam æternam famem, & sitim animarum, vt simus vnū corpus, & spiritus in Christo, Spiritualiter porrō non significat imaginariè, sed efficaciter, potenter, verè, viuaciter, iuxta ordinem spiritualium diuinarum rerum cœlestis vitæ.

Christum in terris in sacramentali pane non quærimus, sed sursum in cœlis. *Schuuencq de vocat.*

Verè credentes non indigent Christo, neque desiderant eum in pane & vino, *Idem, epist. 64.*

Postquam Christus est exultatus, Ecclesia nihil scit de corporali præsentia Christi in creaturis, *Schuuencq in confes. de cœna.*

Christus non est corporaliter in vel sub pane in cœna, neque corporali ore accipitur, est enim spiritualis actio. *Schuuencq in confes. de cœna.*

Panis DOMINI quem minister porrigit, non est verum Christi corpus, nec vinum eius sanguis, sed sunt sacramenta. *Idem, Epistola 64.*

Distinctè duplex est panis in cœna sacra, vnus spiritualis, diuinus, cœlestis, vt est corpus & sanguis Christi. Alter verò corporalis & sacramentalis, qui in cœna frangendus & comedendus est.

Q 1 Primus

Primus quidem à SOLO Christo præbetur interius ad cibum animabus fidelibus. Alter verò à ministris præbetur in recordationem mortis Christi.

Item: Duo sunt in hac cœna. Primum quod Christus fecit & locutus est, atque in eo est substantia & efficacia, In altero Gratiae dicuntur, prius præcedat, alterum sequatur, *Schuuenc. in confes. fidei.*

Christum non de visibili pane & vino in cœna, sed de figura sui corporis & sanguinis dixisse. *Item,* ait esse parabolicam collationem duorum panum. *Schuuenc. in confes. fidei. Item de Christiano hom.* Est abductio à fide, si quis doceat, Christi corpus & sanguinem, IN, SVB, CVM pane accipi. *Schuuenc. epist. 62.*

Error est, quando docetur Christum, & eius corpus & sanguinem in cœna esse querenda, ubi non est. *Schuuenc. epist. 88.* Christus non mandavit, ut ibi in sacramentali pane & potu, suum corpus & sanguinem queramus. *Ibidem.*

Error est, corpus & sanguinem Christi duplici modo comedi & bibi. Primum corporaliter in pane & calice. Deinde spiritualiter absq; pane & calice. *Schuuenc. epist. 88.*

XLI. ERROR.

Fidem non nisi recitatione verborum.

Fides (hic de cœna) non hæret in verbis à ministro pronuntiatis, neq; in scripta litera, neque

neq; in sacramentali pane, non spectat altare aut hostiam, ut sub, in, cum quærat aut comedat Christum, sed cum sursum corda, supra omnes cœlos euehitur, & Christum eiusque diuinum, ac viuificum verbum, absq; OMNI MEDIO creaturarum, quærit corpus & sanguinem ipsius, ubi est, ac dominatur in cœlesti vita. *Schuuenc. de Christiano hom.*

Ex recitatione in fidelium super panem nihil boni sequitur, iuxta dicta. Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali. *Item,* Qui non est mecum, contra me est. Arbor mala non potest bonos fructus facere. *Item,* non potest benedicere, qui est maledictus. *1. quest. cap. Quicumque. Schuuenc. in confes. de cœna.*

Quando homo super panem recitat verba cœnæ, non est verbum Dei, quia verbum Dei est ipse Deus. *Johan. 1.* *Item* verba cœnæ super panem dicere, nunquam est mandatum. Eatenus non est ordinatio aut institutio Christi, ut etiam sit contra eam, Christus verba illa dixit non ad panem, sed ad discipulos.

XLII. ERROR.

DE INDIGNIS.

Indigni non accipiūt verum corpus Christi in vsu cœnæ, nec possunt accipere. *Schuuenc. contra Fabrū.* Nemo hominum corpus Christi verè comedere potest, nisi habeat fidem. *Idem in confes. de cœna.*

Q 3

Nullus

Nullus impius, incredulus, indignus, corpus & sanguinem DOMINI accipit, *Idem, epist. 62.*

Iudæ non est traditum corpus & sanguis Christi cum pane & vino. *Schuenck in conf. de cœna.*

XLIII. ERROR.

VSVM COENÆ ADIA-
phoron esse.

Mandatum de cœna non est eiusmodi, vt salus ad illud sit alligata. Item, Non necesse est, nimium esse anxium de externo cœnæ vsu. *Schuenck epist. 62.*

Ait se & suos velle abstinere ab vsu cœnæ, donec cœna DOMINI, vero intellectu, fide & vsu rursus prodeat. *Schuenck, de vocat.*

Salutem hominum, non citam esse in re externa, loquitur de cœnæ vsu, et quod possit emitti, donec verus vsus, qui non patfactus sit per ministerium Lutheri, reueletur. *Schuenck, de vocatione.*

Per vsum sacramenti, non est quærenda remissio peccatorum, *Idem, epist. 64. Item: se-ductio est, Christum, gratiam, vitam, salutem ibi in cœna quærere. Ibid.*

Ait se neque cum Lutheri, neque cum Zuinglio sentire de cœna, quia sensum istius ministerii non sint affecuti, *Schuenck, in conf. sione fidei.*

XLIII. ERROR.

COENAM DOMINI NON
esse Testamentum nouum.

Cœna Domini non est nouum Testamen- tum, sed nouum Testamentum est in languine Christi. *Schuenck, epist. 3.*

Tandem & hoc adiciamus.

Panem nostrum quotidianum, quem in Oratione Dominica petimus, ait, esse ipsum Christum, *Schuenck, in confessione fidei & aliis sapius.*

Item variat & fluctuat in sua sententia:

Credo corpore & sanguine Christi in cœna siue mysterio sacramenti, Christianos verè fidei, & in cibum animæ accipi, ex vivente verbo Dei, per veram fidem. *Schuenck, in Apologia ad Reg. Bohe. Idem asserit in conf. fidei, quod fide verè præiens corpus Christi accipiatur.*

In confessione de cœna anno M. D. XXXIII. edita. Schuenck, magna impudentia inquit, se nunquam præsentiam Christi, & participationem corporis eius negasse.

Localitatem corporis Christi post ascensionem negat.

Item, dexteram Dei non esse locum, id quæ contra reliquos sacramentarios. *Schuenck, epist. 18.*

XLV. ERROR.

DE ECCLESIA.

Ecclesia Christi hoc presenti Euangelio pondū est restituta aut congregata, sicut fuit tēpore Apostolorum, & adhuc ait, homines propter sectas, tanquam oves balantes nugari, *Item*, Se ignorare Ecclesiam, iuxta Apostolatū institutam, esse tamen Ecclesiam hinc inde etiam inter sectas dispersam, sed non se inuisem agnoscere membra in hac dispersione. *Schuenck. de vocat.*

Ait, quod se à nulla parte religionis separet, sciens, quòd in hac dispersione, in qualibet parte Deus habeat suos, tantum verò, idolatrica, & quæ falsa sunt, inquit, vitamus. *Ibid.*

Ecclesia etiam alicubi est, absque externa prædicatione & sacramentis per Spiritum S. intus baptisata, docta, &c. Non igitur addendum, quod TANTUM IBI sit Ecclesia, ubi verbum Dei purè traditur. *Schuenck. epist. 91.*

Deus non operatur hominis conversionē per impios ministros. *Schuenck. de verbo. Fides & Ecclesia, non sunt creaturæ. Schuenck. in confes. mag. II. part.*

XLVI. ERROR.

DE INFERNO.

Omnes Patres descendisse in infernum, ibiq; tanquam in carcere expectasse redemptionem

prionē & meritum passionis Christi. *Schuenck. 4. epist.*

Illyricus porro recenset peculiari libello quinquaginta Schuuëckfeldii errores, eosq; ex libris ipsius annotatos, quos visum est breuiter ascribere:

1. Filium esse hypostasim Patris. *Schuenck. de verbo Dei. fol. 32.*

2. Patrem non edidisse istam vocem. Matthæi 3. 17. Hic est Filius meus dilectus, sed ex nubibus eam sonuisse, confutat. *B. 3.*

3. Pater nihil loquitur, nisi essentiam Filii, Filius quoque loquitur suam essentiam de Euangelio fol. 31.

4. Quælibet persona diuinitatis loquitur semetipsam, & reliquas duas personas, *confutat. & valet fol. 120.*

5. Fides est essentia & natura Dei. Item, est Filii essentia. *De Euang. fol. 61. 62.* Item: Non tamen est Deus, aut persona Deitatis, *de verbo fol. 1093.*

6. Omnia spiritualia, sunt particula essentia Dei. *De Euang.*

7. Omnes Christiani sunt naturales Filii Dei, perinde ex ipsius essentia & natura nati, ut in terris naturales liberi hominum, ex essentia parentum suorum nascuntur *contra Coccium. fol. 73. & de Euang. fol. 61. 63.*

8. Negat, verbum, quod locutus est Christus, & quod Iohan. 8. 12. 13. ait, se à Patre

Q5 acce-

accepisse, esse verbum in Bibliis cōsignatum.

9. Christus non tantum iuxta humanitatem, sed etiam iuxta diuinitatem passum & mortuum. *Confes.*

10. Omnes sermones & conciones Christi, sunt essentia Dei, imò Filius Dei. *Iudiciū fol. A.*

11. Humanitas Christi post ascensionem, facta est diuinitas. *Confes. Item de verbo.*

12. Negat humanitatem Christi verā, quia docet, humanitatem sumptam esse de natura, substantia & essentia Dei. Item, humanitas Christi, inquit, nunquam fuit creatura. Item, Christus sua natura non est nobis similis licet peccatum excipiatur.

13. Mors Christi, omniaque ipsius facta, passiones & merita, quæ in hac vita egit, in essentiam Trinitatis recepta, & transmutata sunt in diuinitatem. *De verbo, fol. 130. 136.*

14. Non tantum diuinitas, sed & humanitas Christi, est ex natura & essentia Dei. *Specer notat ex libris Schuuenck.*

15. Doctrina de communicatione idiomatum, est ficta & nullius momenti. *De verbo fol. 126. 130.*

16. Humanitas Christi in patribus veteris Testamenti habitauit. *De verbo fol. 129.*

17. Christus in sua vita duplex verbum prædicauit, vt & duas habuit naturas, vnum humanum iuxta humanam naturam: Alterum diuinum, iuxta diuinam naturam. *Valete fol. 91. De verbo fol. 99. 100. 101.*

18. Nihil externum aut visibile, aliquid internum, nihil tempore aliquid æternum potest producere. *de verbo.*

19. Scriptura sacra in Bibliis, non est verbum Dei. Christus non mandauit Apostolis externam doctrinam prædicare, sed tantum suam æternam essentiam. *De script. fol. 27. 28. 29. De verbo fol. 90. 91.* Deus agit nihil nobiscum per scripturam sacram. *De verbo fol. 24.* Sacra scriptura duntaxat est vox humana, sonus, littera mortua. *De script.* Scriptura est verbum humanum. *De Euang.*

20. Scriptum Euangelium est humanum Euangelium. *De Euang. fol. 17. 33.* Scriptura est incerta, inconstans doctrina, quæ huc atque illuc flucti potest. Fides ex auditu eius non est. *De scriptis.* Fides non regulatur iuxta scripturam, sed scriptura iuxta fidem. *De script. fol. 12.*

21. Apostoli non prædicauerunt ex scriptura, sed ex magno libro creationis & creaturarum. Item: Concionatores non ex sacra scriptura, sed ex creaturis debebant parabolas & comparationes præponere. *De script. fol. 45. 46.*

22. Lex est Christus, Euangelium est Christus. *De script.*

23. Alia est Biblia in corde, in qua studendum, iuxta quam externa sacra scriptura est dirigenda. *De script. fol. 36. 37.*

24. Sacram scripturam, appellat Lutheri & aliorum prædicatorum, sonum & vocem, idque passim facit.

25. Schmuenckfeldiani nullam obseruant cœnam Domini.
26. Scriptura duplicem habet intellectum, vnam literalē, quem vocat Rabbincum, Iudæum, Lutheranum: Alterum spirituale, quem spirituales tantum tenent. *Valete.*
27. Pœnitentia & conuersio non ex Lege, sed ex Euangelio docenda. *De script. fol. 38.*
28. Lex est possibilis homini post generationem, imò facilis. *De Euang. fol. 75. 77.*
29. Lex postulat tantum figuratē & vmbrailem iustitiam. Item, Integra obedientia erga legem Dei, non est vera iustitia. *De tripl. vita cap. 13. Item, de verbo.*
30. Fides est essentia & natura Dei. *De Euang. fol. 61. 62.*
31. Sola fides non iustificat. *De Euang. fol. 66. Item, de verbo.*
32. Nostra iustitia coram Deo, est nostra interior & exterior obedientia erga legem Dei, seu nostra bona opera. *De tripl. vita. cap. 7. Et super Euang. Nisi abundauerit iustitia. Item: Dilectione iustificamur. De Euang. fol. 66. Bona opera sunt pars nostre iustitię coram Deo. fol. 65. Fide & operibus bonis intramus in vitam æternam. fol. 58. Renouatio nostri cordis est nostra coram Deo iustitia. De script. fol. 33. Et de verbo fol. 107. 124.*
33. Nihil est nostra iustitia, quod non sit verus Deus, aut essentia diuina. *De verb. fol. 109. 132.*

34. No-

34. Nostra iustitia est Pater, Filius & Spiritus Sanctus, vna cum humanitate, passione & meritis Christi, quæ omnia nunc facta sunt mera Deitas, aut in Deitatem sunt transformata. *De verbo. fol. 130. 136.*
35. Renouatio nostra est Spiritus sanctus, imò Christus ipse. *De verbo fol. 123.*
36. Nostra iustificatio complectitur totum negotium in homine conuerso, *de verbo, fol. 118. Ibidem annotat.* Ordo iustificationis hic est. 1. Regeneratio. 2. Viuificatio. 3. Inuocatio. 4. Iustificatio. 5. Diuinæ naturæ participatio *super Psal. 133.* quindecim fidei gradus ponit.
37. Sanguis Christi in statu exinanitionis non mundat, sed sanguis Christi iam glorificatus, & in diuinitatem mutatus, mundat. *De verbo.*
38. Ministerium, doctrina, & sacramenta prædicatorum, qui ipsi non sunt ex corde pii, non salutariter atque vtiliter docent, licet rectè alias doceant. *De script. fol. 22.*
39. Corpus & sanguis Christi in sacra cœna, non est præsens, sed absens in cœlis tantum. *In multis libris.*
40. Non est confociata Ecclesia hic in terris. *De discrim. verbi.*
41. Deus non loquitur corporalia & audibilia verba. *De verbo.*
42. Antichristum vocat nostras Ecclesias, præcipuè in doctrina de iustificatione.

43. Homi-

43. Homines possunt absque externa prædicatione, & sacramentis conuerti & salui fieri. *De verbo.*

44. Homines ab hominibus vocatos, ait pertinere ad hoc dictum: Currebant & non mitrebam eos.

45. Apostoli sunt ministri verbi Dei, sed Patres Augustinus, Ambrosius & cæteri, tantum sunt ministri scripturæ sanctæ.

46. Duo sunt homines: Interior, scilicet cor, anima, conscientia, seu pars rationalis. Exterior, vt corpus, sensus, id est, bruta pars. Scriptura autem & sacramenta, duntaxat æternam hominem erudiunt.

47. Omnes homines sic conuertuntur, vt Abraham, scilicet peculiaribus apparitionibus.

48. Nullum est iter ab auribus ad cor. Scriptura igitur & sacramenta non possunt ad cor penetrare, sed tantum manent in externis sensibus, aut in externo homine.

49. De peccato, libro arbitrio & prædestinatione propemodum tractat, vt Papistæ.

50. Deus nihil agit per externa media, non docet nos, nec bene aut male nobis facit per media.



ERROR

ERRORES IN POSTILLA SVB
*nomine Iohannis VVerneri edita, cuius autor
est Schuuenckfeldius ipse: annotati
per Illyricum.*

1. Doctrina externa tradita & scripta, non est verbum Dei.
2. Doctrinam scriptam aut prædicatam, esse tantum vocem, sonum, mortuam literam.
3. Absolutio pastorum est inefficax, & non necessaria.
4. Extenuat Baptismum, & cœnam DOMINI. De Baptismo ait *Dominic.* 4. *Aduent.* Externum baptismum omittendum, & interio-rem per Spiritum sanctum potius expetendum.

Vadianus tredecim errores Schuuenckfeldio ascribit, vt ex ipsius libello videre est. Sed istius fanatici errores ex ipsius verbis, quæ supra fideliter sunt adsignata, melius & certius cognoscuntur.

Sigismundus Iohannes VVerner ad stipulator Schuuenckfeldii, in suo scripto quatuor statuit propositiones, summam doctrinæ præceptoris sui continentes, quas ascribemus.

1. Christus Iesus in opere iustificationis, renouationis, & regenerationis in corde, tantum operatur per Spiritum sanctum.
2. Externum prædicatum verbum, est testimonium viuentis verbi, quod est Christus, quod per

per Spiritum sanctum in corda hominūm
prædicatur.

3. Minister in via gratiæ Dei, baptizat aqua,
Iesus Christus baptizat Spiritu sancto.

4. In cœna DOMINI minister distribuit
panem & calicem Domini ad sui recordatio-
nem: Christus cibat &orat iuxta ea, creden-
tes, suo sancto corpore & sanguine.

*Lignicenses autem Theologi eo tempore oppo-
suerunt refutationem, & in ea Antitheses, quæ
hoc loco, saltem lectoris gratiâ recensendas existi-
mamus, ut:*

Contra 1. Christus Iesus in opere iustifica-
tionis, renouationis cordis humani, NON
TANTVM per suum Spiritum sanctum,
sed per Spiritum sanctum, vnâ cum Patre &
Filio & Iesu Christo, operatur hoc opus per
ministerium ministrorum sancti Euangelii, &
sanctorum sacramentorum.

Contra 2. Prædicatum verbum Euangelii,
non solum est testimoniū viuentis verbi Dei,
quod est Christus: Sed est verè verbum Dei,
i. Theff. 2. & virtus Dei, per quod verbum ho-
mines saluat.

Contra 3. Minister in via gratiæ Dei, non
solum aqua baptizat, sed aqua & spiritu, ex ef-
ficacia institutionis & mandati Christi: Itē,
baptizate. Matth. vlc.

Contra 4. In cœna DOMINI distribuit mi-
nister non tantum panem & calicem Domi-
ni, sed Christus distribuit suum corpus cum
panē,

panē, & sanguinem cum vino per ministe-
rium suorum ministrorum.

ARGVMENTA DOGMATVM
*Schuuencfeldii, subiectis so-
lutionibus.*

DE VERBO DEI.

Verbum Dei vbiq; in sacris literis pro es-
sentiali verbo, id est, ipso Filio Dei vsurpari.

I. Iohan. 1. & Apocal. 20. Verbum Dei pro ipso
substantiali verbo Dei vsurpatur.

*Ergo in omnibus scriptura sacra locis sic accipi
oportet. Schuuensk. de script.*

Respondetur. Maior addenda & exprimen-
da est perspicuè, quia est *ὀυκ ὀρατὸν* argumenti.
Est autem hæc: Quomodo in vno loco scri-
pturæ aliquod vocabulum sumitur, ita & in
cæteris omnibus oportet accipi atq; intelligi.

Sed vnde ista fantasia, nisi ex cerebro
Schuuencfeldii? Est autem fallacia à parti-
culari ad vniuersale.

Caro significat plerunq; corruptam ho-
minis carnem vt Iohan. 3. *Quod natum est ex
carne, caro est, id est, corrupta caro est.* At quan-
do Christus de sua carne ait: *Caro mea verè est
cibus.* Iohan. 6. Num ibi quoque dicemus, cor-
ruptam carnem significare.

Quod ad loca Iohan. 1. & Apocal. 20. Verum
sanè est: Filium Dei ibi vocari verbum Dei, vt
& 1. Iohan. 3. Sed inde non sequitur, in omnib.

aliis locis sacræ scripturæ, pro ipsomet substantiali Dei Filio, aut pro ipsomet Christo accipi oportere.

Quod autem verbum, item verbum Dei, frequentissimè in sacris literis pro doctrina, sententia, præcepto Dei vsurpetur, manifestissima passim in bibliis testimonia extant, quorum aliquot, monèdi gratia adscribemus: 1. Reg. 3. *Verbum DOMINI erat preciosum in diebus illis.* Hic manifestè verbum Iehouæ, pro doctrina vsurpatur, quod nimirum Prophetæ fuerunt rari eo tempore, qui doctrinam Dei populo traderet, & ceremoniarum quæstiuola obseruatione, non multæ habebantur cõciones, aut valdè frigida atq; elumbes, audiebantur, 3. Reg. 17. *Factum est verbum DOMINI, ad Iehu filium Hanani contra Baasa, dicens: Item: Deleuit Zimri omnem domum Baasa, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat contra Baasam per manũ Iehu Prophetæ.* Hic verbum Dei, perspicuè appellatur sententia, prophetia, doctrina, quam Deus manifestauit Prophetæ, & quam is prædicabat in suo Ministerio.

Psal. 119. *Lucerna pedibus meis verbũ tuum, & lumen semitis meis.* Hic verbum Dei palam vocatur doctrina à Deo tradita, ideo toties ibi appellat *legem Dei, testimonia Dei, eloquiũ Dei, mandata Dei.* Esai. 2. *De Zion exhibit Lex, & verbum DOMINI de Ierusalem.* Indubium autem est, hic verbum Dei de doctrina accipi, quia

quia ibi & Thorah, hoc est, doctrina quæ traditur Ecclesiæ, perspicuè nominatur. Eadem sententia Micheæ 4. repetitur. Cap. 51. *Posuĩ verba mea in ore tuo, & umbra manus meæ protexite, ut plantem eos.* De Ministerio verbi, quod ore traditur, & quo colligitur Deo in his tercis Ecclesiis, hic agitur. Quare verbum Dei in hoc dicto, doctrinam significat, à Deo patefactam & traditam, quæ in Ecclesia Dei publicè sonare & extare debet. Ierem. 6. *In circumcisæ sicut aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum DOMINI factum est eis in opprobrium, & non suscipiunt illud.* Hic verbum Dei appellatur doctrina, quam Prophetæ & alii fideles doctores, publica voce proponebant: Hanc igitur doctrinam quæritur fastidiri, magno cum ipsorum detrimento atque exitio. cap. 13. *Audite verbum DOMINI inter gentes, & annunciate in Insulis, quæ procul sunt & dicitis.* Hic verbum Dei doctrina nominatur, quæ prædicatur ex Dei reuelatione.

Marc. 4. *Qui seminat, verbum seminat,* loquitur de doctrina, quæ populo prædicatur. Et disertè Luc. 8. dicitur ex ore Christi: *Semen est verbum Dei.* Luc. 11. *Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Christus hic suam doctrinam, quam pronuntiabat, & disseminabat, appellat verbum Dei. Iohan. 5. *Qui verba mea audit.* Hic verbũ Christi vocatur doctrina Christi, quæ audiebatur, eiq; vitã æternam

attribuit Iohan. 8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Hoc loco verba Dei, sunt doctrina à Deo reuelata, quæ ibi docebatur & audiebatur.

A. Ct. 4. *Loquebantur verbum Dei cum fiducia:* Manifestè autem ibi dicitur de doctrina. Nam Apostoli hoc ipsum orabant, ut cum fiducia verbum Dei loqui possent. Sic A. Ct. 6. inquit: *Non est æquum, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* De doctrinæ autem suæ propagatione, perspicuè ista proferrunt. Item: *Verbum Dei crescebat,* hoc est, doctrina Apostolorum apud plures capiebat incrementa. 2. Corinth. 2. *Non sumus sicut pluri mi, cauponantes verbum Dei, sed tanquam ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.* In hac sententia aperte suam doctrinam, quam profitebatur & docebat Paulus, nominat verbum Dei. Ait enim se loqui hoc verbum Dei, neque cauponationem eo exercere. Sic 2. Corinth. 4. ait: *Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis.* Loquitur autè de sua doctrina, quam dilucidè ac planè, absq; omni furo & fraude proponebat. Coloss. 3. *Verbum Christi habitet inter vos, in omni sapientia docentes & commoneites vosmet ipsos.* Audis de doctrina Christi, quam vult in Ecclesia ipsius sonare & exerceri, hoc loco præceptū tradi. 1. Thes. 2. *Cum accepissetis à nobis verbum auditu Dei,*

acce-

accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei, qui efficax est in vobis credentibus. Et hic verbum Dei significat doctrinam Apostolicam, quam sonabant & tradebant, per quam Deus erat efficax in hominibus, eosq; ad vitam æternam regenerabat. 2. Timoth. 2. *Verbum Dei non est alligatum.* Difertè autem ibi loquitur de suo Euangelio, quoddam etus cursus non cesseret, licet ipse sit carceri mæcipatus. 1. Pet. 4. *Si quis loquitur loquatur quasi verba Dei.* Quis autè non videt, aperte verbum Dei hic dici, doctrinam cælitus traditam, quæ prædicari & propagari debet.

Ista pauca exempla adscribenda duxi, ut simpliciores vanitatem Schuuenckfeldii magis cognoscant, ac detestentur, qui tanta ferocia atque audacia pronunciat: Vbiunque in sacris literis ista locutio: Verbum Dei: occurrit, ibi tantum pro substantiali verbo, hoc est, pro Filio Dei accipi, oportere.

II. 1. Sam. 3. *Verbum Domini erat preciosum in diebus illis. Et postea sequitur: Samuel meo dum sciuisset Dominum.*

Ergo ibi verbum Domini non doctrinam aut sententiam, sed ipsam Dei essentiã significat. Ibid.

Respondetur. Non consistit consequentia, quia ipse textus antecedens sic declarat: Et non erat visio manifesta, hoc est, Deus eo tempore non manifestabat suam sententiam & voluntatem per visiones, Prophetis alias exhiberi solitas. Non enim erat tunc certus

R 3 Prophe-

Propheta in populo. Nam Heli senio fractus & debilitatus iam negligens erat in suo officio. Et Heli clarè interrogat de sententia Dei, quam audiisset in eadivina reuelatione Samuel. *Quis*, inquit: *est sermo quem locutus est ad te? Sic faciat tibi Deus, & sic addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis, qualocutus est tibi.* Quod vero in Historia sequitur: Samuelem nec dum sciuisse **D O M I N V M**, id tantum hic intelligendum est de patefactionibus diuinis, quòd ignoràrit, quomodo se in eis gerere deberet. Nam vocante Deo, putabat se ab Heli vocari: Quare instituitur ab Heli, quomodo se ad vocem Dei loquentis gerere debeat. Alias verò in pietate vera rectè institutus fuit Samuel, atq; ob singularem erga Deum pietatem egregiè commendatur. Fanatica igitur est interpretatio quam adfert Schuuenckfeld.

III. 1. Samuel. 15. Ait Samuel ad Saul: Non venertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus, ne sis rex super Israël.

Sed Saul non proiecit sacram scripturam.

Ergo ibi verbum D O M I N I non significat doctrinam, aut sententiam Dei, sed verbum essentiale, id est, Deum ipsum, Schuuenck. ibid.

Respondetur. Est manifesta & impudens detorsio & deprauatio textus. Palà enim Propheta hoc peccatū Saulus arguit, quòd mandatum Dei, sententiam, ac voluntatem Dei,

non

non sit executus, eo quod non penitus deleuerit Amalecitas.

Et si autem reliquam scripturam non abiecerit eo tempore Saul, tamen hanc Dei iustionem ac sententiam, præpostero consilio & auaritia posthabuit. Quare suam in sacris literis vertiginem, & rabiem, Schuuenckfeldius hic & alias palam prodit ac declarat. Simili temeritate, & alia sacræ scripturæ testimonia, ad suum errorem palliandum defleuit ac deprauat, vt Psalm. 98. *Dabit verbum Evangelisantibus virtute multa*, vbi tamen manifestè agitur de Ministe:io docendi Euangelium, & non de substantiali verbo. Sic vbi verbum dicitur lætificare, viuificare, tantum de substantiali verbo intelligi oportere contendit Schuuenckfeldius, cum tamen res sit manifesta, quòd Deus per suam doctrinam, ista omnia operetur.

IIII. Verbum Dei substantiale, & verbum vocale seu prolatiuum, non sunt confundenda.

Sed Lutherani & alii ista confundunt, dum verbum Dei plerisque in locis scriptura sancta, interpretantur pro doctrina & sententia Dei, & pro essentiali Dei verbo, quod est Iesui Christi.

Ergo nefariè faciunt. Schuuenck de verbo.

Respondetur. Maior vera est. Nam omnino discrimen est inter verbum Dei essentialè, & inter verbū prolatum à Deo, seu doctrinam.

R. * & c.

& essentiam ipsius, quæ & ore hominum repetitur atque enunciatur. Ista igitur extra omnem, apud nos quidem, controuersiam versantur.

Minorem verò pernegamus, nos videlicet cõfundere verbum Dei essentiale, & verbum Dei vocale, seu doctrinam Dei, eo ipso, quia sentimus ac pfitemur, in plurimis sacræ scripturæ testimoniis, hæc phrasès: Verbum Dei, verbum DOMINI, verbum Christi, verbum Sp. S. pro sententia ac doctrinâ Dei vsurpari & accipi. Equidem scimus ac libenter fateamur ac credimus, in quibusdã sacræ scripturæ locis: Verbum Dei, pro verbo Dei substantiali, hoc est, ipso Dei Filio accipi, vt Iohan. 1. Vbi disertè dicitur: *Verbum Deus erat, & in principio erat verbum. & verbũ erat apud Deum: & omnia per ipsum facta sunt.* Item: *Verbum caro factum est.* Hic tot circumscriptiõibus & proprietatibus Iohannes testatur, hoc verbum, de quo ibi disserat, esse ipsum Dei Filium cõeternum, coessentialẽ & omnipotentem Deo Patri. Sic hoc ipsum verbum, in eadem significatione vsurpat, & quidem verbum vitæ, tum propter ipsam substantiam, tum etiam propter efficaciam, appellat ident. Apostolus. 1. Iohan. 1. Hoc nonnulli etiam referunt dictum in Apocalypsi cap. 20.

Sed in cæteris plurimis sacræ scripturæ locis, ista phrasìs: Verbum Dei, verbum DOMINI, verbum Christi, pro sententia & doctrinâ Dei

Dei, quam nimirum reuelauit, quamq; in suo nomine vult prædicari, & in qua, & per quam vult efficax esse, operari, regenerare, illuminare, docere, conuertere, sanctificare, saluare: vsurpatur & sumitur, id quod est lucidissimũ, modò non accedat caligantes oculi, & mentes vertiginosæ, vt: Esa 2. *Ex Sion exhibit Lex, & VERBUM DOMINI de Hierusalem.* Hic de propagatione doctrinæ Euangelicæ palàm loquitur Propheta. Psalmo 119. *Lucerna pedibus meis VERBUM TVVM.* Hic manifestè dicitur de lege, & præceptis Dei, hoc est, de doctrina tradita diuinitus, id quod multis sententiis in eo Psalmo declaratur & inculcatur. Psalmo 147. *Qui annunciat VERBUM SVVM Iacob, instituit & iudicia sua Israël.* Hic Propheta declarat perspicuè, quid vocet verbum Dei, nempe præcepta & doctrinam Dei.

Iohan. 8. Christus inquit: *SI VERITATEM dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, VERBUM Dei audit.* Hoc loco Christus verba Dei vocat ipsam veritatem, seu veram doctrinam, quam ipsis denunciat.

Lucæ 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Item, Lucæ 8. *Mater mea & fratres mei hi sunt, qui VERBUM Dei audiunt, & faciunt.* In his dictis Christus clarè loquitur de verbo suo prædicato, quod audiri & custodiri vult, Act. 6. *Non est æquum, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.*

Hic aperte dicitur de doctrina Evangelica, quam Apostoli prædicabant. I. Cor., Actor. 17. *Vobis oportebat primum loqui VERBUM Dei sed quoniam repellitis, illud, & indignos vos vultu aterni iudicatis, ecce convertimur ad gentem.*

Hic palam de doctrina, quam prædicabant Apostoli, agitur. In eodem capite & verbum salutis appellatur, ab eiff. Quia nimirum, quem adfert. 2. Corinth. 2. *Non sumus sicut plurimi, componentes VERBUM Dei sed tanquam ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo, in Christo L. O. Q. V. I. M. V. R.* Hic etiam expresse dicitur, de doctrina, quam Apostoli loquebantur, quæ erat reuera verbum D i, quod scilicet Deus ipse reuelarat, & per quod Deus erat efficax.

Item, 2. Corinth. 4. *Non ambulantes in astita, neque adulterantes VERBUM Dei, sed in manifestatione VERITATIS commendantes nosmet ipsos.* Hic quoque de prædicato Dei verbo, seu doctrina non obscure differitur. In Heremia dicitur de doctrina Pseudo-prophetarum: *Pernertistis VERBA DEI viventis, DOMINI, exercituum Dei nostri,* cap. 23. 1. Thef. 2. *Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei, qui effusax est in vobis credentibus.* Hic verbum Dei clarè appellatur doctrina Evangelica, ab Apostolis tradita.

1. Petr. 4. *Si quis loquitur, loquatur quasi*
S E R-

SERMONES Dei, & hic de vocali aut prolatio verbo, hoc est, de doctrina diuinitus tradita præcipitur. Plurima autem ab dicta familia, in veteri ac nouo Testamento occurrunt, in quibus absque omni dubitatione verbum Dei, pro doctrina & sententia diuina accipitur, & accipi debet, & non de ipsomet essentiali verbo, quod est Filius Dei.

V. *Patres accurate distinxerunt inter verbum substantiale & vocale.*

Ergo scriptura sacra & prædicatum verbum, non est verbum Dei, Schuuenck. de verbo.

Respondetur. Consequentia tenet, scilicet à baculo ad angulum, estque fallacia secundum non causam, vt causam. Non igitur habet consequens, in antecedente, vllam suirationem.

Quare quid prodest ascribere ingentem testimoniorum numerum ex patribus, quæ tamen de Schuuenckfeldii errore nihil dicunt. Simul igitur hic incidit fallacia plurium propositionum.

VI. *Lutherus & Pomeranus initio distinxerunt inter verbum Dei substantiale, ac proclatè de eo locuti sunt & inter verbum vocale.*

Ergo postea defecerunt, venditantes & proclamantes suum verbum vocale, pro ipso substantiali verbo Dei. Schuuenck. de verbo.

Respondetur. Vide quid faciat calumnias Equidem quod in antecedente asseuerator, de doctrina

doctrina istorum præstantiū Ecclesiæ Christi doctorum, rectè prædicatur, nec aliam in suis lectionibus, concionib. & scriptis sententiā proposuerunt. Verùm ea in parte, non suffragati sunt deliriis & blasphemii Schuuenckfeldii, quod videlicet nullum aliud sit verbum Dei, quam substantiale, quod est ipse Filius Dei, item, quod sacra scriptura, aut verbum prædicatum, non sit verbum Dei, hoc est, sententia & doctrina Dei, per quam Deus est efficax. In consequenti autem attextitur manifestum & putidum mendacium, quòd nimirum vocale verbum, pro substantiali verbo proclamant. Id vero non potest ex ipsorum scriptis liquidò demonstrari. Mendax igitur spiritus, hinc in isto impostore deprehenditur, & hoc pacto spuma istius blateratoris perit.

DE SACRA SCRIPTURA.

SACRAM SCRIPTURAM NON esse, aut dici verbum Dei, aut Christi, sed Christum esse illud ipsum verbum.

1. *Is in quem credendum est, ipsemet Christus est.*

Scriptura nuppiam dicit, quod in semetipsam sit credendum, sed in Christum.

Ergo, scriptura non est verbum Christi, sed Christus est ipsummet verbum. Schuuenck, in insitnt. de verbo.

Respon-

Respondetur. Sunt scopæ dissolutæ, quia nulla est membrorum coherentia, ut quidem solent esse funes, Hæreticorum ex arena contexti. Si maior intelligitur exclusiue, hoc est, quod tantum in Christum sit credendum, falsa est. Nam sacra scriptura & symbolum Apostolicum docent, nos credere in Deum Patrem, credere in Iesum Christum, & credere in Spiritum sanctum. Credimus porro Patrem misisse Filium in mundum. Credimus Iesum Christum Deum & hominem, pro nostris peccatis satisfecisse, & nos reconcillasse Patri æterno. Credimus Spiritum sanctum nos docere, sanctificare, viuificare. Quod ad minorem. Verum est, non sic loquitur Ecclesia Dei: Nos credere in sacram scripturam, sed: Nos credere sacre scripturæ, ac tribuere ei veritatem & efficaciam per Sp. S. *Est enim potentia Dei ad salutem, omni credenti.* Rom. i. Sic non credimus in Ecclesiam Dei sed credimus Ecclesiam Dei esse in mundo, ubi verbum Dei incorruptum extat & sonat, & credimus in ea Dei officina, Patrem, Filium, & Spiritum S. hoc est, verum & vnicum Deum, per verbum & sacramenta esse efficacem. *Oves meæ vocem meam audiunt,* inquit Christus. Iohan. 10.

Conclusio præterea ad præmissas prorsus non quadrat, est falsissima asseneratio: Scripturam non esse verbum Christi. Sed vox Christi, quam immediatè protulit, cum in his terris visibiliter degeret, extat in scriptura sa-

cra

cra Euangelistarum. Ergo sacra scriptura est verbum Christi. Item, Quicquid Deus elocquitur, id est verbum Dei. Sed Deus ipsemet ea quæ in Mose & Prophetis continentur, ac scripta sunt, elocutus est. Ergo scripta Prophetarum, vt & Apostolorum, sunt verbum Dei. Sic doctrinam Christi appellat Baptistia verbum Dei. Iohan. 3. *Quem misit Deus, verba Dei loquitur.*

Sed hoc ipsum quod Christus locutus est, in scripturam est relatum. Ergo scriptura est verbum Dei. Item, eadem relatione est verbum Christi, quia Christus hoc ipsum Dei verbum enunciauit, quod & in literas est relatum, & adhuc hodie à nobis legitur & prædicatur. Sed ista alias copiosius explicantur.

Sic & altera propositio: Christum esse ipsummet verbum, falsa est, si de voce & doctrina Christi intelligitur, quæ quidem Christi vox dicitur.

Sin vero præstigiator ludit in voce verbû, meritò repudiandus est. Sanè discrimen est inter verbum Dei substantiale, quod est solus Christus, de quo Iohan. 1. dicitur: *In principio erat verbum.* Item, *Verbum erat Deus.* Item, *Verbum caro factum est.* Et inter verbû vocale, enunciatiuum, prolatiuum, sermonem seu doctrinam Dei, quæ non est ipsemet Deus, certè Christus ipsemet inter se, quòd ad substantiam & vocem suam, quam pronunciat, discernit, quando inquit: *Oves mea vocem*

meam

meam audiunt. Item, *me sequuntur.* Nusquam verò dicit: substantiam meam loquor, aut substantiam meam homines audiunt, sed vocem ex mea substantia prodeuntem. Cogita & hoc: Si vox Christi, Item, verba Christi, sunt ipsæmet Christi substantia: Ergo tot erunt substantiæ Christi, quot voces, quot verba. Verùm eiusmodi tetras absurditates, meritò abhorret Ecclesia Christi pia & sincera: Vnica enim duntaxat *vocis*, est Christus, non plures. Hoc autem ritè ex argumentatione superiori sequeretur: Ergo scriptura sacra non est ipsemet Christus, id quòd verum est. Nam inter personam Christi, & actiones & doctrinam Christi, certo modo distinguendum est, nempe tanquam inter causam & effectus eius.

II. *Quicquid sine scriptura docetur, id est falsum.*

Sed nusquam in sacris literis dicitur: Scripturam esse verbum Dei.

Ergo, scriptura non est propriè verbum Dei, sed Filius Dei propriè & vnice est verbum Dei. Schauerck, de verbo.

Respondetur ad Malorem cum distinctiõne: Quicquid sine scriptura docetur, id est falsum: scilicet, quod vel expressis verbis non extat in sacris literis, vel non extruitur ex iis per firmam cõsequentiam, vel non est analogia fidei. Nam docendi gratia, non possunt singula verba scripturæ semper exprimi, verù

ibi

ibi ista regula locum habet: *Prophetia seu doctrina sit analogia fidei.* Rom. 12.

Iam quod ad Minorem, non extant quidem illæ syllabæ aut voces, nempe: Scriptura est verbum Dei in sacris literis, at tamen res ipsæ in iis extant, & æquipollentes orationes. Nam: Deus ipse hoc verbum, seu hæc doctrinam immediatè initio reuelauit, in veteri & nouo Testamento, quæ quidem doctrinæ, seu quod verbum in scripturas est relatum, in quibus ea ipsa, quæ Deus protulit, commemorantur. Iure itaque hæc consignata Dei verba, ab autore & patefactore Deo, verba Dei nominantur ac celebrantur. Esa. 1. dicitur. *Audite verbum DOMINI principes Sodomorum.* Ier. 10. *Audite verbum quod locutus est DOMINVS.* Et quid est frequentius in Prophetis, quam quod dicunt atque iterant: *Hæc dicit DOMINVS,* &c. *Ait DOMINVS.* Verum ista non sunt tantum ore prolata, sed etiam scripta atque consignata, & adhuc hodie leguntur atque audiuntur, nec desierunt vnquam verba ipsius Dei. Quare hæc scripta Dei verba, reuera sunt verba Dei.

Decalogum ipso Dei digito bis esse scriptum, Moysi quæ traditum, certum atque indubitatum est ex sacra pagina. Sed Moyses inquit: *Locutus est DOMINVS cunctos sermones hos,* hoc est, ista omnia sunt ipsius Dei verba. Ergo scriptura Decalogi, est verbum seu sententia, & doctrina Dei, & rectè sic habetur & nomi-

nominatur. Et iubetur populus ista verba Dei in simbriis etiam suorum vestimentorū scribere. Denique vocatur ipse Decalogus scriptus: decem verba, nimirum ipsius Dei. Io. han. 5. Christus inquit: *Scrutamini scripturas,* ac præcedit: *Verbū eius nō habetis in vobis manēt.*

Quando igitur ait, scripturas de se testimonium perhibere, significat, scripturas esse verbum seu doctrinam Dei reuelatam, testificantem de Christo saluatore mundi. 2. Timoth. 3. dicitur: *Tota scriptura a diuinitus inspirata, utilis est ad docendum.* At Deus suam doctrinam, quæ merito appellatur, & est verbum Dei, inspirauit. Sic Petrus ait, *Propheciam allatam esse à Spiritu sancto per sanctos Dei homines* 2. cap. 1. Sed illi non tantum à Deo sibi reuelata, & commendata ore tenus protulerunt, sed etiam literis annotarunt, posteritati quæ tradiderunt. Ergo scriptura sacra Prophetarum & Apostolorum, est ipsum Dei verbum 1. Thess. 2. Paulus inquit: *cum accipiscetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verè VERBUM Dei,* qui efficax est in vobis credentibus. Sed ista non tantum elocutus est Apostolus, verum etiam scripsit. Ergo ista scriptura Apostoli est verbum Dei. Distinguit enim ab humano verbo. Sic ibidem ait, se prædicare Euangelium Dei. At hanc ipsam prædicationem ibi scripturæ commendauit; Ergo scriptura Pauli hac de re, est ipsissimum

Dei Euangelium. Nam vt alias testatur, non alia docet, quam quæ scribit.

III. *Idola constituere est impium.*

At prædicatum verbum, pro verbo Dei habere ac proclamare, est idolon constituere.

Ergo hoc est impium. Schuuenck. de verbo Dei.

Respondetur. Minor est calūniosum mendacium. Nam in sacris literis, id quod ostendimus perspicuis testimoniis, ipsum vocale & prolatum verbum, Dei verbum appellatur. Minore itaque non subsistente, ruit illatio.

IIII. *Iohannis 6. Verba, qua loquor vobis, sunt spiritus & vita.*

Ergo Christus non est scriptura prædicator, sed verbum quod prædicat, est ipsemet Christus Schuuenck. de verbo.

Respondetur. Antecedens loquitur de efficiente spiritu, & de effectu verbi à Christo prædicati; Consequens autem negat, Christum esse prædicatorem scripturæ (Er sey kein Schriffprediger) Quomodo ista congruunt? An non stolidum est sic inferre, quod in antecedente non cōtinetur? Deinde & hoc falsum est, Christum non prædicasse scripturam. Sæpius enim citat Mosen, David, Elaiã, & clarè inquit; *Habent Mosen & Prophetas.* Item in itinere versus Emans, à Mose & Prophetis, incipit suis comitibus scripturam aperire & declarare. Ea igitur concio, tota fuit ex scriptura, Luc. 24. Imò lubet ipse scripturas ser-

tari.

tari, quæ de se testimonium præbeant. Iohann. 7. Ac sæpe alias citat Prophetarū testimonia.

Altera porro consequentis pars; quod cōtiones Christi fuerint ipsemet Christus; merum est portentum portentosi capitis; Nam si doctrina Christi est ipsemet Christus, tum & doctrina ipsius p nobis est crucifixa. Fundamentum autem, quod profert spermologus, hoc non probat, nempe, Iohann. 8. *Sum hoc ipsum, quod loquor vobis.* Testatur enim Christus, se esse ipsissimum Messiam, id quod se palàm docere ac profiteri.

SACRAM SCRIPTURAM NON esse viuificum Dei verbum pascens animas.

I. *Si iuxta scripturam sacram dirigenda esset vita, tum non viuendum esset iuxta spiritum, sed iuxta legem.*

Sed iuxta spiritum viuendum est, & non iuxta legem.

Ergo scripturæ sacra non est viuifica, aut verbum pascens animas. Schuuenck. de institut. d. verbo.

Respond. Fulcra istius ædificii sunt fungitridi. Nam Maior falsa est. Ratio est, Quia nullam habet connexionem aut neruum coherentie. Imo & iuxta scripturam dirigenda est vita hominis ac fides, & simul etiam iuxta spiritum: Nam spiritus Dei est gubernator & administrator & doctor sacre scripturæ;

S 2

& per

& per eam est efficax. Sic Christus ipse inquit: *Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, de iustitia, de iudicio.* Iohan. 16. Item, *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Dei qui in vobis est.* Matth. 10. Item, *Spiritus sanctus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumq; dixi vobis.* Iohan. 14. Quæ autem Christus dixit, scripta sunt. Ergo scripturam sacram suggerit Spiritus sanctus, & per eam operatur. Non enim Spiritus sanctus aliam doctrinam profert, quam eam ipsam, quam ipsemet Christus effatus est.

Deinde & Minor fanatica est. Nam & iuxta spiritum, & iuxta legem viuendum est: Nam lex Dei, si accipiatur de Decalogo, est immota norma eius obedientiæ, quam Deus ab hominibus exigit, & constat, Christum Matth. 5. & alias, nos, quando de obedientia erga Deum, & totius vitæ humanæ officii loquitur, recte deducere ad Decalogum, ac traditiones humanas profusè repudiare atque reiicere. Matth. 23. Sin verò Lex Dei, idem valet isti fanatico, quod verbum seu doctrina cœlitus facta, ut quidem vox Thorah interdum vsurpatur generaliter, magis insaniam & enthusiasmum prodit. Nam ad legem & testimonium, inquit, Esaias cap. 8. Et David: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Psal. 119. Potrò iuxta spiritum viuere, non est fanatico more intelligendum, hoc est, sine verbo Dei ferri, prout impetus rapit aut impellit: Nam Sp. S. iuxta

iuxta Dei verbum, & per Dei verbum ducit, ac regit homines, nec est antor noui dogmatis, quod Christus non docuisset, aut factorum aut molitionum, cum verbo Dei pugnantium, ut ipse Christus diserè monet, Iohan. 14. Hoc enim proprium est malo spiritui, qui portentosis dogmatibus, conatibus, factis sese prodit, hominesque in hæreses atque exitia pertrahit. Est autem familiare falsis Prophetis, ut magnificè iactitent spiritum, & quidem sine verbo Dei res nouas molientem. Phrasis itaque secundum spiritum viuere, significat spiritum sancto ductore, iuxta scripturam sacram, vitam suam instituere & agere, nec à verbo Dei vel latum, quod dici solet, vnguem discedere, & omnia de liramenta, sine verbo Dei, aut contra illud prolata, vna cum Pseudoprophetis fugere ac detestari. Impia itaque & blasphema est Minor, quod tantum iuxta spiritum viuendum sit, & non iuxta Legem. Insuper etiam conclusio ex præmissis non rectè inferitur, sed hoc sequetur, quod pariter esset fanaticum & impium; Ergo non iuxta sacram scripturam dirigenda est vita: Quid igitur iste Fanaticus aliud quærit, quam ut sacra scriptura profligata, quisq; iuxta suos raptus & afflatus vitam agat, hoc est, in nomine omnium Diabolorum, ad quælibet peccata per præcepta ruat? Quid enim aliud ille spiritus absque verbo Dei ageret?

II. Ad hoc oportet vitam dirigere, quod vivificat.

Sed spiritus est qui viuificat, inquit Christus, caro nihil prodest, Iohan. 6.

Ergo ad sacram scripturam non est dirigenda vita. Schuuenck in inst. de verbo.

Respondetur. Plus est in conclusione quàm in præmissis. Nam sacre scripturæ in præmissis nulla prorsus mentio fit. Quod si autem Minori per Antithesin agglutinare uolueris hoc pacto: Spiritus est qui viuificat. Sacra scriptura autem non viuificat: patet ex superioribus, istam agglutinationem esse fallam & nefariam: Nam sacra scriptura seu uerbum Dei est medium, quo Deus ipse homines regenerat & saluat. Videntur autem illi Fanatici sacram scripturam ad uocem carnis, quam Christus opponit spiritui, uelle accommodare, quòd scilicet perinde ut caro, sicutiam sacra scriptura non viuificet, sed eiusmodi deliramenta omnes sani meritò ridet atque derisuntur. Nihil igitur hoc dictum Christi scripturæ sacre derogat: Nam spiritus sanctus per hoc scriptum Dei uerbum, in Ecclesia Christi est efficax, & uerè hominum corda viuificat & sanctificat. Christus deducit nos ipsemet ad scripturam, cum nos iubet eam scrutari. Iohan. 5. Et in historia Iurconis opulenti prohibet Christus, ne homines uiuentes, ex mortuis conuersionem ad Deum, & pietatem uniuersam addiscant, sed ex Mose & Prophetis, hoc est, ex scriptura sacra.

III. Si uita esset dirigenda iuxta scripturam,

NON

non esset credendum in Christum, sed in scripturam, Christus non esset caput, in nobis regnans, sed scriptura, Christus non foret Lux sed scriptura.

Sed in Christum est credendum, is caput nostrum, & Lux nostra.

Ergo iuxta scripturam non est dirigenda uita nostra, scriptura non regit nos, non est lux nostra, non pascit animas, non viuificat. Schuuenck in inst. de verbo.

Respondetur. Maior falsa est, quia habet nullam firmam connexionem, Nam scriptura est norma uitæ, & est medium, quo homines illuminantur & viuificantur, & tamen Christus est Rex noster, pastor noster, viuificator noster, lux nostra. Nascitur autem præstigiatori fallacia ex confusione causarum, quod non distinguit ista iuxta scripturæ sanctæ declarationem. Nam certa res est, Christum esse efficientem causam nostræ salutis, uitæ, lucis, iustitiæ, ita quidem, ut ista summa & saluberrima dona ipse solus nobis pepererit.

Deinde uerò ipse quoque cum Patre & Spiritu sancto ista bona nobis impertit, distribuit, applicat. Sed hoc non satis est scire. Oportet enim nos etiam certò cognitum habere, quoniam modo id fiat? An Deus immediatè, an uerò medio quodam, ab ipso ordinato, nobis hanc lucem & uitam impertiat. Sole autem meridiano clarius est, uoce ipsius Dei, ordinata esse

certa media, per quæ Deus velit in hominibus operari, ac dare lucem, fidem, vitam, iustitiam, salutem, nempe per verbum suum & lectum & prædicatum verbum, scilicet in Prophetica & Apostolica scriptura comprehensum & traditum. Sic David inquit Psal. 19. *Lex DOMINI immaculata, recreans animas. Testimonium DOMINI fidele, sapientiam præstans paruulis. Mandata Domini recta, latificantia cor. Præceptum DOMINI lucidum, illuminans oculos.* Constat autem, Legem DOMINI, Testimonium DOMINI, Mandata DOMINI, verbum Dei scriptum hic appellari: Tribuit igitur David, Prophetæ Dei insignis, isti scripturæ sanctæ manifestissimis verbis recreationem animarum, sapientiæ largitionem, lætificationem cordis, lucem oculorum. Psalm. 119. inquit: *Lucerna pedibus verbum tuum.* Quid autem clarius dici potest, quam scriptum Dei verbum seu scripturam sacram, esse reatricem totius vitæ humanæ? Arguit igitur iste temerarius Schuenckfeld. Davidem imò Spiritum sanctum ipsum mendacium in hisce egregiis & luculentis dictis, quia ille palam asseuerat: Non esse vitam iuxta sacram scripturam dirigendam: Sacram scripturam non esse lucem nostram. Sed vociferatur: Christus est caput nostrum, est rector noster, est lux nostra.

Responderetur. Vides ne istius Fanatici siue cæcitate, siue imposturâ malitiosam? Nam solam

solam scripturam intuetur sine Deo, sine Christo, sine Spiritu sancto. Ista autem profana separatio & disunctio sacræ scripturæ & Dei, non est isti impostori hac in parte concedenda. Est enim ipse Dei verbum, hoc est, quod Deus non semel tantum reuelauit, sed cui ad hæc est, & per quod operatur ista omnia, de quibus hoc verbum docet ac testatur. Loquimur autem de verbo lecto, prædicato, audito. Audiigitur ipsum Christum, de verbo prædicato, quod & scriptum est, affirmantem: *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Matth. 10. Attendè quid hic verbo, ab Apostolis & aliis sinceris doctoribus prædicato, attribuat ipse Christus ore disertio? Ait enim hoc verbum prædicatum, non esse solum, sed simul adesse spiritum Patris cælestis. Verum quidem est, nudæ literæ, solæque, sonus vocis humani solus, nihil efficeret, sed quia scriptura sacram est verbum ipsius Dei, & Deus ipse ei adest, in eo efficax est, vim suam ei impertit. Proinde non solum improbitas, sed impietas quoque scelerata & summa est, sacram scripturam, seu verbum Dei, ac Deum diuellere, ita vt verbum Dei sine Deo, & Deus sine verbo existat. Sic Iohann. 5. inquit Christus: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in IPSIS vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Non reprehendit autem Christus hanc persuasionem Ecclesiæ Dei, quod per scriptu-

ram sacram vitam æternam consequatur homines, sed confirmat potius, & explicat, unde hoc fit, quod per sacram scripturam vita æterna contingat, nempe quia de Christo testimonium dicit, qui vitam æternam sua redemptione à peccato, morte, Diabolo, inferno, hominibus peperit. Testatur itaque Christus, sacram scripturam sine seipso considerandam non esse, sed se, & nomine & operatione seu efficacia sua, adesse scripturæ sacræ, lectæ & prædicatæ.

Nec habet hic quicquam ponderis illud cauillum, quod ait Christum adiecisse: *Et illa de me testimonium præbent*: Nam his verbis non excludit, quæ prius sunt dicta, videlicet, quod per scripturam sacram contingat vita æterna, quia ista per copulam: *Et*: connectuntur. Vtrunq; igitur in sacris literis habemus, & vitam æternam, & testimonium de Christo, Imò eam ipsam ob causam, per scripturam sacram datur vita æterna, quia de Christo & beneficiis ipsius docet, eaque nobis applicat, tanquam medio à Deo ordinato.

Excellentissimus Apostolus Paulus Rom. 1. intrepidè pronunciat: *Euangelium Christi est potentia Dei, in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco*. Quid autem præclarius dici posset? Nam hoc ipsum Euangelium, quod Apostolus profitebatur, & reliqui fideles *evangelii* omnibus ætatibus docent, disertè appellatur: *Euangelium Christi*, hoc est, verbum

bū Christi: Quid ad ista gannis Schuuenckfeldis?

Deinde hoc scriptum & prædicatum Euangelium Christi, seu verbum Christi, est potentia Dei ad salutem. Audis ne improbe conuulsor verbi Dei & Dei, hic coniuge Euangelium & potentiam Dei. Item, Euangelium salutem afferre, applicare, impertiri, non quidem sola vi literarum, sed virtute Dei, quæ per hoc verbum operatur & efficax est.

Nam sic Deo creatori & redemptori nostro visum est, per prædicationem, quæ stulta videtur, delictis hominib. (vt & isti Schuuenckfeldio) saluos facere credentes. 1. Cor. 1. Audis hic iterum, duo ista connecti, Deum scilicet & verbum. Deus causa efficiens est, verbum Dei siue lectum, siue prædicatum, est medium, per quod Deus operatur. Roman. 15. expressis verbis asseuerat idem: *Quæcunq; scripta sunt, ad nostram DOCTRINAM scripta sunt, vt per PATIENTIAM & CONSOLATIONEM SCRIPTURARVM SPEM habeamus*. Illustrata sunt ista, Organi istius electi, & præstantissimi, verba.

Loquitur enim disertè de Scriptura sacra. Audis ne hoc Schuuenckfeldia ista? Deinde ei attribuit DOCTRINAM, hoc est, quod nos doceat de Deo & ipsius voluntate. Ergo iuxta scripturam sacrâ, quæ est Norma à Deo præ-

præscripta & exhibita, vita nostra omnibus modis est dirigenda. Audis porro, per scripturam sacram nos habere & consequi illa summa bona, patientiam videlicet, consolationē, quæ sanè est cordis nostri viuificatio, & spem indubitam vitam æternam, quæ certò est Lux cordis clarissima. Iam verò Schuuenckfeldi in faciem S. Paulo obsistas atque exspuas, perfricta fronte clamitando: *Non est scriptura sacra Norma vita: Non est Rectorix nostra, non est Lux nostra.*

Nam præstigiarum tuarum, nihil habent ponderis, aut valoris, quòd obicis atque subinde ingeminas: Imò Christus est Rector noster, est Lux nostra, Nam id nemo in Ecclesia Dei in dubium vocat, aut inficiatur, sed concedunt hoc, & profitentur vtrò omnes pii. Verum tali pacto, quòd Christus per scripturam sacram, ista largiatur atque operetur. Sic enim ipsemet ordinauit: *Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti. Quicumque crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Regeneratio itaque tota & salus tota, fit per verbum Dei, quod sacris literis continetur, ac legi, considerari, prædicari debet, ita videlicet, quòd Deus ipse, in hoc suo verbo, & per verbum sit efficax. Non frustra Christus inquit; *Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Est autem nobiscum in verbo & sacramentis, per quæ operatur, ac dispen-

dispensat sua ingentia munera, parta per suum sanguinem, tuetur & conseruat Ecclesiam; ac Diabolo & tyrannis frena iniicit, ne tantum possint grassari, quantum vellent.

Porro non dubium est, quin Diabolus per ista insana sua organa hoc moliat, ut scriptura sancta tanquam mortua & inefficax litera habeatur, & parui fiat, quo obtento (& quidem apud filios huius seculi hoc per facile factu est.) tum vicerit Diabolus, qui omnis generis portenta in eiusmodi homines inhalat, & ad plurima tetra facinora impellit, id quod in Enthusiasms ac horribilibus factis Anabaptistarum, imò in deliramentis quoque Schuuenckfeldistarum satis superque videre est.

III. *Quicquid occidit, non potest nos viuificare, pascere animas, nec ad eius Normam vitam hominis dirigenda est.*

Sacra scriptura occidit, iuxta dictum Pauli. 2. Corinth. 3. Litera occidit, Spiritus autem viuificat.

Ergo sacra scriptura non viuificat nos, non pascit animas, non potest esse Norma, iuxta quam vita dirigenda sit. Schuuenck in instr. de verbo.

Responderetur. Maior est perplexa, ac si ad Legem referas, falsa est. Nam Lex Dei siue Decalogus, vtrunque præstat; Occidit enim sua sententia seu maledictione omnes peccatores, qui iterum mox eriguntur voce Evangelii viuifica & iucunda. Et viuificat etiam Lex perfe-

perfectè legem Dei seruantes, iuxta dictum
Quasi fecerit homo uiuet in eis, Item, Paulus
 etiam testatur: Legem datam esse ad vitam.
 Imò docet quoq; Lex, qualem obedientiam
 Deus ab hominibus requirat, eaque ratione
 prodest non renatis ad disciplinæ exercitium,
 & humanam seu politicam iustitiam, ac reuera
 est Norma vitæ, & renatis prodest, ad nouam
 obedientiam præstandam, ita uidelicet,
 quod Lex est perpetua norma, iuxta quam re-
 nati, prompta uoluntate, iam per Spiritum
 sanctum obedientiam inchoent. Eiusmodi
 igitur perplexitates, quæ sunt in Maiori, non
 possunt esse certa & immota fundamenta do-
 ctrinæ Ecclesiæ Dei.

Minor quoque falsa est, sic generaliter pro-
 lata, nempe: *Sacra scriptura occidit*: Nam sa-
 cra scriptura habet plures locos, seu plura ca-
 pita doctrinæ, quam Legem. Lex quidem
 sua execratione occidit peccatores, sed Euan-
 gelium non occidit, imò potius vitam & læ-
 titiam per & propter Christum denunciat &
 impertit. Sic doctrina de iustificatione coram
 Deo, non occidit, sed à peccatis obfoluit,
 Doctrina de inuocatione Dei, non occidit, &
 sic de similibus. Pro dicto autem Pauli, ine-
 ptè citatur ista sententia ad probationem
 Minoris, nempe, *sacra scriptura occidit*.
 Paulus enim nusquam sic loquitur. Nec inter
 se æquipollent, *sacra scriptura occidit* ut
 Schuuenckfeldius sentit aut delirat potius: Et
 Litera

Litera occidit: ut Paulus scribit, & rectè do-
 cet. Nam 2. *Corinth.* 3. Paulus perspicuè inter
 se opponit Legem & Euangelium, & qui-
 dem ab utriusque patefactionibus, & c. ff. titi-
 bus, cuilibet nomen suum, sua quadam pecu-
 liari phrasi imponit. Legem autem appellat
 literam, ut ipsemet eodem loco mox declarat,
 quia in lapides incisa fuerit ac scripta digito
 Dei.

Nam sic Deo uisum fuit, bis describere
 Decalogum in tabulas lapideas, & asseruari
 eas in arca fœderis: Hanc igitur scriptam le-
 gem, uocat Paulus Ministerium mortis, &
 Ministerium damnationis, quia peccatoribus
 mortem ac damnationem denunciat. Spiritum
 uerò nominat Euangelium de Christo,
 quia & dato uisibiliter Spiritu sancto,
 doctrina Euangelii de Christo confirmata
 est, & per eam etiam alias datur Spiritus san-
 ctus in corda credentium, ut reuera sint tem-
 pla Spiritus sancti, & Spiritus sanctus in ipsis
 habitet, ut alias loquitur Apostolus. Id uerò
 luculenter probatur in Actis Apostolicis. In-
 scitiam igitur & futilitatem suam Schuuenck-
 feldius manifestat, quòd tam ineptè scri-
 pturam ad sua falsa dogmata detorquet, id
 quod tamen omnibus impostoribus est com-
 mune & familiare. Ruit igitur dissoluti æ-
 dificii structura. Ut omnes sani nunc ui-
 dent.

III. *Litera non est pro spiritu accipienda.*

Sed scriptura sacra & predicatum verbum, est litera, res externa.

Ergo, scriptura sacra & predicatum verbum, non est potentia Dei ad salutem. Schuuenck, Cate. de verbo.

Respondetur. Sunt quatuor termini. Nam Litera in Maiori significat Legem, quam 1. Corinth. 3. Paulus sic vocat, quia digito Dei, characteribus literarum fuit inscripta in duas tabulas, eique Legi à Deo scriptæ, tribuit ministerium mortis aduersus peccatores, quales quidè omnes homines nunc sunt effecti post lapsum. Euangelium autem ibi vocat spiritum Apostolus, quia & visibili Spiritus sancti effusione est confirmatum, & per eius predicatum verbum, datur Spiritus sanctus in corda, renouationem inchoans, vt ex historiis in Actis Apostolorum apparet.

In Minori vero, Litera accipitur tantum pro characteribus Bibliæ, item pro sono orali, quo scripta illa verba Bibliorum profertur.

Conclusio itaq; plura infert, quàm in præmissis sunt posita. Præterea verbum predicatum, vt & scriptura, est verbum & scriptura Dei, per quam Deus vult esse efficax. Sic Esai. 55. dicitur. *Verbum MEVM non reuertetur ad me vacuum.* Et Christus inquit: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Matth. 10. Item: *Qui vos audit, me audit,* Luc. 10. Paulus inquit: *Euangelium est po-*

est potentia Dei ad salutem omni credenti. Rom. 1. *Quæcumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Roman. 15. Item, *Verbum crucis nobis, qui salutem consequimur, Dei virtus est.* 1. Corin. 1. Item, *Placuit Deo per stultam predicationem, saluos facere credentes.* Ibid. Item, *In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestra, in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto.* Ephes. 1. Item, *Mihi omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in gentibus Euangelizare imperuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, qua sit communio Mysterii absconditi à seculis in Deo,* Ephes. 3. Item, *Verbum vite retinentes, vt gloriemur in die Christi, quod non in vacuum cucurri, neq; in vacuum laboraui,* Philip. 2. Loquitur autem Apostolus de prædicato verbo, quod affirmat esse verbum vite, vt etiam est. Hæc ascripta testimonia per se sunt luculenta & præclara, quæ sæpius hoc loco iteranda, & præstigijs Schuuenckfeldii opponenda sunt.

V. Quicquid deducit ad aliud, nõ est id ipsum, ad quod deducit.

Sacra scriptura deducit ad charitatem, Caritas autem est Spiritus.

Ergo, sacra scriptura non viuificat, non pascit animas, sed Spiritum. Et non iuxta sacram scripturam est dirigenda vita hominis, sed iuxta SPIRITUM. Schuuenck, in insti. de verbo.

T Respon-

Respondetur. Depromit hoc fundamentum Schmaueckfeldius ex eodem fonte, quo superius, nempe ex Pauli dicto: *Litera occidit, spiritus autem vivificat*: Non autem coheret argumentatio, quia plus est in conclusione, quam in præmissis. Nam sic tantum erat inferendum: Ergo sacra scriptura non est ipsemet spiritus: sed respondebimus elucidationis gratia pauca ad argumentationem.

Maiorem in præsentia, non ventilabimus, sed permittemus eam non nihil currere suam viam, donec alia occasione eam excutiamus.

Minor verò perplexa est. Si enim exclusiva esset, falsa esset. Nam sacra scriptura non solum ad charitatem, sed ad Deum quoque, & omnia capita doctrinæ cœlestis nos deducit, cuius quidem præcipua sunt, Lex & Evangelium. Porro charitas, si hominibus tribuitur, opera quidem Legis tantum complectitur, quæ tamen regit, & quibus præluceat fides in Christum.

Falsum autem est: Sacram scripturam tantum ad eam charitatem legaleam nos deducere. Nam ad plura alia nos deducit. Charitas autem quando Deo tribuitur, & erga nos homines intelligitur, est misericordia Dei erga nos gratuita, quam sequuntur effectus innumeri & saluberrimi, istius diuinæ erga nos dilectionis testes.

Si igitur & hac significatione accipiatur in Mi-

in Minori, patet & ex ratione, Minorem esse falsam, quia scriptura non solum nos deducit ad hanc gratuitam Dei erga nos charitatem per vocem Evangelii, sed etiam ad iram Dei, in lege sua expressam: Nam ad salutarem ad Deum conversionem utræque doctrinæ sunt nobis pernecessariæ, nempe ad cognitionem peccatorum & iræ Dei adversus Deum, & humiliationem seriam coram DEO, opus est Legis voce, ut rugiat tanquam Leo, & nos peccatores perterrefaciat.

Deinde verò etiam opus est Evangelii voce, quæ beneficio Christi exposito, omnibus peccatoribus in Christum credentibus, gratis denunciatur remissionem omnium peccatorum, imputationem iustitiæ sanguine Christi partæ, & vitam æternam.

Sed quid hoc rei est, quod subiungit: Charitas autem est spiritus? Equidem declarationem hic requirunt lectores. Sed præstigiator in medio ista relinquit, ut suis tenebris magis lectorem remoretur & ludificetur.

Primum autem obseruent pii lectores, hanc propositionem non quadrare ad dictum superius Pauli, nempe, *Litera occidit, spiritus autem vivificat*, ex quo & istam argumentationem homo fanaticus veluit elicere: Nam supra ostensum est, Ministerium Evangelicæ doctrinæ, peculiari sua phrasi,

Paulum appellasse Spiritum, ed quodd per Euangelii doctrinam datur à Deo Spiritus S. quia Euangelium absolui à peccato, & reconciliat hominem Deo, & efficit eum templum Spiritus sancti. Iam verò nemo vnquam in Ecclesia Dei dixit: Euangelium esse ipsummet Spiritum sanctum. Pulus quidem docet, Euangelium esse ministerium Spiritus, item docet de charitate Dei erga nos ppter Christum. Dilexit enim nos in dil. Et Pater celestis. Discernendi itaq; sunt suo modo ac dextrè, ipsemet Spiritus sanctus, quo ad suam essentiam dignam, & doctrinam ipsius, quam per media in hoc mundo tradit, item distinguendum est inter dona ipsius, quæ per verbum lectum, meditatam, prædicatum hominibus elargitur, & inter ipsum Spiritum sanctum. i. *Corinth. 12.* Paulus disertis verbis inquit: *Diuisiones denorum sunt, idem autem Spiritus.* Manifestè igitur inter efficientem & effectum, inter dantem & datum discernit Apostolus.

Deinde obseruent lectores, hoc pronunciatum ad nostram charitatem, qua Deum vt filii gratiæ diligere debemus, non conuenit. Nam charitas in nobis per Spiritum sanctum accensa, est quidem motus spiritualis, & nouitas quædam spiritualis, sed non est ipsemet Spiritus sanctus. Omnino enim inter motus spirituales in renatis accensos, tanquam dona & opera Spiritus sancti, & inter ipsummet Spiritum

Spiritum sanctum, seu essentiam Spiritus S. discernendum est.

Verum non obscura est diuinatio, quò fanaticus iste respexerit. i. *Iohan. 4.* bis ponitur: *Deus est charitas.* Et vera est propositio de substantia Dei & de efficacia eius. Hinc putauit sibi quoque integrum esse, nouam propositionem comminisci: Charitas est Spiritus, vbi quidè de charitate nostra loquitur. Sed nullus Propheta, neque quisquam ex Apostolis sic locutus est, Charitas nostra, est Spiritus ipsemet. Nec quod Iohanni Apostolo integrum fuit, sano intellectu pronunciare, Charitas est Deus, tibi quoque fas est, vt aliam finis propositionem, nempe: Charitas nostra est spiritus, est spiritualis & ipsa diuina essentis. Videndum autem est attente, quænam sit natura & propria sententia istius pronunciatum Iohannis quodd inquit: *Deus charitas est.* ne inde monstrum aliquod producat. Manifestum autem est ex textu, Iohannem instituisse exhortationem ad mutuam in societate Ecclesiæ Dei præstandam & exercendam dilectionem, quæ quidem complectitur omnis generis officia, iuxta Decalogum proximo præstanda. Rationem vero hanc luculentam adiugit, quia charitas est ex Deo, hoc est, quia Deus nos dilexit tali modo, vt per incarnationem & passionem filii vnigeniti, nos à morte & inferno redemerit, ac fecerit coheredes vitæ æternæ. Dignus itaque est, qui redame-

tur, & vt alios quoque fratres nostros mutua dilectione complectamur. Item vult significare, nostram erga socios fidei nostræ dilectionem, esse ex Deo, hoc est, non esse opus carnis, sed Dei in nobis. Vt autem Dei erga nos dilectionem, quæ tanè immensa est, exaggeret, ponit & istam asseuerationem Iohannes: Deus charitas est, idque peculiari phrasi, hoc est, totus, quantus quantus est, mera charitas est, quod quidem vel imprimis ad articulum missionis filii vnigeniti, & justificationem gratuitam miserorum peccatorum, per sanguinem filii sui vnigeniti atinet, vt in præsentia non attingam reliqua dilectionis diuinæ erga omnes creaturas opera.

VI. Honor Dei non est tribuendus alii, iuxta dictum Esa. 42.

Sed scriptura sacra non est Deus.

Ergo ei non est tribuenda virtus, & efficacia. Schuuenck de verbo. Item VVerner.

Respondetur ad Maiorem. Scilicet contra Dei voluntatem & ordinationem. At quando Deus aliquid vult aut ordinat, tum nullus homo aut Angelus id debet culpæ aut reformare. Exempli gratia: Carni Christi tribuitur sessio ad dexteram virtutis, & omnia ei quoque subiciuntur, imò omne genuante hunc Christum, Deum & hominem flectitur. Sed caro Christi fuit, est & manet creatura, etiam in glorificatione. Sicaquæ verbo copu-

copulatæ iuxta arbitrium & ordinationem Dei tribuit Christus ipse & Apostoli, regenerationem, qua nihil dici potest augustius aut salutaris. Iohan. 3. Marc. 16. Ephes. 5. Tit. 3. Sciat igitur omnis homo, in istis operib. Dei, spectandum & tenacissimè retinendum esse ordinationem Dei, ad perpetuam etiam memoriam & vsum in literas relatam, quam & legi, & extare, & prædicari vult Deus in Ecclesia sua.

Ad Minorem respondetur: Scriptura quidem non est ipsa sua substantia, Deus, sed tamen est Dei verbum, Dei medium, Dei ordinatio, per quam sua diuina opera, hoc est, hominis conuersionem, regenerationem, sanctificationem, & salutem ipse Deus vult operari, vt suo loco fusius probatur.

Non igitur distrahenda aut diuellenda sunt, (id quod iste seductor facit) doctrina Dei & Deus ipse, ordinatio Dei & Deus ipse: Hanc enim ipsam ob causam Christus emittit Euangelii doctores, vt per ipsorum vocem sit efficax, homines scientia rerum cœlestium, fide, consolatione, vita, donet, sicut inquit: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Matth. 28. Item, *Qui vos audit, me audit,* Luc. 10. Item, *Euangelium est Ministerium Spiritus.* 2. Corinth. 3. Item *Euangelium, est potentia Dei, ad salutem omni credenti,* Roman. 1.

Ergo non obtinet cōclusio, sed est tantum

salus & iustus in aërem, id quod de gesticulationibus pugilibus dici solet.

VII. Solus Deus potest efficere deo didixit sanctos, iustos, saluos.

Scriptura Prophetarum & Apostolorum non est Deus.

Ergo hac scriptura non potest facere deo didixit sanctos, iustos, saluos. Idem de verbo.

Respon. Maior tantum loquitur de causa efficiente, quæ non excludit medium à Deo ipso ordinatum.

Quo ad Minorem: Scriptura nō est Deus, verum est, non est Deus ipse, sed est Dei medium, expresso verbo ordinatum & constitutum, per quod vult homines de rebus fidei docere, conuertere, iustificare, & saluare, id quod hoc Pauli dictum perspicuè docet. i. Corinth. i. *Placuit Deo, per stultam predicationem saluos facere credentes.*

Perpetuò autem oberrat Schuuenckfeldius in fallacia diuisionis & compositionis. Nam sola, nuda, per se, scriptura id non præstaret, si absque Deo foret. Atqui est Dei scriptura, & Deus per eam operatur, vt Christus inquit: *Qui vos audit, me audit.* Non autem verum est, quod subindè recantat impostor: Scripturam tantum seruire externo homini, vt historicam fidem consequatur, Verum ad interiora non penetrare, Deum verò absque omni medio interiorè conuersionem & sanctificationè operari: Nam per hoc verbū scriptum

ptum & prædicatū, Deus corda hominū percussit, conuertit, renouat, saluat, vt testimonia luculenta docent, & multæ historię in Actis probant, verba hominum percussunt ac feriunt corda hominum: Multò igitur magis verbū Dei lectum, aut prædicatum hoc facit: *VIII. Solus Deus vitam dat & conseruat.*

Doctrina vel sententia scriptura sacra, non est Deus.

Ergo, Doctrina seu sententia scriptura, non dat vitam.

Ergo verbum Dei pro ipso Filio Dei est accipiendum, vt in hoc dicto: Non ex solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Schuuenck de verbo.

Respondetur. Verum est: Deus autor & conseruator est vitæ humanæ. Sed conseruat etiam vitam per media, ad eam rem ordinata, qui tamen sine medijs, si ipsi sic visum fuisset, potuisset id ipsum præstare. Sic & vitam spiritualemente ac vitam quoq; æternam Deus potuisset hominibus absque medijs dare, sed tamen placuit Deo per Filium incarnatum, & quidem tota ipsius passione atque obedientia, genus humanum sibi reconciliare, idque beneficium Christi per Euangelii prædicationem, denunciare & applicare. Sic Paulus inquit: *Deo sic visum fuisse, per predicationem saluos facere credentes.* i. Corinth. i. Item, *Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti.* Roman. i.

Quod ad Minorem, Quis ignorat doctrinam ac sententiam scripturæ sanctæ, non esse ipsam Dei essentiam? Verum Deus sic ordinavit, ut modò dictum est, quòd per prædicationem verbi, & sacramenta ei addita, velit homines conuertere, regenerare, & saluare, iuxta illustre dictum: *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Marc. 16.*

Falsa igitur est istius impostoris illatio. Præterea fanatica prorsus est & violenta interpretatio dicti diuini: *Non ex solo pane, &c.* Nam Deus ibi manifestè de sua promissione loquitur, quod velit suos cultores enutrire ac sustentare, licet panis nullus in conspectu esset, id quod præstitit magnificentissimè in deserto, ex ipsis nubibus destillante copiosissimum & sapidissimum panem.

IX. Quod Christo tribuitur, id scripturæ arrogandum non est.

Sed de Christo dicitur: In ipso vita erat. Item, Ego sum vita.

Ergo, scriptura non est vita. Schuuenck. de verbo.

Respondetur. Maior est perplexa. Oportet enim addi, vno & eodem respectu. At diuerso respectu potest scripturæ tribui, quod & Christo tribuitur, scilicet: Christus est causa efficiens nos stræ salutis. At prædicatum Euangelii verbum, est medium, per quod Christus nos saluat, *1. Corinth. 1.* Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus, nos regenerant. At facit hoc

sacrosancta Trinitas per verbum & baptismum. *Ephes. 5.*

Minor autem de sola efficiente loquitur, neque excludit verbum Christi prædicatum. Ergo scriptura seu verbum prædicatum, non est vita, scilicet causa efficiens, per se, sed est medium, per quod Deus iuxta suam ordinationem, vitam nobis impertit ac donat.

X. Quicquid reuelatur id non est ex scriptura. Vera Dei & Christi notitia est reuelata. Matthæi 11.

Ergo, vera Dei & Christi notitia, non est ex scriptura. Idem epist. 65.

Respondetur ad Maiorem, scilicet initialiter, Nam res diuinæ antequam reuelantur, sunt hominibus incognitæ. At patefactæ literis consignantur etiam Dei iussu, & sic aliis quoque. Item posteritati per sacras literas ista innotescunt, & sic Deus per hoc scriptum suum verbum & prædicatum, operatur, & est efficax, ut Christus ipse inquit: *Habent Moyses, & Prophetas, eos audiant.* Item, *scrutamini scripturas.* Paulus etiam grauissimè inquit: *Quæcumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.* *Roman. 15.* Falsum autem est, Quod addit Schuuenckfeld. scripturam tantum historicam & externam Dei notitiã dare. Est enim verbum Dei de essentia & voluntate Dei, certa & perspicua reuelans. Sic igitur conclusio impostoris perit.

XI. *Augustinus de doctrina Christiana: Homo itaque fide, spe & charitate subnixus, eaque inconcussa retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos.*

Ergo licet scriptura deesset, tamē fides in Christum iustificat. Nostra fides non est alligata ad scripturam, ut ex ea quoque non habet suam originem.

Respondetur. Augustinus loquitur de iis, qui iam verbo instructi sunt, imò, inquit, eos opus habere scriptura ad alios instituendos. Ergo necesse est ipsos prius tenere scripturā, iuxta dictum: Quod parū nouit, nemo docere potest. Et alias de scripturæ necessitate utilitate atque efficacia præclare loquitur. Ex ista igitur argumentatione Schuenenckfeldii, satis iam apparet, quonam tendat iste spiritus, nempe vt scripturæ sacræ autoritatem atque utilitatem eleuet, & fanaticum instillet.

Consequens porro, manifestam impietatem continet. Nam contradicit S. Paulo, asseueranti, Neminem credere sine prædicante, & fidem ex auditu esse, auditum verò per verbum Dei: Rom. 10.

Stolidum quoque est, quod inquit, alias malè ageretur, de rusticis in nigra sylua, ignorantibus sacram scripturam. Siccine autem ludis præstigiator? Equidem si illi rustici ignorant Decalogum & symbolum fidei, quæ certè sunt verbum & sententia Dei, salui nequeunt fieri, Quia ad Deum alloquin se conuerrere non

non possent. Ex Lege enim cognitio peccatorum, Ex simbolo fides in Christum, pro nostris peccatis passum, est concipienda.

Abque conuersione autem ad Deum nemo saluatur. Quod de pueris garris, referendum est ad Christi iudicium: *Ite baptisantes.* Matth. 28.

VERBUM NON ESSE INSTRUMENTUM seu medium, per quod Deus operetur, regeneret, ac saluet, sed Deum hoc efficere absque medio.

I. *Deo creatori alius ordo attribuendus est, quàm creatura. Non sunt via mea, via vestra.* Esa. 55.

Sed Deum operari per verbum, tanquam instrumentum seu medium, est ordo & via creature, non creatoris, quia per mediatorem Christum tantum operatur salutem nostram.

Ergo, Deum operari per verbum, tanquam instrumentum seu medium, est falsum. Schueneng. in respon. contra Phil. scriptum Nornbergense.

Respondetur ad Maiorem. Deus ipse creaturis ordinem agendi sancit ac præscripsit, quem creaturæ sequuntur. Nam per copulationem maris & femine, propagatur species hominum, iuxta Dei ordinem, & hominum vsu.

Sic ex aratione & seminatione, nascuntur fruges,

fruges, iuxta Dei, & hominum ordinem, &c. Elias autem loquitur de discrepatione Dei & hominis, quando voluptatibus & factis inter se discordant & dissident. Item, Deus est liberrimum agens, in omnibus creaturis, est omnipotens, est sapientior creaturis omnibus. Itaque ultra & contra cogitationes & machinationes omnium hominum & Angelorum plurima efficit & operatur.

Deinde Minor falsa est. Nam quod ad prius membrum in Minori attinet, fanatica est & impia asseratio, esse ordinem & viam humanam, quod Deus per verbum, tanquam per instrumentum aut medium operetur. Imò Paulus istud delirium gravissimè retundit, inquiens: *Postquam in Dei sapientia, non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam, prædicationis saluos facere credentes.* 1. Corint. 1. Verba autem ista sunt illustra. Nam primum nominat Paulus efficientem, nempe Deum. Deinde medium, nempe prædicationem, hoc est, prædicatum verbum exprimit.

Tertio per hoc medium verbi asserat, Deum homines saluos facere. Quid clarius, quid etiam dulcius dici potest? Sic Rom. 1. sic *Euangelium esse potentiam Dei ad salutem omni credenti.* Ergo Deus (qui est efficiens) per Euangelium (quod est medium seu instrumentum) saluos facit credentes (iste est effectus Dei per hoc instrumentum) Sic 2. Timoth. 3. inquit

Inquit: *Sacra literate possunt instruere ad salutem per fidem, qua est in Christo Iesu.* Hic audis Christum quidem esse causam efficientem. Sed sacras literas esse medium, quo instruantur homines. Salutem autem esse effectum, qui per sacras literas, à Christo hominibus donatur.

Subiungit autem rationem Paulus inquit: *Tota enim scriptura, diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei.*

Hic iterum percipis, efficientem scripturæ esse Deum, & per scripturam eum docere homines, arguere, erigere, ac perfectionem in ipsis operari.

Plura autem testimonia passim sunt obuia. Quod ad posterius in Minori membrum, tantum ad efficientem causam pertinet. Nam immotum hoc est principium theologiæ, solum Dei filium incarnatum, sua passione & obedientia tota, nobis mortalibus peperisse salutem & vitam æternam.

Sed aliud est, quando de dispensatione & applicatione beneficii istius Christi dicitur. Ibi verò medium ab ipso Christo ordinatum & constitutum est verbum lectum, meditatam, prædicatum, & sacramenta certa, promissionibus gratiæ adiecta. Sic enim inquit: *Ite, docete omnes gentes, baptisantes eos.* Item, *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.*

erit. Itaque per verbum Euangelii tanquam medium & instrumentum, Christus docet gentes, per verbum Testamenti sui, Christus dat suum corpus comedendum, & sanguinem bibendum: Sic Apostoli, sic omnes ministri Ecclesiæ, hoc verbum Christi docent, per quod ipsemet est efficax. Fanatismus autem foret, si Schuuenckfeldius tantum de voce (MEDIUM) lites moueret. Sed vt patet ex ipsius descriptionibus, de re ipsa litigat. Non igitur inter se pugnant, sed optime iuxta ordinationem diuinam congruunt: Christum esse mediatorum, & nostram salutem operari. Hoc enim intelligendum de causa efficiente. Et, Verbum esse medium seu instrumentum, per quod Deus in nobis operetur salutem.

II. *Munus dispensandi coelestia bona, & regenerandi homines, Christus sibi soli reseruauit, neque communicauit ulli creatura.*

Sed sacra scriptura, ministerium verbi, sunt tantum creatura.

Ergo per sacram scripturam, aut ministerium verbis non dispensantur coelestia bona nec fit generatio. Schuuenck. in conf. de cap. fidei.

Respōdetur. Maior perplexa, imò falsa est. Nam & confusa & ad fallendum composita. Non enim discernit inter efficiētem causam, & inter medium, quod Christus ipse ordinauit, & per quod vult distribuere sua coelestia bona. Estque fallacia compositionis & diuisionis; Nā creatura ipsa per se, verborū sonus

per

per se, aqua per se, ista non efficiunt neque largiuntur, sed Christus per hoc suum verbum, iuxta suam ordinationem operatur & est efficax. Sic Iohan. 3. dicitur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.* Ecce hic copulantur A Q V A & Spiritus in regeneratione. Sic & Paulus docet: *Mundans eam A Q V A per verbum*, Ephes. 5. Hic aqua & verbum sunt Christi media, per quæ regenerat & saluat Christus. Sic idem ait, *Deum per predicationem saluos facere credentes.* 1. Corinth. 1. Item, *Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti*, Rom. 1. Verum quidem est, vox ipsa in sacris literis scripta, aut in Ministerio predicata, non pependit in cruce, sed tamē est medium, quo nobis applicatur & ob signatur gratia Dei, & vita æterna. Sic enim Deo placuit, vt scribit Paulus ad Corinth. Ad Minorem responderetur. Si per se consideres scriptam litteram in Bibliis & vocem, quam sonat Minister verbi, est sanè creatura. At tu eam expendere atque æstimare debes iuxta ipsius Dei voluntatem, qui inquit: *Euangelium esse potentiam Dei ad salutem.* Item, *Mundari Ecclesiam Christi aqua & verbo.* Deus ipse vult suo verbo adesse, & per hoc verbum: elargiri atque efficere, quæ in eo verbo promittit, & à te postulat fidem, qua isti diuino verbo innitaris. Verba hominum penetrant corda, eaque mirabiliter afficiunt, mouēt, trahunt, id quod experientia testatur, & tu verbo ipsius Dei,

V

quod

quod vult prædicari, eam vim atque potentiam subtrahes? Vult Deus audiri Filium suum, Filius vult audiri suos legatos, atq; ad eò hæc in signa verba addit: *Qui vos audit, me audit.* Non igitur ministerium verbi, per quod Deus operatur, extenuandum est.

III. In Christi officium non est inuolandum. Sen: officium soli Christo proprium, non est aliis tribuendum.

Sed tribuentes ministerio verbi efficaciam regenerandi & saluandi, in ipsius Christi officium inuolant.

Ergo ministerio verbi non est tribuenda efficacia regenerandi & saluandi. Schuuenck, in confes. fidei.

Respondetur. Minor falsa est. Nam Christus ipse sancit hunc regenerandi & saluandi ordinem, nempe per verbum & sacramenta, sicut inquit: *Prædicate poenitentiam & remissionem peccatorum.* Item, *Beati qui audiunt verbum, & custodiunt illud.* Ergo Beatitudo illa per verbum accipitur. Et verbum, Christi verbum, item semen vitæ à Petro appellatur. Et Paulus Christi Apostolus eximius inquit: *Fidem ex auditu esse, auditum autem per verbum Dei.*

Item, *Deum per predicatum verbum saluare facere homines.* Item, *Euangelium esse potentiam Dei, ad salutem omni credenti, &c.* Est itaque Minor somnium, imò infania & furor Schuuenckfeldii.

Na'ci-

Nascitur autem ista illusio, ex ignorantia vel confusione causarum in hominis iustificatione & viuificatione. Nam est sanè Christus cum Patre & Spiritu sancto, vnica nostra causa efficiens, nostræ regenerationis, salutis & vitæ, obseruata cuiusq; personæ proprietate, id quod extra omnem controuersiam versatur.

Sed medium, quod ipse Deus ordinauit, & per quod vult operari, conuerrere, saluare, viuificare, est verbum Dei, quod vult prædicari, audiri, legi: Nam absque hoc M E D I O à Deo constituto, regulariter nemo conuertitur, saluatur, viuificatur.

Schuuenckfeldius quoque committit fallaciam compositionis & diuisionis: Nam doctrinam Ecclesiæ seorsim considerat, ac Deum quoque seorsim. Sic igitur verbo prædicato, à Deo excluso, remoto & separato, prorsus nullam attribuit virtutem, ac sanè si absque Deo esset, nullas penitus haberet vires: Sed Deus sibi istud medium saluandi & sanctificandi homines, delegit, seseque liberimè isti verbo alligauit, quod per illud velit cælestia sua bona elargiri & homines regenerare ac saluare. Medium itaque hoc intuentum est, vt verbū Dei, hoc est, cui Deus adest, & per quod Deus operatur, & cui Deus vires præbet. Sic Christus inquit: *Qui vos audit me audit.* Sic idem per Apostolorum doctrinam largitur Sp. sanctum, illuminat corda,

V 2 accen-

accendit ex salutaris patientia, ut in actis videtur. Apostolus quidem id propria sua potentia non factum ait, sed Deus hoc facit per predicationem. Erant. In. Imò nec sonus verbi externus, feriens aëra, & incidens in aures hominum, id per se facit, sed Deus iste hoc perficit per hoc Medium, quod ad istam suam operationem destinavit. Proinde Deus ut causa efficiens & verbum Dei tanquam medium Dei, coniungenda sunt, id quod temper est recitandum. Quando igitur scriptura sacra de efficacia verbi Dei loquitur, tanquam intelligendum est, eam à Deo esse, qui per id verbum operatur, sicut ipsemet ordinavit. Non enim vult in talibus rebus, ad conversionem, ad salutem, ad vivificationem, ad consolationem pertinentibus, **SINE OMNI MODO**, (ut Schuuenckfeld. garrat, imò infant) cum hominibus agere, sed per verbum suum patefactum & traditum, quod repeti, predicari, tradi, exerceri vult. Eam igitur ob causam Paulus inquit: *Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus*, Rom. 15. Cur autem patientia & consolatio scripturarum dicitur, nisi quod Deus per hoc medium, nempe scripturam, in cordibus hominum veram patientiam & consolationem accendit? Vocatur quidem Deus, consolatio- nis Deus, & Spiritus sanctus *παράκλητος* est *βοηθάνη* & *ἐπαύρις*, sed per promissiones divinas,

vinas, quae praedicandae & audiendae sunt. **V**nde David inquit: *Lex DOMINI immaculata, secretans animas. Testimonium DOMINI fideles, sapientiam praestans parvulis*. Psal. 19. Item, *Prudentem me fecisti mandato tuo. Ex mandatis tuis prudentior reddor*. Item, *Mandata DOMINI laetificant cor*. Psal. 119. Et Hier. 23. *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit, DOMINVS. Et quasi malleus conterens petram?* Et cap. 25. *Noli subtrahere verbum, si forte audiant & conuertantur*. Esa. 57. *Creavi sanctum labiorum pacem*. Ephes. 1. *In quo & vos cum AVDISSETIS verbum veritatis, Evangelium SALVTIS vestrae, in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto*. Ecce Evangelii praedicationis & effectus recitatur, donatus Spiritus sancti & salutis. Coloss. 1. *Quem nos annunciamus, corripientes omnem hominem, in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, &c.*

Facit itaque Schuuenckfeldius nostris Ecclesiis manifestam iniuriam, dum eos criminatur, quasi doceant verbum leetum aut praedicatum absque Deo habere vim salvandi & vivificandi, utraque enim iungimus.

III. *Quicquid Christum non fuit esse immediatum caput, & veram vitam, id falsum est.*

Sed verbi divini Ministerium esse medium, seu instrumentum, per quod Deus suam gratiam & caelestia dona impertit, non fuit Christum esse immediatum caput & veram vitam.

Ergo hæc doctrina est falsæ. Schuuenck. in conf. fidei. Item in præfat. de Euang.

Respondetur. Minor falsa est, quæ ex causarum ignorantia, seu affectata confusione nascitur. Nam causa efficiens alicuius rei, & medium, per quod ea efficiens causa operatur, inter se non pugnant, neque se inuicem tollunt: Christus efficiens causa regenerationis, conuersionis, iustitiæ, salutis, vitæ nostræ est. At verbum Dei & sacramenta sunt MEDIA, ab ipso Christo ordinata & constituta, per quæ Christus regenerat, iustitiam & vitam æternam impertit. *Itē, inquit, prædicatē Euangelium omni creature. Item, DOMINO cooperante.* Hæc plana & certa sunt, ex illustribus scripturæ testimoniis, quæ sæpius allegata sunt. Sed Diabolus odit istam Dei officinam & hæc media, ided per sua organa conatur ea extenuare & contemptra redere.

V. Eripere Deo suam libertatem agendi, est impia.

Sed asseuerare Deum nobiscum non agere, nisi per res externas & nemini dare spiritum aut gratiam suam, absq; ministerio verbi, aut sine præcedenti externo verbo: Deo libertatē agendi eripit.

Ergo hæc doctrina est impia. Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur. Minor falsissima est, quia retinet Deus immensam & æternam suam libertatem agendi in omnibus creaturis, quæcunque

cunque vult, & tamen pro suo arbitrio, MEDIA, expressa voce ordinat atque constituit, per quæ vult agere, aut aliquid efficere. Exempli gratia, Posset Deus hunc mundum illuminare, vt vices dierū & noctium haberet, absq; villo externo medio, sicut etiam diei lux extitit ante solem.

Verum sic Deo visum est, ignem illum ingentem globū cælo affigere, ac per hoc MEDIA diei, lucem animalibus præbere. Posset Deus frumenta largiri ad vitæ humanæ sustentationem absque medio aliquo, vt in deserto per quadraginta annos Manducissimū ex cælo deiecit, sed placuit ipsius Maiestati, vt quotannis facta satione, ex terra omnis generis fruges enascerentur, & quidem sole mediante, & percoquente maturelcerent. Potuisset Deus sine medio & primos homines, & postea sequentes creare & propagare. Sed ex terra & costa primos illos homines producit, & mas & fœmina sunt MEDIA, per quæ Deus suum opus creandi & propagandi genus humanum deinceps perficit. Potuisset Deus absque medio sanare Ezechiam, sed ficus fit MEDIA, per quod ægrotus sanitati restituitur. Sic de aliis rebus innumerabilibus dici posset, nec tamen Deus suam illam immensam in omnibus rebus agendi libertatem & potestatem, dum per ista MEDIA agit & operatur, amittit.

Eadem ratione non dubiū est, liberrimum

illum Deum nostrum, etiam absq; omni medio nos homines regenerare & saluare potuisse ac posse adhuc. Verum S. Paulus clarissimis verbis pronunciat: *Sic Deo placuisse* (Audi placitum Dei, & reuelatam hac de re voluntatem) *ut per P R A E D I C A T I O N E M saluos faceret credetes.* 1. Corinth. 1. Item, Christus inquit: *Ite, docete omnes gentes, & baptisate eos. Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.* Et per hoc verbum prædicatum, conuertuntur homines ad Deum, agunt poenitentiam, & accipiunt Spiritum sanctum, vt ex Actis Apostol. patet. *Qui libenter receperunt S E R M O N E M eius* (Petri) *baptisato sunt, & accesserunt, &c.* hoc est, per sermonem Petri tanquam medium, Deus conuertit homines. Actor. 2. Multi eorum, qui audierat verbum, crediderunt. Item, *Virtute magna reddebant. Apostoli testimonium de resurrectione DOMINI Iesu,* Actor. 4. *Imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Act. 8. *Qui* (Petri) *loquetur tibi verba, P E R Q V A S saluum eristu, & vniversa domus tua.*

VI. Quicquid tantum à Christo accipiendum est, id non per aliud M E D I V M quarendum, aut accipiendum.

Christus tantum ad se vocat, inquit: Venite ad M E omnes, qui laboratis & onerati estis, & E G O reficiam vos.

Ergo fides, gratia & Spiritus sanctus, non sunt in prædicato verbo quærenda, aut per illud accipiendâ.

icipienda. Schuuenck in confessione fidei.

Responderetur. Maior facta est. Nam illa inter se non pugnant: Christus impertit cœlestia bona, quæ quidem ab ipso tantum petenda, & accipienda sunt. Et: Christus per medium verbi prædicati sua cœlestia bona dispensat, quæ in hoc M E D I O, ab ipso meto Christo ordinato quærenda sunt. Eam enim ipsam ob causam sanciuit Ministerium docendi, & administrandi sacramenta, ac promisit se eis affuturum, & per ea operaturum.

Ad Minorem igitur responderetur. Christus omnes peccatores ad se vocans, non excludit M E D I V M verbi prædicati. Nam & ipse non alia ratione homines conuertit, aut remissionem peccatorum ipsis denunciavit atque impertiuit, quam per prædicationem verbi sui. Et quod attentione atque obseruatione in primis dignum est, sic ad Apostolos inquit: *Sicut me misit Pater, ita & ego mitto vos.* Item ait: *Ite docete omnes gentes, baptisantes eas Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Ergo Christus sic ordinauit, vt per M E D I A verbi prædicati & sacramenta, homines conuerterentur & saluarentur: Verba enim prædicantis non sunt hominum verba, sed Dei viuientis. Hinc Paulus præclare infert: Euangelium esse potentiam Dei, ad salutem omni credenti.

Est & locus Roman. 10. illustris, crebrò repetendus & totis pectoribus imprimendus:

Omnis, inquit, quiſcunque inuocauerit nomen, D O M I N I, ſaluſus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt. Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine predicante? Quomodo uero predicabunt, niſi mitantur? Ergo fides EX AUDITV, Auditus autem PER VERBVM Dei. Hoc dictum manifeſtè refutat. Schuuenckfeldii delirium. Clarè enim docet Paulus, nomen D O M I N I inuocandum, & D O M I N V M dare ſalutem. Nihilominus tam èſſerit, fidem, qua ſaluamur, eſſe ex prædicato verbo, ex auditu. Torqueat & muret igitur ſe præſtigiator in omnes partes, & in omnes figuras, tamen hoc principium manet immotum, fidem ex prædicato & auditu verbo Dei eſſe. Quia per hoc medium, Deus illa cœleſtia & ſpiritualia dona vult largiri.

VII. Quicquid gratia Dei tribuendum eſt, non eſt aſcribendum verbo Dei.

Sed ſalutis & conuerſionis peccatoris, fundamentum & initium eſt gratia Dei.

Ergo, ſalus & conuerſio peccatoris non eſt à ministerio uerbi inchoanda. Schuuenck. in confeſ. fidei.

Ad Maiorem reſpondetur, eadem quidem ratione non eſt aſcribendum utrique, ſed diuerſo reſpectu id poteſt fieri, quia cauſæ ſunt plures, utpotè in conuerſione peccatoris ad Deum, efficiens cauſa eſt Deus ipſe, quia niſi ipſe non conuertat, non poterimus

nos

nos metipſos ad Deum conuertere. Itaque in Propheta ſcriptum eſt: *Conuerte me D O M I N E, & conuertar.*

Gratia Dei per & propter Chriſtum, eſt impulſiua. Peccator eſt ſubiectum in quo fit conuerſio, ita quidem, ut ex Lege cognoſcat peccata ſua & doleat. Ex Euangelio autem credat in Chriſtum propiciatorem, & ſtatuat ſibi ex immenſa miſericordia propter ſatisfactionem Chriſti omnia peccata remitti. Sic igitur gratia Dei propter Chriſtum recipitur peccator, & tamen per uerbum non tantum docetur de Chriſto, ſed etiam accipit abſolutionem à peccatis: Eam enim ipſam ob cauſam clauſes regni cœlorum datæ ſunt, ut per uocem Euangelii peccator à peccatis ſoluatur. Non itaq; inter ſe pugnant gratia Dei & uerbi miniſterium ſeu prædicatio, quia cuique ſuum tribuitur. Quid uerò illuſtrius dici poteſt, quàm Euangelium eſſe potètiã Dei, ad ſalutem omni credenti? Manifeſtiſſimis enim uerbis Paulus Euangelio, tanquam medio ſeu inſtrumento Dei, quod ſcilicet ipſemet ad eam rem deſtinauit, attribuit potentiam Dei ad ſalutem, hoc eſt, per quod Euangelium Deus, pro ſua omnipotentia, ſalutem hominibus diſtribuit.

Quod ad Minorem, obſcura & perplexa uerba uſurpat impoſtor, proſuſ miniſterio uerbi diuini præterito & excluſo: Nam tali pacto præſtigiatores magna arte ſua uerba

toma. e

tornare solent, vt Imperitioribus sua falsa dogmata instillent. Causas autem conuersionis nostræ ad Deum & Schuuenckfeldius hic recensere debebat. Gratia Dei & meritum Christi, sunt causa impulsiva reconciliationis cum Deo.

Medium vero seu instrumentum, & quasi manus Dei, qua nobis patefacit & porrigit quoque siue applicat, imò etiam ob signat illam suam gratiam & meritum Christi, est verbum Dei & sacramenta. Et manifestè clauis soluens ad eam ipsam rem instituta est, vt Ministerio verbi peccatoribus agentibus pœnitentiam, & credentibus in Christum, remissio peccatorum gratuita per Christum parata, annuncietur & applicetur. Omnino itaque peccator ab ipso Christo deducitur ad verbum Dei prædicatum, auditum, lectum.

Non obscurè autem machinationes Satanz animaduertuntur. Abducto enim peccatore à verbo Dei, & relegato ad arcanas speculationes extra Dei verbum, fiet Phantasta & Enthusiasta, perinde vt Schuuenckfeld. & tandem non habebit, vbi certò possit subsistere.

VIII. *Deus omnia operatur in omnibus.* I. *Cerinth.* 12.

Ergo Deus non operatur per medium, aut Ministerium verbi. Schuuenck. in confes. fidei.

Resp. Consequentia neganda est, quia exclusiua, tantum sine medijs, non est in antecedente.

dente. Imò locus Pauli clarissimè docet, dona Spiritus sancti hanc ipsam ob causam conferri, vt per Ministerium verbi Deus in hominibus operetur. Nec sibi contradicit S. Paulus in eadem Epistola. Nam cap. i. dixit, *Deo sic visum fuisse, vt per prædicationem, homines saluos faceret.* Deus itaque non à verbo, nec verbum à Deo, in hac actione separanda sunt,

IX. *Quemcunque Deus docet, is non docetur ad salutem per creaturam (intelligit prædicationem verbi.)*

Sed Deus docet homines iuxta dicta. Psal. 94. Beatus homo, quem tu erudieris DOMINE, & de lege tua docueris eum. Psal. 85. Audiam, quid loquatur DOMINVS Deus, quoniam loquetur pacem ad plebem suam. Matth. II. Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit filius reuelare. Matth. 16. Beatus es Simon, filii Ione, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.

Ergo per prædicationem verbi, non docentur interius homines. Schuuenck. de Euang.

Resp. Maior est falsa. Nam sacræ literæ claris verbis testantur ac docent, quòd Deus duobus modis homines docuerit, nempe immediatè seu proprio ore. Sic Deus locut' est primis parentibus ante & post lapsum, Patriarchis, Prophetis, Baptistæ, Apostolis. Deindè verò mediatè, per verbi sui ministros in veteri ac nouo Testamento, est que ab ipso Deo hæc constitutio atq; ordinatio facta, quod in no-

mine Christi debeat prædicari pœnitentia & remissio peccatorum, *Luc. 24.* Et Paulus magno Zelo affirmat ac docet, sic Deo visum esse, per prædicationem saluos facere credentes *1. Cor. 1.* Quod ad Minorem, verum est, Deus docet homines aliâs immediatè, vt exempla quædam sunt commemorata, aliâs verò mediatè per doctores verbi ad hoc ministerium vocatos. Eaquæ est communissima ratio, quæ Deus homines in hoc mûdo erudit, per suum scilicet prædicatum & lectum verbum. Sciamus autem Deum huic verbo, quod in suo nômîne prædicatur, ad esse, & per hoc operari ac largiri fidem, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, inchoationem nouæ vitæ, & alia cœlestia dona. Nam hoc verbum quod prædicatur, non est hominis, sed ipsius Dei verbum, neq; homo prædicatus, sed Deus ipse huic suo prædicato verbo, vim, efficaciam, fructum, largitur. Fallaciam itaq; compos. & diuis. fruitur iste impostor, & dicta scripturæ perperâ detorquet ad suum de linium; quo molitur, prædicationem verbi diuini, in contemptum adducere.

X. *Honor & gloria Deo debita non est creaturæ attribuenda.*

Sed homines saluare, est honor & gloria Dei.

Ergo salus hominum, remissio peccatorum, lætitia cordis, &c. non sunt attribuenda verbo prædicato. Schuuenck. Cate. de verbo.

Responderur ad Maiorem, scilicet non alius

lius creaturæ priuato arbitrio, nisi Deus ipse hoc faciat, suoque ipsius verbo id reuelet.

Quod ad Minorem. Deus sic ordinauit, ac verbo quoque suo manifestauit, quod Filius Dei, homo factus, nos debeat saluare, hoc est, non solum quæ Deus, sed etiam quæ homo in vnica persona. Nam Christus est noster Mediator, Redemptor, Saluator, Sacerdos, secundum vtramq; naturam. Hanc Dei ordinationem nemo hominum debet infringere. Nihil enim hac in parte gloriæ & honoris Dei deccedit. Deinde etiam Deus sic ordinauit, idq; singulari quodam beneplacito, vt testatur *Paulus 1. Cor. 1.* Quod per prædicatū verbum velit homines saluos facere. Hanc etiam Dei ordinationem nemo hominum debet cullari, quia nihil amittit de suo honore Deus licet per sui verbi prædicationem, ipse nobis det fidem, vt *Rom. 10.* dicitur: *Fides ex auditu, Auditus autem per verbum Dei.*

Ergo inquit Fanaticus: Creatorem & creaturam confunditis, & facitis Idolum ex scriptura & verbo prædicato, ipsiq; Christo suū eripitis officiū.

Responderur. Fanaticus Fanatica absque omni firma collectione effutit, ac verbū Dei sine Deo considerat. Nos verò dicimus: Prædicatum verbum iuxta scripturā sacram, esse Dei verbum, quod non solum Deus homines de salute æterna docet, sed per quod etiā largitur salutem, quam Christus suo merito peccatorib. peperit. Sic enim ipsi Deo visum est, vt dictum. *1. Cor. 3.*

XI. 1. Corinth. 3. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Ergo incrementum non est per verbum Dei pradicatum & auditum, sed per solum Deum. ABSQVE MEDIO. Schuuenck in conf. fidei.

Responderetur. Neganda est consequentia, Ratio est. Quia in antecedente hoc profusum non habetur, quod inferitur. Nam Paulus dixerit ait, se plantasse: Et postea subiicit: *Dei sumus ADIVTORES*. Quam autem in re? Nempe per prædicationem verbi. Nam in præcedentibus, atque adeo in hoc etiam capite, id vnicè vrget & explicat, quod Deus per prædicatum verbum sit efficax, & incrementa salutaria largiatur. Liberè quidem atque ingenue, vt Apostolum verum decebat, profiteretur, se non habere diuinam virtutem in se, qua verbo prædicato efficaciam præberet (Eam enim rem soli Deo competere) per suam tamen plantationem docer, Deum esse efficacem, hoc est homines saluare & viuificare. Est igitur manifesta amentia sic argumentari: Deus dat incrementum, &c. Nam attendo ad vocem *INCREMENTI*, cuius quæso rei, Paulus ait Deum *INCREMENTVM* dare? An non verbi seminati, de quo hic Paulus disserit? Negare enim nullus fanaticus potest, Paulum hic de suis laboribus, hoc est, de prædicatione verbi diuini loqui. Eis igitur ait, Deum

Deum dare incrementa, benedicere sancto semini, esse efficacem per verbum prædicatum. Deprehenditur itaq; Schuuenckfeldius in manifesta calumnia & peruerfione textus Paulini.

XII. 1. Corinth. 15. Abundantius illi omnibus laborant.

Non ego autem, sed gratia Dei, qua mecum est.

Ergo solius Christi est saluare & viuificare, & non verbi pradicari & auditum. Schuuenck in conf. fidei.

Respon. Neganda est consequentia, Quia nulla ratione ex antecedente contexti potest: Paulus enim manifestis verbis dicit de suo Ministerio, hoc est, verbi diuini prædicatione, per *QVOD VERBVM* Deus fuerit efficax. Nequaquam autè hic dicit, Deum *SINE HOC VERBO* prædicato, homines conuertisse aut saluasse. Inspiciant autem Fanatici saltem initium istius capituli, vbi claris verbis sic scribit: *Notum autem vobis factio* (arripe aures & attende Schuuenckfeldi) *Euangelium, quod PRÆDICAVI vobis, & accepistis, in quo & statis. PER QVOD & SALVAMINI, quæ ratione predicauerim vobis, &c.* Hæc verba sunt planissima, & scilicet Corinthii saluati sint per *PRÆDICATVM* verbum Pauli. Et tamen verum est, quod Paulus id nō effecerit propria sua vi aut potentia, sed quod Deus *PER HOC*

MEDIUM, hoc est, per prædicatum Euangelium saluatur. Nam Deus hoc medium sanctiuit, & isti medio, hoc est, prædicato suo verbo vult adesse, ac clementissimè elargiri, quæcunque dixit elargiturum esse. Iterum itaque apparet, quanta temeritate iste fanaticus, textum scripturæ manifestam, contra manifesta verba torqueat & deprauet.

XIII. Galat. 3. scriptum est: *sic stulti estis, ut cum spiritu coeperitis, nunc carne consumamini.*

Ergo tantum spiritu saluus est conuersio peccatoris inchoanda est; & non per ministerium verbi. Schuuenock in confes. fidei.

Respondetur. Neganda est consequentia, quia in dicto Pauli non extat particula TANTUM. Deinde neque vlla ibi extat exclusio ministerii verbi diuini. Imò Schuuenckfeldius magna vertigine correptus, manifestissimè dictum Pauli in alienam sententiam detorquet: Nam is clarissimis verbis, continuo verba allegata per Schuuenckfeldium, antecedentibus, pronunciat, & asseuerat, ipsos accepisse spiritum ex AUDITU fidei, hoc est, per prædicatum Euangelii verbum. Sicut Rom. 10. declarat vberius, & 2. Corinth. 3. Coniungit itaque in conuersione Galatarum auditum fidei, hoc est, prædicatum Euangelium de Christo, & spiritum, & quidem ait perspicuè, spiritum ipsos accepisse per auditum fidei, hoc est, per Euangelii prædicationem.

Ad

Ad conuersionem, vti & paulò antè significauimus, pertinent duo, nempe contritio & fides. Contritio siue cognitio peccatorum, & dolor de eis est ex lege, teste Paulo Rom. 3. *Lex cognitio peccati, salus verò est remissio peccatorum gratuita propter Christum, est ex Euangelio, eodem teste, Roman. 1. Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti.* Proinde, sine verbo Dei, non potest fieri salutaris ad Deum conuersio, neq; cuiquã potest contingere salus & vita æterna. Sicut itaque Apostoli quocunque terrarum veniunt, primum docent homines, & in docendo ipse Deus adest, ac homines per suum verbum conuertit, eisque donum Spiritus sancti elargitur, ita etiamnum nemò ad Deum conuertitur, nisi per verbum Dei lectum aut auditum. Damnandi igitur sunt, Enthusiasmæ Schuuenckfeldiani, extra verbum Dei, & sine ministerio verbi, pœnitentiam peccatorum insipientes.

Obseruanda quoque est audacia & calumnia manifesta, in alligandis atque applicandis scripturæ diuinæ dictis, id quod est indicium Spiritus non boni. *Malè, inquit, intelligit dictum, 1. Corinth. 1. Quod verbum prædicatum sit medium, per quod Deus saluet credentes. Schuuenock de verbo.* Et rationes subiicit:

Primam. *Quia Christus nos saluat, & non sonus vocis. Eset itaq; consumeliosum Christo saluatori, si hoc verbo prædicato attribueretur.*

X 2

Resp.

Respondetur. Est confusio causarum. Nam Christus est efficiens causa salutis. At verbum prædicatum est medium ordinatum à Deo, vt testatur Apostolus, per quod salutē à Christo partam, denunciat atque applicat. Sic igitur Christo saluatori in sua ipsius ordinatione, de sua gloria atque efficacia nihil decedit, neq; hoc tribuitur sono oris per se, quod est Christi saluatoris proprium. Præstigiator autem ista omnia confundit.

Secundam. *Quia additur: Credentes: At credentes respiciunt Christum mediatorem.*

Respondetur. Fides respicit Christum propiciatorem, tanquam causam efficientem nostræ salutis.

Simul autem etiam respicit promissionem gratiæ, qua Christi beneficium ipsi donatur & confirmatur, idque ex ordinatione ipsius Dei. Tolle autem ipsi fidei promissiones de Christo, & sic vna opera ei sustuleris Christum. Quia sine promissionibus de Christo, non habemus Christum. Ignorabant primi homines, lapsi in peccatū, Christum & ipsius beneficia. Ideo Deus ipse eis promissionem de semine venturo, & contrituro caput serpentis, reuelat atque denunciat, ex qua etiam per Dei benignā operationem, fides & consolationem iterum in suis pectoribus concipiunt, qui alias terribus Legis consternati, in morte ac pœnis inferni permansuri ac perituri fuissent. Sic de Regulo dicitur, *Credidit homo*

homo SERMONI, quem DIXIT ei Iesus, Iohan. 4. Hic sermo Christi, est doctrina & sententia Christi, cui fide innixus Regulus, in suo pectore statuebat, se verē à Christo in gratiam receptum, & suum filium, ex periculo mortis vindicatum esse.

Tertiam. *Quia Apostolus se non venditans pro medio salutis.*

Respondetur. At inquit: Per prædicationem suam Deum facere saluos credentes.

Quartam. *Quia vox MEDIUM non extat in sacris literis, & istam vocem Deus non potest ferre, qui seruitia aut ministeria vult habere, non media.*

Resp. At æquipollentia extant in sacris literis, vt per prædicationem, per aquam, &c. Item vocant se ministros, cooperarios Dei. Hæc sanè sunt media à Deo ordinata. Imò ipsa seruitia & ministeria sunt media, p quæ Deus agit, in quibus quidem semper, ad verbum atque ordinationem Dei respiciendū est. Nam arbitrio humano, in rebus atque operationibus diuinis, non sunt media inuenienda aut statuenda: Quis autem isti Fanatico dixit: Vocem medii Deum auersari? Aternè vel candidus fuit ille spiritus?

Quintam. *Quia Deus non opus habet mediis in suis operationibus.*

Respondetur. Et hoc ipsum est delirium capitis Schuuenckfeldii. Erst enim Deus pro se non opus habet mediis, & posset omnia

absque mediis agere, tamen totus hic mundus in conspectu versatur, ac nos docet atque conuincit, quomodo Deus per media operetur. Per totum enim diem affert, per species animalium similia animalia producit, per senen, frumentum sinit nasci, per arbores poma præbet, per imbres humectat terram, per magistratus regit homines, &c. Et vnde quæso Schuuenckfeldius suam ipsius humanam substantiam habet? Num immediate à Deo? An vero mediatè per suum patrem & matrem? An inficiabitur, parentes suos fuisse media, per quæ Deus ipsum formauit? Sed stultitiam, imò affectatam suam malitiam turpiter prodit iste vertiginosus spiritus. Nec sequitur: Deus non indiget mediis ad suas operationes. Ergo nullis mediis vititur. Nam tu debes in ordinatione Dei acquiescere.

Sextam. *Quia, quicquid agit per media, id est imperfectum, neq; id potest per se præstare, quod mediis committit.*

Respondetur. Et quis hoc principium, in rebus atque operationibus diuinis tibi dictauit Schuuenckfeldi? Deus certè hoc, non fecit. Ergo *ἀντιθετός* id fecit, id est spiritus ille vertiginosus, in tuo capite sese mirabiliter circumgyrans atque rotans. Imò inter homines quoque hæc sententia non est vniuersaliter vera. Sæpe enim quod aliquis oprime intelligit, & facultate præditus est ad hoc perficiendum, id alii tamen demandat propter suas

qual;

quasdam causas. Vident igitur omnes sani, qualibus fulcris, aut potius ludibriis, vtatur noster iste Schuuenckfeldius?

Septimam. *Quia Paulus non inquit: Per stultam prædicationem, sed per stultitiam prædicationis, ut græcus habet textus, hoc est, per ministeriū redemptionis, imò per crucifixum Christum.*

Respondetur. Est violenta & fanatica conuersio textus. Paulus inquit per prædicationem (quæ sanè est de Christo crucifixo, conuicio) Deum saluos facere credentes. Christus autem est causa efficiens nostræ salutis. Prædicatio autem de ipso, est medium, per quod Deus docet, conuertit & saluat. Puerile autem est & fatuum, quod Hebræismum non agnoscit, & ludos in eo agit.

Octauam. *Quia Christus saluat. 2. Corinth. 2. & 1. Corinth. 2. Non iudicauit me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

Respondetur. Est fallacia plurium propositionum. Testimonia autem de causa efficiente salutis, nihil derogant mediis à Deo constitutis, per quæ salutem, sanguine Christi partam, dispensat, applicat, ob signat, confirmat.

XIIII. *Dona essentia Dei non possunt exterius mediis distribui, aut in eis quæri.*

Dona iustificationis & saluationis hominis, uti spiritus, vita, lux, cognitio, pax, læticia conscientia, &c. sunt dona essentia Dei.

Ergo ista non possunt distribui, nec seruari.

quærenda in usu sacramentorum, aut externa prædicatione verbi, quæ tamen externo homini seruit, sed à Deo ex calis. Schuuenck. de æterna essentia Dei.

Respondetur ad Maiorem. Vbi ista in sacris litteris traduntur? imò contrarium est verum. Nam Christus sic ordinauit, vt per prædicatum verbum, & baptismum homines salui fierent, sicut inquit: *Ita docete omnes gentes, & baptisate eas. Quicumque crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.* Matth. 28. Marc. 16. Hinc Paulus ait, *Deo sic visum fuisse, per prædicationem saluos facere credentes.* 1. Corinth. 1. Et Dauid verbo Dei, consolationem & viuificationem attribuit.

Quod ad Minorem, sunt quidẽ ista omnia dona Dei. Verum non sunt omnia illa dona ipsa Dei essentia. Equidem Spiritus sanctus, est ipsa Dei essentia, quia tres personæ diuinitatis, vnus idemque Deus sunt, seu remissio peccatorum, imputata legis impleris, quam fides propter Christum accipit, gaudium conscientie, non sunt ipsa Dei essentia. Quare Minor completitur mostrosam orationem, qua etiam alias sæpius vitur hic Fanaticus. Perit atque conclusio, præmissis illis in non stantibus.

XV. *Sicut nos agimus cum Deo, ita Deus quare nobiscum agit.*

Sed credentes, cum Deo ABSQVE OMNIA agunt, tantum per mediatorem Christum.

Ergo

Ergo & Deum agit cum hominibus (eos regenerans atque saluans) absq, omni MEDIO verbi Dei, Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur. Maior est fanatica omni scripturæ sacræ fundamento destituta.

Nec Minor constar. Nam pii cum Deo agunt per verbum reuelatum, & per promissiones diuinas, & nihilominus Christus omnium credentium est Saluator, intercessor, sacerdos, in cuius NOMINE preces sunt faciendæ, iuxta Euangelii promissiones, *Iohan. 14. 16.* Non igitur pugnant inter se, quod pii agentes cum Deo, fide nituntur vnico mediatore & propiciatore Christo, & quod agunt per verbum Dei reuelatum cum Deo. Deinde modus inuocandi Deum, sic est in verbo cœlesti reuelatus, vt fiat in nomine Christi, *Iohan. 16.* Modus autem sententiam Dei tradendi, regenerandi homines, impertiendi remissionem peccatorum, iustitiam & vitam, sic est ab ipso Deo patefactus & ordinatus, quod velit per verbi diuini prædicationem, saluos facere credentes. 1. Corinth. 1.

XVI. *Creatura non saluat, non viuificat.*

Sed verbum Dei predicatum vel auditum, est creatura.

Ergo verbum Dei predicatum vel auditum, non saluat aut viuificat, sed solus Christus in Spiritu. Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur. Est fallacia compositionis & diuisionis. Nam verbum Dei, & Deum per

X s hoe

hoc medium operantem, præstigiator distrahit atq; seiungit, vbi quidem diuellenda non sunt. Sed ad propositiones dirigatur oratio.

Maior falsa est, ita simpliciter enunciata. Nam Christus ait: Carnem suam, quæ certè creatura erat, vtpotè semen mulieris viuificare. *Iohan. 6.* Sola autem creatura, non saluat aut viuificat perditos homines. Id sanè verum est, eamq; ob causam docemus & credimus, nostrum saluatorem esse verum Deum & hominem, vnitis duabus naturis, diuina & humana, in vna Christi persona.

Minor verò falsissima est. Nam licet verbum Dei prædicatum, sit creatura, tamen illi adest Deus, & per eam operatur ea omnia, quæ in verbo suo expressit, nempe regenerationem, salutem, vitam, fidem, cõsolationem, pacem conscientie, &c. Baculo suo mare Moses scindit, & tamen baculi virtus hoc non efficit, sed Deo sic visum est, eiusmodi medio vti. Sic Deus scilicet per media quæ ipsemet ordinat, efficit quæ vult.

XVII. Quicquid recta ducit, ad alium non est MEDIVM. Sed scriptura recta ducit ad Christum, largitorem iustitiæ & vitæ.

Ergo scriptura non est medium, per quod Deus largitur iustitiam & vitam. Schuuenck. in conf. fidei.

Resp. Maior est inepra. Nam vfitate appellatur MEDIVM, per quod quis ad alium venit, item, per quod aliquid agitur aut efficitur.

Ad

Ad Minorem respondetur. Eo ipso scriptura est medium perueniendi ad Christum, quia citra scripturam, nemo ad Christum venire posset. Scripturam itaq; ait Christus, de se testificari, hoc est, Medium illud esse, per quod Deus homines de Christo doceat, & ad ipsum deducat. Est igitur fallacia secundum non causam vt causam, quia quod scriptura ducit ad Christum, eo ipso nõ derogatur scripturæ: quod non sit MEDIVM ad Christum, seu medium, per quod Christus sua cœlestia beneficia, benignè dispenset atq; communit. Scriptura itaq; habet plures fines & effectus, qui alias commemorantur.

XVIII. De quo scriptura non docet, id reiciendum est.

Sed scriptura non docet vspiam de MEDIO, verum de ministerio in officio saluificationis Christi & spiritus ipsius.

Ergo hæc doctrina, quod scriptura seu verbum Dei sit MEDIVM, per quod regeneret ac saluet Deus est repudianda. Schuuenck. in conf. fidei.

Resp. Maior transeat de dogmatibus Ecclesiæ. Minor verò est phantasia Schuuenckfeldii. Nam verbum Dei est eo ipso medium, per quod Christus & spiritus operantur, & bona cœlestia hominibus impertiunt, quia est ministerium, in quo & per quod Christus & Spiritus sanctus docent, illuminant mentes hominũ, regenerant, iustificant & saluant. Nihil enim aliud Ecclesia Dei putat, quando docet,

docet, verbum cœleste esse medium, quo hominibus dona diuina dispensantur, quàm esse ministerium à Deo constitutum, per quod Deus velit esse efficax. Sic Paulus Euāgelium disertis verbis vocat **MINISTRATIONEM** Spiritus, das Ampt/das den Geist gibt/vt rectè interpretis reddidit, 2. Corinth. 3. Item, placuit Deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes, 1. Cor. 1.

XIX. In principio mundi, Deus homines non docet aut conuertit per scripturam.

Ergo neq, nunc id facit, Idem.

Respondetur. Magna est insulitas istius Impostoris, in effutiendis iis omnibus, quæ in buccam veniunt. Licet enim non fuerit scriptura mox ab initio creationis, attamen non fuit mutus apud primos homines Deus, neque tantum occulto modo cum ipsis egit, sed ipse Deus locutus est cum hominibus, suamque ipsis voluntatem, certis atque illustribus verbis aperuit, quæ postea memoriæ gratia, & vt iisdem posteritas quoque erudiretur, & per eandem Dei doctrinam conuerteretur & saluaretur, in literas indubiæ fidei sunt relata.

XX. Deus cum Patriarchis, Prophetis, Baptista, Paulo, & aliis tantum spiritualiter, occultè & interius semetipsum in suo spiritu egit. sine medio verbi externi.

Ergo Deus non agit per MEDIVM verbi in Ecclesia cum hominibus, Schuuenck, in cons. fidei.

Resp.

Respondetur. Particularia exempla non evertunt communem atq; ordinatum à Deo modum agendi cum hominibus. Sanè interdum Deus per somnia quædam ecstases egit cum hominibus. Sed quando obseruatione dignum est, nihilominus mediante verbo, quod vel ipse Deus cum ipsis locutus est, vel per Angelos eis exposuit. Moses etiam ipsa clara verba profert, quibus Deus affatus est Patriarchas, nec sine sua voce, clam suam voluntatem peccatoribus ipsorum inspirauit. Visiones suas ita exponit Prophetæ, quod mediante verbo illæ ipsis sint ostensæ & declaratæ, Deum consulentes in veteri Testamento, voce Dei responsa accipiunt. Baptista perspicuè profiteretur, se voce Dei in ministeriū suum collocatum esse, & quidem hanc accepisse certitudinis quasi tessaram, super quem videris, &c. Paulus non solum immediata Christi voce conuertitur, sed & ad ministerium verbi relegatur, vbi vltèrius voluntatem Dei audit, ac per hoc prædicatū verbum & Baptismaum regeneratur. Sunt igitur meræ præstigiæ, quas Schuuenckfeldius simplicioribus, in falso suo dogmate pingendo, offandit.

XXI. Vbi Deus iustificat & fides, ibi externum ministerium verbi ad iustificationem est inutile.

Sed Deus iustificat, vt dicta multa extant.

Ergo ministerium verbi ad salutem est inutile. V. Verner.

Respondetur. Maior est falsa, nec potest ex verbo

verbo Dei probari. Imò vtrunque docet verbum Dei, scilicet Deum iustificare, Rom. 8. Et Deum per prædicationem saluare. I. Corinth. 1. Prius dictum de causa efficiente iustitiæ & salutis loquitur. Posterius verò de medio, ad distributionem iustitiæ per Christum patet, ordinato. Quare ista duo inter se non pugnant, neq; se inuicem destruunt & tollunt. Perinde etiam est, ac si quis diceret: Scriptura utilis est ad erudiendum in iustitia. Ergo Deus nõ erudit in iustitia. Item, Etsi decem millia pædagogorum habeatis in Christo, non tamen multos Patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Ergo Deus Pater non ipsemet suos filios generat. Item, Christus Ecclesiã suam sanctificauit lauacro aquæ in verbo. Ergo Ecclesia non mundatur sanguine & spiritu Christi, &c.

EVANGELIUM PRÆDICATVM,
non esse virtutem Dei ad
salutem.

I. Prædicatum Euangelium, pro verò Euangelio, historiam Euangelis, pro virtute Dei habere, est signum pro substantia, imaginem pro veritate, literam pro spiritu vendicare.

Sed Lutherani prædicatores asserunt, suum prædicatum atq; orale Euangelium, esse verum Euangelium, ac virtutem Dei ad salutem omnium credenti.

Ergo

Ergo literam pro spiritu, signum pro substantia, imaginem pro mysterio veritatis accipiunt. Schuuenck in præfat. de Euangelio.

Respondetur. Maior est phantastica, aliena à testimoniis sacratum literarum, imò eis ex diametro est contraria atque repugnans. Nam Christus dixerit inquit: *Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*, hoc est, per vos, Matth. 10. Item, *Qui vos audit, me audit*, Luce 10. Paulus verò etiam perspicuè inquit: *Quomodo credēs ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* Item paulo post: *Esaias dicit: DOMINE quis credidit auditui nostro?* (id est, ei quod prædicatur & auditur) Ergo *fides ex auditu, Auditus autem per verbum Dei. Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in sinu orbis terra verba eorum. Quid potest dici luculentius, quam per auditum Euangelii prædicati, fidem donari in cordibus, hoc est, Euangelium prædicatum esse virtutem Dei, ad salutem omni credenti?* Roman. 1. Et quidem generaliter loquitur hoc loco Paulus, de ministerio vbiuis locorum docentium & proficientium Euangelii Christi. Manifestis quoque & claris verbis Paulus refutat delirium Schuuenckfeldii, I. Corinth. 1. hisce verbis: *Postquam in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam PRÆDICATIONIS,* (hoc est per prædi-

prædicatum Euangelium) *saluos facere credentes*. Quid & hæc potest dici planius, quam orale seu prædicatum Euangelium, esse potentiam Dei ad salutem omni credenti? Roman. 3. Maior itaque ruit magno fragore, tecumque etiam in sonam trahit fallissimam criminationem in conclusionem.

Minor autem ex verbis Christi & Apostolorum, multò fortius consistit, quàm Sionia rupes.

II. *Externus sonus non potest esse virtus Dei.*

Prædicatum autem Euangelium Christi est tantum externus sonus, eim cussertlicher Schall.

Ergo prædicatum Euangelium Christi non est virtus Dei ad salutem. Non enim creatura tribuendum est, quod est Dei creatoris. Idem ibid.

Respondetur. Maior fanatica & fallax est. Equipollet enim isti negatiuz: Nullus externus sonus, potest ille virtus Dei. Hæc autem mihi paulisper expende istum crassum Fanaticismum. Quando Deus clara voce protulit ista verba: *Fiat lux, fiant astra sunt ista vel alia creatura*: Num isti externo sono non infuit virtus Dei? Christus ad ægrotos protulit verba externo sono: *Volomundare*. Item: *Puectha surge. Lazare veni forma, &c.* An non igitur fuerunt ista verba virtus Dei? Sic de Apostolis inquit Christus: *Qui vos audit* (scilicet prædicantes Euangelium seu doctrinam de me, id quod sanè externo sono fieri oportuit) *me audit*. Ergo ne virtus Dei à prædicato Euangelio per Christum absuit.

At

At inquit: *Tu non es Deus, neq; Apostolus?*

Respondetur. Sed idem Euangelium ex vocatione docemus, quod Christus & Apostoli docuerunt, Ergo est eadem Dei virtus, ad salutem omni credenti. Nam Christus ordinavit hoc suum Euangelium prædicari, donec hic mundus durat, nec alia ratione sibi colligit Ecclesiam, eamq; sanctificat, nisi per verbum, vt ad Ephes. 2. Apostolus docet, eam esse extructam *super fundamentum Prophetarum & Apostolorum*, hoc est, super doctrinam eorum.

Minor quoq; est istius Fanatici fanaticismus, imò blasphemia intolerabilis, nimirum quòd prædicatum Euangelium Christi sit tantum sonus externus.

Quis verò hoc dicit? Schuuenckfeld. scilicet, qui solummodò hic considerat vocem sonoram concionatoris, & non attendit, neque intelligit præ sua vertigine, quòd hoc Euangelium prædicatum, sit Euangelium Christi, Euangelium Dei, quod non priuato consilio ebuccinatur, sed in nomine ipsius Christi Dei tradatur & prædicetur, hoc est, ipso iubente, ipso presente, ipso efficaciam largiente: Nam ipse palam inquit: *Ego vobiscum sum, usque ad consummationem seculi*, id quod tum ad omnes Christianos, tum verò in primis ad ministerium doctrinæ Euangelicæ pertinet. Ac reuera hoc dictum: *Qui vos audit me audit*, ad omnes, sincerè docentes Euangelium

X

Chri-

Christi, pertinet. Estque Euangelium salutis, hoc est, potentia Dei ad salutem omnium credenti, vbicunque locorum, & quocunq; tempore prædicetur. Debat igitur Fanaticus hoc obseruare, quòd Euangelium prædicatum sit ipsissimum Iesu Christi Euangelium, & non solum aut tantum vox humana. Sic enim DOMINO Deo nostro visum esse, inquit Paulus, scientissimus Apostolus, vt qui in tertio cælo fuerit, & immediatè à Christo iam glorificato Euangelium didicerit: quod per stultam prædicationem (scilicet, quæ videtur hominibus stulta, sed reuera est sapientia Dei) saluos facere credentes. Grauius itaque errat iste Schuuenckfeld. & omnes præstigiatores similes, quòd suis perturbatis caputibus, tantum considerant sonum vocis absque Christo, cum quidem Euangelium sine Christo non sit, quia est Euangelium Christi, & per prædicationem vult tradi Euangelium, & per hoc vult esse efficax, & homines regenerare atque saluare.

Si aliquis Secretarius vel Legatus mentem sui Regis aut Cæsaris exponit, an tu dices, nullam iis verbis inesse efficaciam, quia vili homuncio ista verba enunciarit? Sed Christus longè est excellentior & potentior, cunctis terræ Regibus.

Nominatur enim & est quoq; re ipsa, Rex Regum & Dominus Dominantium. Cum itaque prædicetur Euangelium Christi, & qui-

quidem ipsius nomine, ac dixerit se ei affuturum, an tu virtutem atque operationem salutis inde auferes? Est igitur valdè crassus Diabolus in hoc impostore, qui prædicat Euangelium Christi, ab ipso Christo auellit ac lacerat, ac si non esset virtus Dei, quia per creaturam traditur. Atqui hæc est Christi constitutio atque ordinatio, vt dictum, quod per prædicatum suum Euangelium, vult saluos facere omnes credentes: Nouit autem Satan, sic exibilato, euacuato atq; exinanito prædicato Euangelio Christi, faciliè in cõtemptum venire prædicationem verbi diuini, tardè illud audiri, nihilque fieri, & sic subire spiritum mendacem, variisque erroribus miseros homines implere atque dementare. Et ad illum ipsum scopum, iste verus & mendax spiritus, vnicè collimauit: Nam irridet definitionem luculentam & veram à Luthero traditam: *Euangelium nihil aliud est, quam prædicatio de Christo Dei & Davidis filio, vero Deo & homine, qui pro nobis moriendo & resurgendo, omnium hominum, qui credunt in ipsum, peccata, mortem, & damnationem superauit ac sustulit.* Sed consistit ea descriptio, quia ex verbo Dei deprompta atque extracta est. In margine quoque Schuuenckfeld. annotat: Euangelii prædicationem, solo nomine esse Euangelium, quia videlicet iste spiritus separat Euangelium & Christum, vocem hominis, & ordinationem ac promissionem Christi, cum Euangelium

quod prædicatur, id quod fideliter ac sæpè inculcandum est, sit Euangelium Christi, quod iussu ipsius traditur, & cui ipse adest, & per hoc verbum prædicatum operatur salutem, ac distribuit atq; largitur remissionem peccatorum, vitam æternam, Spiritum sanctum, consolationem in omnibus ærumnis & tentationibus.

Manifesta quoque calurnia Pauli & mendacium impudens est, quod Schuuenckfeld. inquit, aut potius delirat, in hoc celebri & dulcissimo dicto, *Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti*, Rom. I. Apostolum Paulum nō loqui de orali, prædicato aut scripto Euangelio, sed de æterno atque essentiali Euangelio Dei, quod est virtus Dei essentialis, ac Iesus Christus ipsemet: Nam modò quis oculos sanos habeat, mox primo eius loci intuitu, perspicit, S. Paulum his verbis non de alio, quàm de prædicato Euāgelio, quod ipse suo ore effabatur ac tradebat hominib. quocunque locorum veniret, loqui, quia inquit: *Gracis, Barbaris, sapientibus ac insipientibus debitor sum* (scilicet ad prædicandum hoc Euangelium Christi, id quod ibidem vocat, impetiti donum spirituale,) *Itaque quantum in me est, promptus sum & vobis, qui Roma estis, Euangelizare* (hoc est, prædicare Euāgelium Christi) *Non enim erubescō Euangelium Christi* (Audi manifestè testatur se prædicare, docere, tradere Euangelium Christi optima cōscien-

tia-

tia, & hic rationem istam grauissimam subiicit) *Virtus enim Dei est, ad salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco*. Non igitur hic de alio, quàm de prædicato Euangelio differit ac docet Paulus, quod nimirum hoc ipsum Euangelium Christi, quod ore sonet ac tradat, sit potentia & virtus Dei, qua homines credentes saluentur. Et in eadem epistola capit. 10. eandem rem declarat: *Quomodo inquit, credent, absque prædicante?* Item, *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*. Et I. Cor. I. Deum ait, *per prædicationem saluos facere credentes*.

Monstrum itaque monstrofi capitis est, hoc prædicatum Euāgelium Pauli, esse ipsam Dei essentiam, & ipsam Christi substantiam. Equidè inficiari non poterit Fanaticus, Christum prædicasse Euangelium. Num igitur essentiam suam effudit, quoties saluarem Euangelii doctrinam proposuit? Num & Apostoli verum Christi Euangelium ore corporali effantes, ipsam Dei essentiam, ipsamque Christi substantiam elocuti sunt? Vbi verò sic loquitur scriptura? Verum ista omnia directa sunt ad extenuandum atque annihilandum prædicatum Dei verbum, quo obtento, vicerit Satan, & perierit homo.

Osiander insaniebat: *Nos non passione atq; obedientia Christi, coram Deo iustos esse, sed ipsa essentiali Dei iustitia*. Ideo ulterius inferebat: *Frigidius glacie docere eos, qui dicerent, Nos sola*

fide in Christum iustificari. Hoc pacto Satan volebat nobis pfodere Pauli scripta, & ipsam quoq; Augustanam confessionem. Sic vides & hunc fanaticum spiritum ex Euangelio prædicato, facere Euangelium essentiale Dei, ipsamq; Dei essentiam, vt nimirum hoc pacto in contemptum adducat ipsam Euægeli prædicationem, quicquid tandem, more præstigiatorum solenni, postea de eius vsu (externo saltem) blateret.

III. Solius Dei est, corda hominum mutare, & salutem cordibus immittere.

Lutherani prædicatores non sunt Di.

Ergo prædicatum ab ipsis Euangelium, non mutat corda, nec salutem eis affert. Schuuenck. ibid.

Resp. Conclusio prorsus ineptè attexitur, quia non continetur in præmissis. Subiectum Minoris, quod etiam cõclusionis subiectum esse debebat, loquitur tantum de ipsis concionatoribus. Ergo sic debebat inferri: *Quare ipsi prædicatores non possunt hominum corda immutare, ac salutem eis impertiri.* Et eiusmodi conclusio subsisteret. Non enim homines, sed Deus homines regenerat, & sanctificat & saluat. Hoc igitur extra controuersiam hic verifatur.

Est autem hoc quoq; monendum: Maiorem non esse plenam aut explicatam. Necessè enim addi, iuxta ipsius Dei beneplacitum, ordinationem & constitutionem, per verbum nimirum & sacramenta. Sic enim Christus

rus ait: Docete & baptisate. &c. Qui crediderit, (prædicatione pœnitentiæ & remissionis peccatorum, in nomine Christi, vt antea dixerat, Luc. 24.) saluus erit. Et 1. Corinth. I. perspicuè dicitur: Sic Deo visum esse, per prædicationem saluos facere credentes.

Sed iste noster nouus Doctor, prædicatum verbum infestat, hoc molitur de sua dignitate trahere. Age igitur veniat in medium, locoque Minoris ponatur sic: *Prædicatum Euangelium non est Deus ipse.* Est autem & hoc verum, si doctrinam ipsam per se cõsideres. Sed sequitur ne inde? Ergo Deus absque medio verbi sui regenerat atq; saluat? Nequaquam. Nam quod Euangelium saluat, affert remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, & vitam æternam, hoc inde est, quod Deus hoc medium ipse ordinauit, & per hoc verbum, (& non per peculiare speculationes, afflatus, raptus, extra verbum, & sine verbo Dei) vult homines saluos facere, id quod expressa, & luculenta scripturæ sacræ dicta te stantur, quorum suo loco quædam sunt annotata.

IIII. Tribuere creaturis cœlestia & spiritualia bona, est à Deo deficere, est Idololatria.

Sed asserere, per prædicatum Euangelium dona cœlestia & spiritualia distribuere, est creatura tribuere, quod est Dei.

Ergo hoc est à Deo deficere, & Idololatriam statuere. Schuuenck. ibid.

Respondetur. Maior est indistincta & inex-

plicata. Necessè est igitur addi : Tribuere creaturis cœlestia & spiritalia, scilicet, absq; verbo Dei, & sine Deo per hoc medium operante. Alia verò res est, quãdo Deus ipse verbum suum addidit alicui creaturæ seu medio; & iuxta suum verbum per hoc medium operatur atq; efficax est, vt Christus clarè inquit; *Nisi quis renatus fuerit aqua & spiritu, non potest intrare regnum Dei.* Iohan. 3. Iam verò iste Schuuenckfeld, præfractè pernegat, per aquã regenerationẽ dari. Arguit igitur Christum pro sua ferocia atque impudentia, audacter mendacil, quem tamen, vt veracem præceptorum, Paulus inter Apostolos haud postremus, imitatur, eadẽmque asserit, vt *Ephes. 5.* disertis verbis inquit; *Christum Ecclesiam suam sanctificare, eamque mundare lauacro aqua in verbo.* Quid autem potest dici clarius, quã Christum per verbum & aquam cœlestia dona conferre? Idem repetit ad Titum: *Saluos, inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti.* Ecce docet, Spiritum sanctum per lauacrum nos regenerare. Ista igitur duo hic coniunguntur. Similiter *1. Corinth. 1.* docetur: *per prædicationem, Deum saluos facere credentes.* Item *Rom. 10.* *Fidem esse ex auditu.* Et tamen contra ista tam luculenta testimonia, audet noster Fanaticus eblaterare, Probari nõ posse: Deum operari nostram salutem per corporalia media, imò asseuerat, esse sophistica media, quæ nos proferamus.

Sic

Sic enim docet istum spiritum, obloqui Spiritui sancto, eiq; in os obstrepere, nec audire obstructis auribus, quid verbum Dei dicet.

Minor autem palam falsa est. Nam Deus sic ordinauit, quod velir per prædicatum verbum, homines saluos facere, *1. Corinth. 1.* Non igitur prædicatio verbi Dei, absque Dei ordinatione, inuisu, promissione est consideranda: Deo enim sic visum est, & ipse suo prædicato verbo adest, perque illud operatur.

V. Quicquid Deus operatur, id non efficit creatura.

At 1. Corinth. 12. scriptum est: Deus operatur omnia in omnibus.

Ergo per prædicatum Euangelium Dei, non dantur cœlestia bona. Idem.

Respondetur ad Maiorem. Aliud est dicere de efficiẽte causa, aliud de medio, per quod efficiens agit & operatur,

Minor loquitur de efficiente, neque excludit medium, per quod ille Deus operatur, *1. Corinth. 1.* autem de medio, perspicuis verbis differitur, & sic instituitur tota Christi Ecclesia, quòd Deus per prædicationem saluos faciat credentes. Necessè igitur est, haud oscitanter attendere, quid verbum Dei de tantis rebus proferat. Conclusio itaque est vanum commentum, imò blasphemia istius præstigiatoris.

VI Tantum Deo credendum est,

Sed Christus iubet Euangelio credere.

Ergo

Ergo Euangelium iuxta suam essentiam est Deus, & spiritualis Christus, & non externum verbum, seu prædicatio de Christo. Idem. Germa. Theologia.

Respondetur ad Maiorem. Omnino tatum Deo credendum est. Sed quando verbo ipsius creditur, fides Deo nititur, qui suam voluntatem verbo certo declaravit. Sic subditi suo Domino, liberi suis parentibus debent carnaliter credere. Verum quando verbis ipsorum aut literis fidem adhibent, tum iudicantur & dicuntur ipsis dominis & parentibus credere. Eadem est ratio cum Deo. Nam extra verbum à Deo patefactum, nemo hominum Deum nouit. Quando igitur ipsius verbo credimus, in Deum credimus, qui verbum illud nobis proponit. Enthusiasticum autem profus est, credere Deo absq; ipsius verbo. Equidem Christus inquit: *Agite pœnitentiam, & credite Euangelio.* Euangelium autem vocat, doctrinam de Christo Salvatore mudi. Item, *Iohan. 2.* dicitur: *Crediderunt discipuli scripturæ & sermoni, quem dixit Iesus.* & *Iohan. 4.* *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus.* Hic fides clare nititur scriptura, item sermone Christi, ac tribuit Christo Deo, duo, Veritatem nimirum & Omnipotentiam.

Quod ad Minorem, iubet Christus credere suo prædicato Euangelio, & nusquam Christus, semetipsum ratione suæ essentia, appellat Euangelium, id quod est certissimum. Vanitas

nititas itaq; est vanitatu illatio illa Schuuenckfeldii, suntque meræ illusiones Satanicæ, ad extenuadum prædicatum Euangelium Christi directæ.

IOHANNEM BAPTISTAM
non prædicasse Euangelium.

I. Quicumque viam Christo parat, is non docet Euangelium.

Iohannes Christo tantu viam preparauit iuxta Prophetiam.

Ergo Ioannes non docuit Euangelium. Schuuenck. Epist. 25.

Respondetur. Maior est somnium capitis Schuuenckfeldii. Vbi enim sic loquitur sacra scriptura? Imò quia Iohannes suo toto ministerio, hoc est, voce & prædicatione de Christo & Baptismo, parat Christo viam: Ergo omnino Euangelium docuit. Quid enim est Euangelium, nisi lætum nuncium de remissione gratuita peccatoru, per fidem in Christum? Sic Angelus inquit: *Annuncio vobis gaudium magnum. q; erit omni populo. Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David.* *Luc. 2.* Hicce igitur verbis Angelicis, describitur Euangelii natura & proprietates, quod nimirum sit concio de Christo, Salvatore hominum. Et quis inter sanos, & paululum in sacris rebus intelligentes homines, negabit, illa dicta esse Euangelicissima: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi,* Iohannis.

Item,

Item, *Qui credit in Filium, habet vitam eternam*, Iohann. 3. Item, *Agite penitentiam, appropinquavit enim regnum cælorum*, Matth. 3. & similia. Vanissima itaque est fanatici illatio.

II. *Euangelium affert remissionem peccatorum, pacem conscientia, latissimam spiritualem in corde, iustitiam Dei.*

Sed ista per officium, predicationem & ministerium Iohannis nemini contigerunt.

Ergo Iohannes non prædicavit Euangelium. Ibid.

Respon. Minor est somnium, imò mendacium Schuuenkfeldii cōtra luculentissimam concionem de officio Baptistæ, dictante Spiritu sancto prolatâ ex ore Zachariæ. Sic enim is inquit: *Et tu pater* (Audi alloquitur Iohannem) *Propheta altissimi vocaberis. Præibis. n. ante faciem DOMINI, parare viam eius: Ad dandam scientiam plebi eius in remissionem* (Notabene) *peccatorum eorum, per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto*, Lucæ. 1. Quid vero dici potest clarius, quàm Baptistam docturum plebem de præsentem Messia ad remissionem peccatorum. Huic igitur testimonio potius habeamus fidem, quàm vagabundi hominis deliramento. Item, docuit Iohannes de pœnitentia homines. At pœnitentia cōtinet duas istas insignes partes, contritionem ac fidem, quam sequi debet nova obedientia, Palàm igitur inquit: *Qui credit in Filium, habet vitam eternam*. Ergo omnes hule

huic voci credentes, sine dubio fide in Christum, consecuti sunt remissionem peccatorum & vitam: Non enim quasi cassas nuces sparsit Iohannes, sed efficacem doctrinâ proposuit. Fuit enim doctrina ipsius, non hominum, sed ipsius Dei.

III. *Quicumque testatur de luce, is non tradit Euangelium.*

Iohannes Baptista testificatus est de luce. Iohannis 1.

Ergo Iohannes non docuit Euangelium. Ibid.

Responderetur. Maior est fanatica & falsissima. Vbi enim sic loquitur scriptura sancta? Imò quia Baptista sua voce totoque ministerio commonstrabat Christum: ideo prorsus Euangelicus erat Doctor. Prædicat enim idem quod Apostoli, nempe quod iste Iesus, qui præsto esset, quemque digito commonstraret, esset *Agnus Dei, tollens peccata mundi*. Item, *Quod omnis in eum credens habeat vitam eternam*. Neque est aliud Euangelium in hoc mundo. Sic Paulus inquit: Se Euangelium prædicare de Filio Dei, nato ex semine David secundum carnem, & quod omnes per fidem in ipsum iustificentur gratis, sine operibus Legis, Rom. 1. & 3. An verò non est Euangelium, quod Angelus Dei ait, se Euangelizare de nato salvatore Christo DOMINO? Lucæ 2. At eandem Lucem, eundem Salvatorem Christum & DOMINUM, Iohannes quoque Euangelizabat.

IIII. *Qui*

IIII. Qui ignorat Christum, is non potest Evangelium docere.

Iohannes ignoravit Christum, sicut ipse inquit. Ego nesciebam eum, Iohan. I.

Ergo Iohannes non potuit Evangelium predicare. ibidem.

Respondetur. Sunt quatuor termini. Nam hæ voces: ignorat Christum: aliter in Maiori, aliter verò in Minori accipiuntur.

Nam in Maiori, de totali ignoratione dicitur, & sic ea est vera. In Minori autem non dicitur de totali ignoratione Christi, sed quod ad faciem duntaxat attinet: Nam Ioannes excitus voce diuina, prædicabat ipsius Messie exhibitionem ac præsentiam: Oprimè igitur ac firmissimè sciebat ac tenebat istum fidei articulum, Christum esse præsentem, expiaturum iam suo sacrificio peccata totius mundi. De facie autem eum nondum nouerat, antequam ad Baptismum, ad eum veniret. Nam licet Iohannes educatus esset in deserto, à teneris tamen annis institutus fuit, de Messie exhibitione, & quod ipse futurus esset ipsius prodromus, suoq; ministerio ipsam indicaturus & prædicaturus esset. Christus verò in sua inenarrabili humilitate, vsque ad trigésimum suæ ætatis annum, ita se gerit, vt penè omnibus hominibus excideret memoria earum rerum, quæ in sua natiuitate gesta erant, ac pauci sancti homines priuatim adhuc reliquias spei de Messia exhibitæ, in suis peccatoribus

ribus conferuarent. Non igitur fuerunt familiariter coniuncti isti duo heroes Christus & Iohannes, in isto annorum curriculo, licet essent sanguine iuncti, donec ad publicum docendi ministerium, veluti è tenebris in lucem producti fuissent. At sanè miranda res est, quod Iohannes vocante & mādante Deo, iubetur ordiri publicam concionem de præfente Messia Saluatore mundi, antequam de facie eum cognouisset. Sed consilium Dei rectissimum est, qui vult homines niti suo verbo, licet non semper videant oculis corporalibus, quæ Deus iubet proponi. Fuit igitur hæc ignorantia Christi non rei ipsius, sed faciei tantum Christi.

At, Christo accedente Iohannem in ripa Iordanis, mox intra se lucem diuinam concipit Baptista, vt eum agnoscat pro Messia, & verecundè recuset ipsius baptismationem, imò vtrò petat ab ipso Baptismum. Postea vero Iohannes obsecundans Christi monitioni & institutioni, conspicit mirandam Dei patefactionem. Panditur enim cælum, vt Iohannes in hiatus ingentem cœli oculos defixos haberet. Ibi verò cernit ipsum Spiritum sanctum specie columbæ descendentem, atque insidentem Christo, spectaculo omnium amœnissimo ac dulcissimo, & insuper audit sonoram ac Maiestaticam vocem Patris cœlestis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi beneplacitum est*, Matth. 3. Huc igitur Christum postea

postea ardentius Iohannes, etiam exerto digito ostendit: *Ecce, inquit, hic est Agnus Dei, tollens peccata mundi.* Quapropter non obtinet suum fanatissimum Schuuenckfeld, ex illo allegato textu. Tantum enim Iohannes significat, se de facie eum non nouisse, quem tamen viva voce & Baptismo doceret esse Messiam præsentem, promissum toti generi humano. *V. Qui non baptizat Spiritu sancto & igne, is non docet Euangelium.*

*Iohannes non baptizat Spiritu sancto & igne.
Ergo non docet Euangelium, ibid.*

Respondetur. Maior prorsus est fanatica & falsa. Eadem enim ratione & de Apostolis dicendum esset, quod non docuissent Euangelium, quia ipsi non effudissent Spiritum sanctum visibiliter in homines. Vinculo igitur Maioris subtrahito, dissoluitur stramineum ædificium Schuuenckfeldii.

VI. Baptizatos à Iohanne, oportuit rebaptizari in nomine Christi, Act. 19.

Ergo Iohannes non predicauit Euangelium. Ibid.

Respondetur. Sunt mera portenta rerum. Vbi enim hoc scriptum est, oportuisse omnes à Iohanne baptizatos denuò baptizari? Nusquam hoc dicunt aut docent sacræ literæ. Sed vnum exemplum inquit, Act. 19, narratur. Respondetur: Vnum eiusmodi exemplum non statuit Regulam vniuersalem. Nam in hoc exemplo dicitur, quod illi baptizati, ne audi-

audierint quidem de Spiritu sancto. At Iohannes docuit de Spiritu sancto. Quare licet illi prætendant, se Iohannis baptizate tinctos esse, tamen apparet, quod ab aliquibus æmulatoribus Iohannis sint baptizati: Quare cum ritè baptizati non essent, non quidem rebaptizati sunt, sed nunc primùm verè baptizati sunt. Si autem omnes à Iohanne baptizati, denuò baptizandi fuissent, non tacuisset hoc Christus, neque Apostoli.

DE CHRISTO IESU.

Carnem Christi non esse creaturam.

QVOD SPIRITVS SANCTVS
corpus Christi in & ex Maria virgine, Non
creârit, & quod caro Christi
non sit creatura.

I. Creatura dicitur, quæ ex opere creatoris Dei in sex diebus, ubi cuncta sint creata, prouenit.

Iam verò Christus iuxta suam carnem, non habet originem ex opere sex dierum creationis.

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck, in 12. causis. In conf. mag. 1. parte.

Respondetur. Est fallacia ex falsa definitione, Maior itaq; continens *ούτως* Argumenti non subsistit. Nam vide quid importet ista definitio? Si creatura est, quæ ex opere creationis prouenit, Ergo prima illa creatio, & quæ ibi immediatè à Deo facta sunt, non possunt

dici creaturæ, quia Schuuenckfeld, hic asserat, tantum eas creaturas dici, quæ ex opere, (Nona ex opere) creationis proueniunt. Ergo cælum & terra, & reliqua ibi facta, non sunt creaturæ Dei. Hoc si negat Schuuenckfeld, sequi, ambiguitatem sibi imputet. Fortè autem secundas, vt sic dicam, creaturas, sic voluit definire, quæ nimirum à primis illis creaturis factis initio sex diebus, naturali ordine descendunt. Nec hac ratione valeret ista definitio, quia generalem definitionem creaturæ vult exhibere.

Deinde quod addit: Creaturam tantum hanc esse, quæ iuxta ordinationem Dei, sanctam in prima creatione, ex factis & creaturis à Deo, iuxta naturalem propagationem specierum, aut naturalium causarum in hoc mundo effectum sit, hoc habet incommodum, quod Deum profus alligat causis secundis, quasi non possit, neque velit quicquam in hoc mundo, præter & supra, imò etiam contra naturalem processum agere, id quod tamen plurima exempla, quæ sunt subsequuta, refellunt, vt quod panis ex nubibus pluit contra naturalem procreationem panis. Aqua ad iussionem Dei ex durissimo lapide exiit, tanta abundantia, vt numerosum exercitum populi Dei exariare posset, id quæ sine naturali ratione. Virgula Aaron floret contra naturalem modum florendi: Ex puluere terræ iussu ac digito Dei, sicut pediculi totam Ægyptum inua-

inua-

inuadentes & affligentes. Columba ex cælo deuolat, non nata ordine naturali. Angeli specie virili apparent, sine virili semine facti, &c. Nam etiam Omnipotens Deus sanxit hunc ordinem, vt naturaliter ex mare & formella fieret propagatio specierum in animalibus ex semine herbæ & arbores prouenerent: tamen libertas Deo nequaquam est adempta, vt, si velit, præter rerum seriem possit agere, producere, creare quælibet. Sic ex baculo verum serpentem, & ex serpente viuo rigidum baculum potuit efficere. Igni vim adurendi ademit aliquoties, vt historia Eliæ & sociorum Danielis declarat. Quare Schuuenckfeldiana definitio creaturæ partim perplexa, partim etiam imperfecta est. Vera autem & propria creaturæ definitio hæc est: Creatura est, quicquid non est Deus, & in tempore cœpit.

Nam infinitum discrimen est inter creatorem & creaturam. Solus etiam Deus ab æterno existit. Omnes autem creaturæ cœperunt, & habent sua initia adhuc in tempore. *Qui creat omnia, Deus est.* Hebræ. 3.

Minor est fallacia secundum non causam. Nam licet præter rerum seriem, & non per omnia iuxta naturalem ordinationem, homo creatus est in utero Mariæ virginis, non tamen hinc sequitur, eum hominem, non esse creaturam. Nam creatura est, quicquid non est Deus, & in tempore cœpit. Sed natura

Christi humana, nõ est ipsa sua essentia Deus, & cœpit in & ex vtero Mariæ in tempore. Ergo natura Christi humana, verè est creatura. Deinde & sic falsa est Minor: Licet enim non per omnia in Christi incarnatione, obseruata sit naturalis ordinatio, hoc est, non sit ex semine virili conceptus, attamen est ex semine mulieris, *Genes. 3.* Ex semine Abrahæ, *Genes. 22.* Et ex semine Dauid, *Roman. 1.* Verè conceptus, & altus in vtero naturaliter sanguine Mariæ, & post natiuitatē lacte eiusdem nutritus. Ex parte igitur naturaliter est concepta humana Christi natura, quia ex semine mulieris desumpta est. Hoc autem effecit virtus altissimi, qui omnia potest in omnibus creaturis. Vt etiam Gabriel pronunciat: *Non est impossibile apud Deum omne verbum.* Insuper Christus frequenter sese vocat filium hominis. Sed filius hominis est creatura, Ergo & humana in Christo natura, verè est creatura: Imò si non esset creatura, non esset nobis hominibus similis carne & anima, & esset alia noua species hominis, extra creaturas posita: Et sic non esset reuera semen Abrahæ & Dauid. Non esset verè semen mulieris, non esset noster frater naturalis, eaque ratione nobis miseris hominibus, consolatio & fiducia in hunc saluatorem, maxima ex parte deperiret. Imò quod auditu abominabile foret, non esset noster Messias. Ratio est, quia Messias talis nobis ex ore Dei promissus est, qui sit natura-

le se-

le semen mulieris, & naturale semē Abrahæ. Sed Schuuenckfeld. contendit, Christum iuxta suam carnem, non esse creaturam. Ergo id sequeretur, quod adstruximus. Vanitas itaque vanitatum est conclusio.

Porro in confessione magna parte prima, diluere conatur Schuuenckfeld. atque infringere eam definitionis creaturæ partem, quod quicquid in tempore cœpit, sit creatura. Primum, Quia inquit, Non omnes homines sint Adamicæ creaturæ, nec omnis humana caro sit creata caro. Verum præstigiator hoc non probat vllò scripturæ dicto. Deinde inquit, Duplex esse id quod cœpit, nempe q̄ iuxta ordinem creaturæ cœpit, & supra ordinem naturæ cœpit, vt sit Christi conceptio. Verum licet caro Christi à Spiritu sancto concepta sit, & non ex viro naturali ordinatione Dei, attamen ex Mariæ semine facta est cœceptio, & verè est semen mulieris iuxta scripturam. Posita enim efficiente causa, non tollitur materia ex qua. Denique Fanaticus hic delirat amplius, negans fidem aut Ecclesiã, esse creaturas, stultitiam suam patefaciendo.

Eludit ibidem & hoc principium: Omne quod est aut creator est, aut creatura, quia dicit, etiam esse Patrem, qui generet filium, & spirituales filios per baptismum gignat. Sed subsistit hoc principium. Nam Pater, Filius & Spiritus sanctus est vnus Deus, & est creator, & spiritualis regeneratio, est opus illius

creatoris. Quod vero inficiatur itidē fidem, & nouam Ierusalem non esse creaturas, figmentum est præstigiatoris.

II. Quicquid Ecclesia non admittit, id reprobandum est.

Sed Ecclesia non admittit dici: Christum esse creaturam.

Ergo Christi caro non est creatura. Ibid.

Respondetur ad Minorem. Arius istā propositionem attulit in medium, idq; dolo malo, vt videlicet ista generali & indistincta locutione, derogaret Christo suā diuinitatem, atque conuinceret, nihil eum præter creaturam existere. Propter istam itaque fallaciam, pia antiquitas eam propositionē reiecit. Alia autem res est, quando distinctè, determinatè & explicatè dicitur, Christum secundum carnem, aut secundum humanam naturam esse creaturam. Hæc enim asseueratio vera & immota est, quam & pia antiquitas ingenuè ac piè professā est, & constanter defendit atque tenuit, id quod ipsorum scripta luculenter docent. Quare conclusio nihil facit ad delirium Schuuenckfeldii confirmandum, quia Ecclesia antiqua non reiecit istam Arii propositionem: Christus est creatura: quia caro Christi non esset creatura, sed quia Arius eo pronunciat, ipsam diuinitatem æternam Christo vellet detrahere. Verriginem, itaq; suam nosser hic impostor abundè prodit.

III. Quicquid non habet suam Originem à
crea-

creatura, sed à Spiritu sancto conceptum est, id non est pro creatura reputandum.

Sed Iesus Christus, iuxta humanitatem suam non habet suam Originem à creatura, verum à Spiritu sancto conceptus est.

Ergo Christus iuxta suam humanitatē, non est pro creatura reputandus. Schuuenck in 12. causis. In conf. mag. 1. part. § 2. part. Item clara testim.

Respondetur. Maior est fallacia secundum non causam, eamque ob rem falsa. Nam potest aliquid non habere suam originem à natura, atque à Deo effectum esse, & tamen esse creatura reuera, vt cælum ac terra non habent suam originem à creatura, & tantum ab Elohim condita sunt, & tamen reuera sunt creaturæ. Nam Deus ex nihilo, hoc est, nulla præexistente materia, ea fecit, *Genes. 1.*

Deinde perplexitas est in hisce verbis: *Originem habet*: Nam vel de efficiente, vel de materiali causa vlurpari possunt: In Maiori autē videtur Schuuenckfeld. ista locutione pro causa efficiente vti, videlicet: *Quicquid non effecit creatura aliqua, sed Spiritus sanctus, id non est creatura.*

Quod autem eiusmodi asseueratio pugnet cum articulo creationis, manifestum est: *Qui enim creauit omnia, Deus est*, Inquit epistola ad Hebræos cap. 3. Et tamen sunt creaturæ, quæcunq; Deus fecit in tempore. Simili ratione, si de materiali causa accipias, tali pacto: quod non sit creatura, quod non habet materiam à

creatura, sed à Deo effectum est, vanitas manifestè se prodit contra Dei creationem, Genesios primo descriptam, Maior itaque est cerebri Schuuenckfeldiani crassum deliramentum, & hoc fulcro subtrahcto, aut sua ipsius putredine collapso, totum ædificium corruiere necesse est.

Quod ad Minorem, verum atq; immotum est ex Dei verbo, humanitatem Christi à Spiritu sancto conceptam, eamq; non effectam esse ab vlla creatura, Angelus enim ex cælo veniens, hoc arcanum dilucidis verbis reserat atque exponit, quando stupenti & impossibilitatem oblicienti Mariæ, ista sublimia verba affert: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, Luc. 1. Constat itaque causam efficientem humanitatis Christi in Mariæ utero, esse Spiritum sanctum, Sic idem Angelus eandem sententiam Iosepho aperit his verbis: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Sed quod ad materialem causam attinet, simul hoc quoque verum atque immotum est, humanam naturam Christi ex semine tantum mulieris desumptam, & operatione altissimi formatam esse. Hoc enim vox Dei immediate in paradiso post lapsum prolata, clarè ac disertè docet: *Semen mulieris conteret caput serpentis*, Gen. 3. Non autem inquit Deus, semen viri, sed mulieris. Sic enim erat à Deo conclusum, ut Almah, hoc est intemerata virgo conciperet, & pareret filium. Esa. 7.

Hæc

Hæc vberius confirmantur & elucidantur in historiis, Luc. 1. Matth. 1. Aliàs verò Messias & semen Abrahæ appellatur *Genes. 22*. Et German David *Jerem. 23*. Item, Semen David *Roman. 1*. propter eandem rationem, nimirum quod non solum ex semine Abrahæ & David Patriarcharum Christi, ipsa Maria prognata est, sed etiam quod reuera ex semine Mariæ Christus, secundum carnem conceptus est. Virtus autem & opus altissimi est, quod in pura virgine, desumpsit semen, atq; inde hominem verum corpore & anima formavit, & quidem quoddam filius Dei æternus, in personæ suæ diuinæ vnionem, hanc ipsam naturam humanam assumpsit, ita ut eo ipso momento, quo decerptum est semen illud virginis, in vnionem illam hypostaticam sit acceptum, nec persona personæ sit iuncta, sed natura humana personæ filii Dei æternæ unita sit: Vna enim duntaxat est persona DOMINI nostri Iesu Christi, ac duæ eius naturæ diuina & humana, indissolubiliter atque inconfuse iunctæ atque vnitæ. Conclusio igitur suis destituta neruis, abit in fumum euanidum.

III. Quod sacra scriptura non docet expressis verbis, id non est assenserandum.

Sed sacra scriptura non dicit, carnem Christi à Spiritu sancto esse creatam, sed conceptam à eo.

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck ibidem.

Z 5

Resp.

Respondetur. Maior est fallā. Nam si in sacra scriptura æquipollentia reperiuntur, aut perspicua & firma consequentia ex ea extrui possunt, tūm omnino ea quoque sunt asseueranda & credenda. Hinc Paulus præcipit, vt Prophetia seu doctrina sit analogā fidei. *ROMAN. 12.*

Deinde quod ad Minorem. Verum est in scriptura sacra, non extare ista verba expressè posita: *Caro Christi a Sp. S. est creata*: Attamen æquipollentia, & ex quibus ista possunt ac debent ex sui, abundè haberi, vt: Christus debet esse mulieris semen, Abrahæ semen, Germen David. Sed semen mulieris, item semen Abrahæ, est creatura. Quo enim alio nomine hoc semen humanum censebis? Ergo Messias in eo, quo est semen mulieris, est creatura, non est sua substantia Deus, & cœpit in tempore. Quid potest euidentius dici?

Neque id tollit rationem creaturæ, quod Schuuenckfeld. inquit: *Carnem Christi de Sp. sancto conceptam*. Nam operator conceptionis est quidem Spiritus S. teste Angelo cœlesti, sed concipiens est Maria virgo. Quid autem conceperit ratione carnis, audi ipsius Dei vocem & declarationem, nempe semen mulieris, semen Abrahæ, semen Davidis: Ergo conceptio Christi quod ad carnem, facta est ex materia seminis mulieris, quia Messias debuit esse iuxta carnem, naturalis filius Abrahæ, sed duntaxat ex virgine pura, non ex virili semine, sed

sed mystico spiramine, Vt Ecclesia canit. Viget autem Schuuenckfeld. in primis causam efficientem, nempe Spiritus S. operationem atq; efficaciam, & interea negligit causam materialem, ex qua caro Christi desumpta est, quæ non minus illustra in sacris literis habet testimonia, vt indicatum est, quàm efficiens causa, hac quidem in parte. Posita igitur efficiente causa, nō tollitur materialis ex qua, præsertim vbi ea quoq; in sacris literis exprimitur, vt hic fit. Imò attendant lectores: Schuuenckfeld. id vnum viget vehementissimè, Non extare in sacris literis expressè ista verba: *Carnē Christi esse creatam, sed de Spiritu sancto conceptam*: Iam si quis regerat, nec ista verba in sacra scriptura ita expressa extare: *Carnem videlicet Christi de Spiritu sancto conceptam*, quid diceret? Num paritūre retundendus esset? Num Angelus ad Mariam inquit: *Ecce concipies & paries*. De Spiritu sancto verò ait: *Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*. *LUC. 1. &c.* *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* *MARTH. 1.* Sed nos scimus, Dei beneficio, rem ipsam in sacris literis contineri, & rectè Ecclesiam Christi in symbolis & alias profiteri. Christum conceptum de Spiritu sancto, qua videlicet hanc admirandam conceptionem in vtero Mariæ operatus est, sed materiam carnis Christi, ex femine mulieris decerpit, & hominem cum corpore & anima formauit, qui in unionem perfo-

personæ filii Dei ipso momento conceptionis, est assumptus. Item Angelus vitæ verbis vitatur, quæ naturalem filium, ex carne Mariæ progeneratum, significat. *Concipies*, inquit, itē, *paries, nasetur ex te*. Luc. 1. Item, *ex qua natus est*. Item, *Quod in ea natum est*. Matth. 1. Ista autem non significant, Mariam fuisse tantummodò veluti canalem, per quem Christus transierit (vt nonnulli hæretici olim nugati sunt, & quidam Anabaptistæ nostro etiam tempore blasphemârunt.) sed filium Dei carnem ex Mariæ carne, seu semine desumpisse: Verè enim Messias noster debuit esse semen mulieris, iuxta antiquissimam de ipso Prophetiam. Et Elisabeth plena Spiritu sancto, Mariam non tantum matrem DOMINI (scilicet naturalem vbi infans erat ex semine Mariæ) absque omni trepidatione appellat, sed etiam præmittit huius consequentiæ, antecedens seu causam, inquit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*. Loquitur autem de vero ac naturali fructu ventris Mariæ, hoc est, ex semine Mariæ procreato, licet id factum sit ex admiranda Dei virtute altissimi, quod procul dubio Maria, ei postea in familiari colloquio piè & fideliter commemoravit.

Christus ipse, filium hominis se nuncupat. Quomodo autem naturalis & verus hominis filius esset, si ex materia sive matris, non fuisset progeneratus? Sic Galat. 4. scriptum est: *Vbi*
tem-

tempus impletum est, misit Deus filium suum natum ex muliere. Respexit autem procul dubio Apostolus, ad antiquissimam illam Prophetiam: *Semen mulieris conteret caput serpentis*.

Porro hoc quoque in hisce explicationibus prætereundum non est, carnem Christi ex substantia Spiritus sancti, tanquam materia, conceptum non esse, sed vt adstruximus, materiam carnis Christi ex semine mulieris, per virtutem & operationem Spiritus sancti decerptam.

V. Si Maria homini Christo, dedisset initium, tum sanè esset creatura.

Sed hominis Christi initium, non est à matre, sed à Deo Patre per Spiritus sancti obumbrationem.

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck, in confes. mag. part. 1.

Respondetur. Est fallacia secundum non causam. Nam falsum est principium quo nititur Maior, videlicet, quod quicquid non habet initium à creatura, id non sit creatura. Vbi enim hoc principium in verbo Dei extat? Cælum & terra, stellæ, Adam, non habent initium à creatura, sed immediatè per Deum facta sunt. Ergone non sunt creaturæ? Imò quia Deus ea fecit, & cœperunt fieri atque existere, idè sunt creaturæ, & nō sunt Deus. Sic caro Christi licet initium (sic vocat efficientem causam) non habeat ex matre, attamen cœpit fieri, non extitit ab æterno. Præterea ex semine
 Mariæ

Mariæ facta est, licet absque vitili copulatione. Ergo reuera est creatura, quæ facta est & coepit in tempore. Estque caro specie similis nostræ, sed absq; peccato, id quod nobis hominibus summæ est cõsolationi. Quod etiam absq; peccato nata est caro Christi, sanctificata per Spiritum sanctum, id quodq; nõ prohibet, quo minus creatura appellâda sit, id quod manifestum est. Quare abijt & ista vanitas Schuenenckfeldii in fumum, ac euanescit.

Vl. Quæcumq; est genetrix Dei, non est mater creatura.

Maria est Dei genetrix.

Ergo Maria non est mater creature. Non concepit, aut peperit ullã creaturam. Ergo caro Christi non est creatura. Schuenenck. in 12. causis.

Resp. Neganda est maior. Nam utræq; appellationes Mariæ attribuuntur. Nominatur enim mater DOMINI, & tamen eius foetus dicitur simul fructus ventris ipsius, hoc est, quod sit etiam mater hominis Christi, *LUC. I.* Quare dextrè intelligendũ est hoc eulogion, quod Maria dicitur genetrix Dei, scilicet illius Dei, qui factus est homo. Nequaquam enim hæc locutio, (quæ vera est, & rectè asserta atq; defensa est ab ecclesia sancta) nempe Maria est Dei genetrix, sic accipienda est, quod Maria tantum genuerit Deum, aut quod solummodo naturam diuinã genuerit, aut quod diuina Christi natura, primũ in Mariæ utero coepit existere, vt veteres & recentes nonnulli hære-

hæretici nugantur & blasphemât. Sed hæc est germana & ppria istius appellationis ratio, q̄ Maria sit genetrix Dei, qui ex ipsius carne carnem induit, vt nos carnales homines à peccato & morte liberaret. Nam filius Dei ab æterno genitus est ex substantia æterni Patris, & extitit persona secunda diuinitatis ab æterno. Non itaq; habet iste filius Dei, suam diuinam naturam, suamq; diuinam personam, ex carne Mariæ in tẽpore. Imò hic filius Dei Patris coessentialis & coæternus ipsi, est conditor totius mundi, & sic etiã creator Mariæ suæ matris. Sed iste filius Dei æternus, & hæc persona diuinitatis æterna, iuxta decretũ sacrosanctæ Trinitatis, in utero Mariæ, & ex ipsius semine, suscepit naturã humanam, hoc est corpus & animã, eaq; in vnionẽ personæ suæ diuinæ assumpsit & arctissimè copulauit, ita vt vna dũtaxat sint persona, natura filii Dei diuina, ex substantia Patris celestis genita, & natura humana ex semine Mariæ, virtute altissimi desumpta. Ex hac igitur hypostatica vnione duarum naturarum in Christo, est hoc verum, & immotũ eulogion, q̄ Maria sit genetrix Dei, sit mater Domini. Parit enim hæc personam, quæ est Deus, seu illa persona diuinitatis, quæ humanam naturam in sui vnionem assumpsit. Nam alias non potuisset Deum gignere.

Deinde verò ex hisce & illud liquet, q̄ Maria etiã sit mater hominis Christi, sed non tantũ hominis, nec solius aut nudi hominis, sed qui

qui etiam Deus est in vna persona. Si quis igitur simpliciter diceret: Mariam esse matrem creaturæ, haud dubiè erraret, quia intelligeret, Mariam solius & nudæ creaturæ matrem esse, seu TANTVM creaturæ matrem esse, id quod est falsum, & manifestè pugnat cum sacris literis. Quare explicatè dicèdum est: Mariam esse matrem hominis Christi, sed qui nō tantum sit homo, verum etiā Deus verus in vna persona. Item, Mariam esse matrē creaturæ sed non solius creaturæ, verum etiam creatoris & veri Dei, quia peperit personam quæ est & manet in omnem æternitatem verus Deus & homo. Iuxta diuinitatem quidem nulla creatura, iuxta humanitatē autem vera creatura. Persona autem ista Christi, id quod propter obtrusionem, repetendū videtur, nō est creatura sed natura illa humana in utero Mariæ assumpta in vnionem personæ filii Dei, est creatura, quia est ex spermate Dauidis; Rom. 1. Maior itaque est fallacia secundum non causam vt causam: Et si enim Maria est Dei genitrix, tamē inde non sequitur, eam non simul etiam genuisse hominem, qui iuxta suam naturam est creatura. Sic Christus ipse se nominat filium hominis, vti & erat reuera, sed non tantum homo, verum & Deus. Conclusio itaque vana & falsa est.

VII. *Quicquid est à solo Deo, & ad quod nulla creatura venit, id non est creatura.*

Sed caro Christi est ex solo Sp. S. & NVLLA ad eam creaturam accedit. Ergo

Ergo Christi caro nō est creatura. Schuuenck, in 12. causis. Item clara testimonia ex nouo Test. Item epist. 78.

Respondetur. Maior manifestè falsa & erronea est, quia primus impugnat fidei articulum de creatione. Nam cælum & terra ex nulla præexistente materia, solo Dei verbo condita sunt, & tamen sunt creaturæ. Hæc nemo poterit inficiari, nisi qui se Deo opponere velit.

Deinde & minor palàm falsa & erronea est. Nam licet caro Christi de Spiritu sancto sit concepta, & ille est causa efficiens istius incarnationis, tamen caro ista est ex semine Abrahamæ & spermate Dauid, & reuera est ex carne Mariæ desumpta, vt & Schuuenckfeld. supra dixit, eam cum additione carnis Mariæ factam. Quare materia carnis Christi est ex carne Mariæ, vnde & semen mulieris, & fructus ventris Mariæ, & filius hominis nuncupatur. Falsum itaq; est, quod nugatur imò blasphematur Schuuenckfeld. *NVLLA ad carnem Christi creaturam accessisse.* Nam posita efficiente, non statim tollitur causa materialis. Deus enim operatur & sine omni materia pro suo liberrimo arbitrio, id quod statim in principio creationis multis exemplis demonstrat. In carnationem autem sui filii sic voluit operari pro suo beneplacito, vt Spiritus sanctus eam admirandam conceptionem, absque virili semine perficeret, ex solo semine virginis

Mariæ, vnde reuera semen mulieris dicitur & est. *Genes. 3.* Bellum itaque gerit iste Fanaticus cum Dei voluntate, & manifesto ipsius verbo, tradito in veteri & nouo Testamento. Ex falsissimis igitur asseuerationibus, nihil nisi falsum extrahitur, & infertur. Sed insuper & aliud sophisma interspergit, quod paucis excutiendum est.

VIII. Quicquid non est creaturaliter, neque à creatura, imò non creatura conceptum, id non est creatura.

Sed vir Iesus Nazarethanus, non est creaturaliter, neque à creatura, imò non creatura conceptus.

Ergo hic vir Iesus à Nazareth, cum honore non potest dici creatura. Schuuenck. in conf. mag. 1. part.

Respondetur. Neganda est in Minori istud membrum: **NON CREATURA** concepta: Quia manifestè pugnat cum verbo Dei, quod vocat Christum iuxta carnem: Semen mulieris, semen Abrahæ, semen David, Nam verè ex semine Mariæ, & ex carne Mariæ virginitatis altissimi desumpsit hominem, quem induit filius Dei, hoc est, sibi vniuit in sua diuina persona absq; confusione, mutatione aut alteratione naturarum: Semen autem hominis est creatura, id quod nullus Diabolorum nobis potest eripere, quantumcunq; per sua ora laborèt ac blaterent. Imò natus, laetatus, gestatus est Christus iuxta carnem. Ergo verè fuit creatura, & quidem eam creaturam adhuc in sua

in sua vnione personali & glorificatione maiestatica, retinet in perpetuum.

IX. Quicquid in infinitum à Deo distat, id non potest esse creatura.

Sed Deus, & caro creatura, infinita distantia sunt seiuncta, Christus autem est Deus.

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck.

Respondetur. Autor inuoluit res & verba, pro more impostorum. Sed nudis propositionibus in medium adductis, expeditum est iudicium. Maior non est principium scripturæ sanctæ, sed est infanti capitis insanum cōmentum. Nec refert, quod præstigator hoc deliramentum occultat. Nam posito antecedente & consequente, Maior quoq; in ipsis inuoluta est. Quod ad Minorem, per se quidem verum, & extra omnem controuersiam positum est, infinitam esse distantiam inter creatorem & creaturam. Sed audi, quis est tu Schuuenckfeld. vt audeas Dei voluntatem & potentiam eriminari? Nam Deo sic placuit, Deus sic reuelauit, quoddam filius Dei deberet præfinito tempore fieri homo ex semine mulieris, ex semine Abrahæ, ex semine David. Et Iohannes Euangelista docet, id factum esse, cum inquit: *Verbum caro factum est*, Item Lucas commemorat, totam istius admirandæ rei historiam, vniuersæ posteritati summa fide describens. Et Paulus disertè Proclamat ad Romanos, & ad Galatas: Filium Dei ex spermate David factum esse, secundum carnem,

& factum seu natum ex muliere. Et hoc ipsum Dei opus, quod Iesus Christus est Deus & homo, cedit non solum in summum generis humani honorem, sed in salutem quoque ipsorum æternā. Quia enim per homines, lapsus erat commissus, & anulla iustitia & vita æterna, idē sic DOMINO Deo nostro visum est, vt Missas existeret homo verus, vt pati & mori posset pro peccatis totius mundi. Cū autem sola natura non sufficeret ad portandam & superandam iram Dei, aduersus hominum peccata, ita ad superandam potentiam mortis, Diaboli & inferni, quæ mala omnia ipsa hominum peccata inuexerant, idē Deus sic ordinauit, vt noster Saluator simul esset Deus, ipse nimirum Dei filius. Sunt igitur in hac vnica, diuina atque æterna persona filii Dei, vnitæ duæ istæ naturæ, diuina & humana, absque omni confusione aut alteratione. Diuina quidem filii Dei natura ab æterno exiit. Humana verd̄ eius natura cœpit in tēpore. Videt igitur pius lector, quomodo spiritus istius impostoris illud admirandum & salutare Dei opus, in copulatione duarum in persona Christi vnica naturarum, carpat atq; admordeat. Quia, vt prædictum erat: Hoc senen mulieris, Diabolo caput contriuit. Conclusio itaque omni prorsus fundamento destituitur.

X. Dominus & creatura tam procul secernēda sunt, quam aqua & ignis, imō quam cœlum & terra.

Sed

Sed Christus etiam iuxta humanitatem est noster Dominus.

Ergo Christus etiam iuxta humanitatem, NO N est creatura, sed est deificatus, homo Christus exæquatus est Deo. Hic homo Christus est in & cum Deo, NATURALITER factus Deus, Schuuenck, in confes. mag 1 part.

Respondetur. Maior non solum est vnum commētum, sed etiam terra blasphemia Schuuenckfeldii. Nam sacra nos scriptura docet, quod Deus fecit, nempe quod verbum caro factū est. In hac igitur Christi persona naturam humanā Christi à diuina (quod, inquam, ad rationem personæ attinet, nam alias differunt inter se in infinitum) tam procul seiungere atque cœlum & terram, prorsus est furiosum, imō Diabolicum. Nec refert, etiam si plura exempla noluit exhibere Deus, sumus hoc illastri & salutari exemplo, cum debita gratiarum actione cōtenti, quod natura diuina filii Dei, assumpsit in vnionem suæ diuinæ personæ, naturam humanam.

Minor sanè vera est, & quod hic homo Christus, sit noster DOMINVS & Deus, summa nostra consolatio est.

Conclusio igitur nihil tenet. Quæ verd̄ præterea ibi assuuntur, nimirum, quod Christus secundum humanitatem, (Nam id vult præstigiator) sit NATURALITER & essentia ipsa Deus, sunt blasphemias horribiles. Nā humana Christi natura non sit vnquā natura

diuina, id quod ipsemet cogitur fateri fed quod vna manu dat, altera mox eripit, perpetua consuetudine omnium præstigiatorum.

XI. Deus non se coniungit creaturae ut creatura, sed tantum filiis suis renatis,

Sed verbum caro factum est.

Ergo Caro Christi prorsus non est creatura. Schuuenck in confes. mag. i. part.

Respondetur. Portentosi Doctores portentosa dogmata gignūt. Et quomodo isthæc conclusio ex præcedentibus inferri potest? Sunt etiam quatuor termini. Maior loquitur de spiritali inhabitatione Dei in renatis. Minor verò de personali vnione carnis Christi cum verbo. Quid igitur ista ad illationem faciunt? Verum quidem est, Deus nulli aliæ creaturæ personaliter iungitur, præterquam soli isti carni, quam in vnionem personæ suæ diuinæ filius Dei assumit. Quia autem carnem ex Maria assumit. Ergo reuera est & manet ea caro creatura. Sed Diabolus hoc spectat in isto præstigiatore, vult nobis hominibus consolationem adimere, quasi hic Christus iuxta carnem, non sit noster frater. Et, vt in Ecclesia canit: *Carne nobis similis*. Et si autem hic Pseudopropheta sæpè garrit, Christi carnem esse veram carnem, tamen quia tam instantè pugnat, eam non esse creaturam, idèd nobis fundamentum fidei nostræ subruere atque euertere molitur. Istæ itaque

molitiones discutiendæ sunt.

XII. Adoptari in filiū Dei per vñctionem Spiritus sancti, id creaturae competit.

Sed Christus iuxta humanitatem, est filius Dei natus, non adoptatus.

Ergo Christus iuxta humanitatem non est creatura. Schuuenck in 12. causis. Item in confes. mag. 3. part.

Respond. ad Maiorem: Competit quidem creaturæ, sed non omni. Nam Iohan. i. scriptum est: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, quotquot credunt in eum, scilicet Christum*. Loquitur autem de peccatoribus, qui exciderant gratia Dei, & iterum in eam recipiuntur, propter Christi meritum & intercessionem: Non enim dubium est, quin Adam & Eva fuerint in gratia Dei creatoris, ante lapsum, idque ex prima sua creatione, qua ad imaginem & similitudinem Dei creati erant, & fuisset ipsorum obediētia gratissimus Deo Patri cultus: Sed peccatum erat causa omnis mali.

Hic verò ingens & inenarrabile est donum Dei, quòd peccatores iterum in filios gratiæ acceptat propter Christum, vt Gal. 4. luculenter exponitur, nos *νοθεϊαν* à Christo saluatore consequi. Deinde verò & hoc obseruetur. Maior debet esse *σύνεργον* argumenti eiusque causam proponere, quæ vel constituat, vel inficietur creaturam, seu, vt

clarius dicam, quod aliquid non sit creatura. Atqui causam eiusmodi non complectitur Maior, id quod sic facile intelligetur, si Maiorem apposita ad hanc argumentationem formaueris tali scilicet pacto:

Quicquid in filium Dei recipitur, est creatura. Quicquid autem non recipitur in filium Dei, id non est creatura.

Quod autem creaturæ humanæ agentes poenitentiam, & credentes in Christum, ex immensa misericordia Dei propter mediatorem recipiantur in gratiam, & adoptentur in filios Dei, ex verbo Dei perspicuo certum est. Verum ista adoptio non est causa, quare ipsi sint creaturæ. Nam sunt aliæ causæ, quare sint creaturæ, nempe, quod non sint Deus ipse, & non sunt æterni, sed in tempore cœperint. Monstrum igitur est, quod, qui non adoptantur in filios Dei, non sint creaturæ. An vero impij & damnati, quia non sunt gratiosi Dei filii, non sint creaturæ? Quis talia portenta audiuit vnquam, nisi à portentosis hominibus? Iam verò, si adoptio iuxta cerebrum Schuuenckfeldii constituit creaturam: Ergo ex Antithesi, creaturæ nomen impijs omnino adimendum est, quia videlicet non sunt adoptati in Dei filios. Cernunt igitur omnes sani, manifestum Schuuenckfeldii Fanatismi. Et iuxta hoc examen etiam Maior, cui incumbit moles ædificii, cum fragore terribili cœcidit.

Quod

Quod ad Minorem, ita verbis perplexis rem inuoluit, vt mentem suam non satis explanet Schuuenckf. Id. Nam quomodo velint accipere quod inquit: *Christum iuxta humanitatem esse natum Dei filium*, non dilucide exponit. Verum nos in diiudicandis præiugis, necesse est in Antithesi, quam manifestè ponit auctor, constanter subsistere. Nam opponit adoptiuum, filio Dei, & humanitatem diserte in priori. Minoris membro nominat. In hac igitur collatione necesse est nos vocabula ista propriè accipere, ne pateat rima callido impostori, elabendi & ludificandi. Filius itaque naturalis & verus dicitur, qui ex natura Patris sui natus est, & est eiusdem cum Patre suo, naturæ seu substantiæ. Hac igitur de causa scriptura ait, tales è lumbis parentum natos. Et solent omnes gentes dicere liberos suos ex sanguine suo cretos esse, sind v̄ Etern̄ Fleisch v̄nd Blut/Item, cōsanguinei, Blutsfreunde/ dicuntur, qui ex eodem sanguine prognati sunt, sind ein Geschlechte/ Blutsverwandte. Adoptiuus autem filius dicitur, qui non ex natura istius parentis natus est, sed ex gratia, in locum filii susceptus est, vt hæreditatem capiat tanquam naturalis filius, quæ res apud Romanos & alias quoque gentes vsitata fuit. Sic Octauus Augustus à Julio Cæsare, Iugurtha à Micipsa rege Num, hæc adoptatus est, vt historia tradunt, iuxta hæc igitur proprias & veras descriptiones, nunc exigatur

Aa 5 Minor.

Minor. Afferit Schuuenckfeld. Christū iuxta humanitatem esse filiū Dei natum. Bene autem obseruandum, q̄ inquit, *iuxta humanitatem*. Ergo sequetur: Christum iuxta humanitatem suam, ex substantia Patris esse natum. Vbi vero hoc tradit scriptura sancta? Ergo sequetur, Patrem cœlestem habere in sua substantia carnem & sanguinem? Vbi verò hæc blasphemia in Prophetarum & Apostolorum scriptis extat? Equidē Christus docet, Deum esse spiritum, *Iohan. 4.* Item, *sc̄ iuxta humanitatem habere carnem & ossa. Luc. 24.* Ergo sequetur, falsam esse scripturam sacram, quæ tradit Messiam fore semen mulieris, Germen David. Imò Deus simul mendacii arguetur, qui ista reuelauit. Mentietur & Christus, qui multoties se filium hominis nominat. Ergo sequetur, λόγος æternum non esse vnigenitum Dei filium, qui ab æterno genitus sit, ex substantia Patris, ei que ὁμοῖος sit, sed erit & alter filius, iuxta humanitatem ex substantia Patris natus. Est quidem ingens & inexplicabilis dignitas, quod æternus Dei filius, genitus ex substantia Patris, & coessentialis Patri, in vnione suæ diuinæ personæ, assumpsit humanam naturam in utero Mariæ virginis, eamque euexit ad dexteram Maiestatis, sed natura humana in Christō non est ex substantia Spiritus sancti desumpta, quia spiritus iste Elohim non est caro & sanguis, alioqui foret creatura, sed est spiritualis essentia, æterna, in-

na, infinita, omnipotens, vnus Deus æternitate, essentia, virtute & Maiestate, cum Patre & Filio, in infinitum distincta à creaturis omnibus. Hoc autem verum & certum est, quod Spiritus sanctus, tanquam Deus vnus cum Patre & Filio Dei vnigenito, operatus sit atq; formauerit hominem ex semine mulieris in utero Mariæ, ita vt vnio ista admirabilis duarum diuersissimarum & inæqualissimarum naturarum, nempe diuinæ & humanæ, in vnica filia Dei diuina atq; æterna persona, facta sit in ventre Mariæ: Hæc vt reuelata sunt, credere firmiter debemus. Ipsum autem mysterium vnionis istius nemo hominum sua ratione exhaurire potest. Quomodo igitur enarraret? Quare, sic sanè Christus iuxta humanitatem filius Dei natus est, quia Deus eum creauit, sed non ex substantia diuina eum creauit. Item, sic filius Dei Christus, iuxta carnem etiam recte dicitur, quia singulari fauore hanc carnem complexus est, quod eam personæ filii sui vnigeniti, hoc est, ex sua substantia nati, voluit vnire, ita vt vna esset persona Deus & homo.

Hæc rectè & piè dicuntur, sed naturam humanam à natura diuina Spiritus sancti dimanasse, & non ex semine mulieris desumptam esse, id verò est non solum figmentum, sed tetra quoq; blasphemia in Spiritum sanctum.

Quid igitur? Est ne Christus filius Dei ad-
optiuus?

optinus? Respondeo non, Ratio enim, quia non fuit sua natura peccator, sed sanctus, & absque peccato in vtraque sua natura, diuina & humana. Aliena autem peccata, nempè totius mundi in se vnum transtulit, & factus est sacrificium expiatorium. Nam in sacra scriptura, & in rebus istis spiritualibus, ii tantum appellantur adoptiui filii, qui cum sint peccatores, ex gratia propter Christi meritum & intercessionem, recipiuntur in filios Dei, & fiunt cohæredes regni Christi.

An non igitur Christus est filius Dei natus iuxta humanitatem? Respondeo quod sic, quia Deus eum creauit, & impensam misericordia hanc ipsam carnem, sumptam ex carne, seu semine Mariæ, copulauit atque vniuit personaliter filio suo vnigenito atque charissimo, eamque ad dexteram suam vsque exaltauit, sed hoc non assuendum est, quod humana in Christo natura non sit ex substantia Mariæ, aut quod non sit creatura.

XIII. Totus & naturalis Dei filius non est nimis procul à suo cœlesti Patre separandus.

Sed asserentes, Christi carnem esse creaturam, nimis procul totum & naturalem Dei filium separant à Patre suo cœlesti; quasi non potuerit ex sese, & ex suo spiritu, templum suæ diuinitatis in Christo edificare, aut alia ratione, quam ex creatura, hoc inchoare, cum tamen longè alia ratione id declararit, quamuis templum suæ diuinitatis in carne Mariæ, & cū additione carnis edificauit.

Ergo

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck, in 12. causis.

Responderetur Sunt quatuor termini, Maiorem enim de natura diuina filii Dei, Minor verò de natura eius humana loquitur. Nihil igitur in hac argumentatione cohæret. Maior itaque si aliquis sine dolo malo sic loqueretur, possit tolerari. Nam naturalis Dei filius est *ὁμοῦσιος* Patri cœlesti, & nunquam est à Patre cœlesti separandus. Verùm iste impostor suum delirium spectat atque considerat, & vult obtinere ex insidiis, Christum iuxta suam carnem non esse creaturam, quia hoc, quod filius Dei fieret creatura, cum nimis procul à Deo separaret: Est enim infinita differentia inter Deum & creaturam. Huc scilicet suas occultas machinationes iste Fascinator dirigit, id quod illatio manifestum reddit.

Quod ad Minorem: Christi carnem esse creaturam, nimis procul naturalem Dei filium à Patre separat.

Responderetur. Filius Dei licet carnem humanam assumit, iuxta beneplacitum Patris sui cœlestis, ad salutem totius generis humani, tamen non deponit, non abiicit, non amittit suam diuinam naturam, quam habet ex substantia patris sui cœlestis ab æterno, eiq; est & manet in omnem æternitatem *ὁμοῦσιος*. Deinde verò naturam humanam filius Dei suæ personæ copulauit, non inscio, non inuito Patre, sed cum voluntate & decreto totius

Tiini-

Trinitatis. Verum quemadmodum natura humana à filio Dei assumpta, non delet naturam ipsius diuinam, ita respectu creaturæ suæ naturæ, non separat naturam diuinam à Patre cœlesti: Hoc autem verum atque immotum est, quod infinitum sit & maneat discrimen, inter creatorem & creaturam. Et tamen sic DOMINO Deo nostro placuit, vt hæc secunda diuinitatis persona, nempe filius Dei, in personæ suæ diuinæ vnionem, susciperet carnem humanam ex Maria virgine, idque, vt dictum est, propter salutem generis humani. Sed propius intueamur Schuueckfeldii gyllos, quos ex suo capite pipières profert: *Quasi*, inquit, *Pater cœlestis, ex sese & suo spiritu non potuerit templum suæ diuinitatis in Christo adificare*: Audis igitur hunc præstigiatores huc omnia dirigere, vt Christi carnem neget esse creaturam, idè non veretur scopicè ludere & exhibitare istum summum fidei nostræ articulum, quod Christus sit ex femine Abrahamæ, sit semen mulieris, sit germen David, vt os Dei loquitur, & reuera le ita res habet: Sic autem nugatur.

Pater cœlestis ex sese & suo spiritu potuisset carnem, in qua filius habitaret, cõdere, quod quidem ei multò gloriosius fuisset, quàm si ex creatura carnem illam sumeret. Ergo caro Christi non est creatura.

An verò hoc non est egregium impostoris istius somnium, imò ludificatio diabolica Patris

Patris & Filii ipsius? Nam reprehendit amarulenter consilium & factum Dei, quod is statuit in suo arcano consilio, & reuelauit quoque in suo verbo, quod filius Dei debeat nasci ex femine Abrahamæ & David, item quod semen mulieris deberet caput serpentis contere, idque etiam impletum est: & nunc post factum disputat, Deum Patrem aliquam potuisse inire rationem incarnationis filii, ita videlicet, vt ex sese & suo spiritu ei carnem conderet? Quid? An non à posteriori nos homines decet de voluntate & factis Dei cognoscere, iudicare & pronunciare? Num nobis miseris mortalibus integrum est consilia, decreta, reuelatas Dei sententias reformare? Omnia quidem Deo sunt possibilis, quæcunq; vult, approbat, decernit. Sed nos homines ex reuelato Dei verbo, de ipsius voluntate necesse est statuere: Quicquid enim Deus patefecit suo certo verbo, id quoque vult: Non autem vllò vnquam verbo hanc voluntatem indicauit, quod ex sese & suo spiritu, velle carnem condere, quam filius Dei induturus esset. Et quia hoc nunquam & nusquam significauit, idè indubium est, quod hoc non voluit facere: Illud verò ex verbo Dei luculenter patet & constat: Quod filius Dei sit futurus homo ex femine Abrahamæ, hoc est, creatura, ex creatura. Nam semen Abrahamæ est creatura, id quod nullus Diabolorum suis calumniis vnquam poterit euertere.

Præterea

Præterea attende, quanta sit impietas, asserere, quod caro Christi ex Patre & Spiritu eius debeat provenire? Num verò pater cælestis est carnea substantia prædatus? Num spiritus Dei est caro? Ex istis igitur non modò deliris nugis, sed tetriss quoq; blasphemis iste Pseudopropheta cognoscendus & detestandus est.

Insuper observa enormem in hoc fascino impudentiam, quod addit: *Deum templi sua diuinitatis in carne Maria, & cum additione carnis ipsius, edificasse.* Quænam igitur est isthæc vertigo? Manibus & pedibus ille præstigiator hoc sanctum dogma impugnat: Quod caro Christi sit creatura, desumpta ex carne Mariæ: & tamen hic ait, *Carnem Christi accedere.* Iam verò ista confer inrer se; *Carnem Christi esse ex Patre cælesti & Spiritu eius*: Item *carnem Christi non esse creaturam*? Deum immortalem, quanta est inconstantia, temeritas, & perueritas istius fanatici hominis? Modò ait, modò negat, modò alia paradoxa affert, ac reuera in labricò tiubat, nec habet ubi pedem figat. Interea tamen blasphematur sine omni fronte: *Carnem Christi non esse creaturam*, Nam istam creaturam Diabolus, Reator istius miseri hominis, in odium omnium hominum, extremè auersatur, odit atque atrodit.

XIIII. *Filius Dei non est creatura.*

Sed Christus dicitur Filius Dei. Luc. I.

Ergo Christus iuxta carnem, non est creatura.
Schuuenck clara testi.

Resp.

Respondetur. Sunt quatuor termini. Maior enim tantum considerat filium Dei iuxta naturam suam diuinam, qua ab æterno, genitus est ab æterno Patre, & est coessentialis, & coomnipotens Patri & Spiritui sancto, ac nequaquam est creatura. At Minor de Christo verba facit. Sed Christus est nomen personæ, quæ duas in se habet naturas, diuinam & humanam, personaliter, indissolubiliter & inefabiliter vnitas atque coniunctas, absq; confusione aut mutatione naturarum, aut proprietatum essentialium cuiusque naturæ. Est autem hæc tota persona, filius Dei, sed quando naturæ distinctim considerantur, tum sanè distinctè iuxta sacras literas est dicendum, naturam Christi diuinam, non esse creaturam, At naturam in Christo humanam esse ac manere creaturam, factam & natam in tempore. Ludit itaq; præstigiator noster, fallacia composit. & diuis.

XV. *Quicumq; est declaratus filius Dei, is iuxta carnem non est creatura.*

Sed filius Dei, natus ex semine David secundum carnem, declaratus est esse non creatura, sed filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis. Roman. I. Deus factus est. filius ipsius ex muliere, Galat. 4.

Ergo quamuis caro Christi sit ex semine Davidis, hoc est, ex Maria virgine genita, tamen propterea non est creatura, & Christus est verus ac naturalis Dei filius. Schuuenck in 12. causis.

Bb Resp.

Respondetur. Maior simpliciter est falsa, utpotè sacris literis ex diametro contraria. Nā utrunq; perspicuis testimoniis scripturæ sanctæ docetur: Et, quòd Christus sit verus, naturalis, æternus Dei filius, *Luc. 1. Matth. 16. Rom. 1.* Et quòd sit etiam verus homo factus, in tempore, ex semine Mariæ, *Luc. 1. 2. Matth. 2. Roman. 1.* Hoc igitur retinaculo Argumenti auulso, reliqua necesse est sua sponte dissilire atque corruere. Sed quia istius falsi pronuntiatum fundamentum in Minori conatur ostentare Schuuenckfeld. idèò examinanda est, & attendendum, an iste nouus dogmatista inde suam Maiorem possit exculpere? In Minori igitur multiplex est impostura, quæ quidem debebat euentissima testimonia, pro dogmate Schuuenckfeldii proponere. Nam primum impie in textum Pauli reponit verba, quæ Apostolus non inseruit, nempe ista: *Declaratus est esse nō creatura.* In quo enim exemplari vllus mortallium reperit ista verba: *NON CREATURA?* Est igitur Schuuenckfeld. manifestus falsarius textus Paulini, imò ipsius Spiritus sancti, qui per istum Apostolum hanc epistolam dictauit.

Deiade fanaticè & perplexè verbum *δειξω* interpretatur germanicè: *bestimmt und aufgesetzt.* Nam *δειξω* & *δείξωμαι* significat definire, determinare, æstimare, item declarare, aut pro certo demonstrare. Hinc *δειξω* hic rectè vertitur *declaratus, demonstratus,*

& vt

& vt Luther. interpretatus est: *trefflich erweisen* ein Sohn Gottes. Tertio, corum hunc tam luculentum Pauli textum iste præstigiatior malitiosissimè peruertit. Nam Paulus claris verbis, & distinctè de persona Christi, & de vtriusque in ipso naturis verba facit. Primum enim asserit perspicuis verbis. Filium Dei factum esse (*γενόμενον*) ex semine Dauid, hoc est, creaturam esse, ex Mariæ semine. *Σπέρμα* enim Dauid esse creaturam, nemo sanæ mentis inficari audebit. *Galat. 4.* idem asseruerat: *Μιστ, inquit, Deum filium suum γενόμενον ἐκ γυναικός, factum ex muliere.* Deinde verò etiam docet Paulus, hanc personam, nempe Christum, non solum esse verum hominem, ex spermate Dauidis factum, sed etiam verum atque æternum Dei esse filium, eiusque rei euentissima testimonia in medium affert, nempe donationem atque effusionem Spiritus sancti ex sese. *Iohan. 20. Act. 2.* Item ex resurrectione mortuorum, hoc est, quia mortem superauit.

Ista autem opera nulli puræ & soli creaturæ conueniunt. At Schuuenckfeld. ista omnia confundit, atque contendit, Pseudum adstruere: Carnem à filio Dei assumptam non esse creaturam. Quare tantum abest, vt Schuuenckfeldius ex hoc textu Paulino, suum impium dogma stabiliat, vt in crimen quoq; falsi incidat, meritoque tanquam falsarius scripturæ accusandus & vitandus sit. Imò

Bb 2

hoc

Hoc ipſo Pauli testimonio erroris manifeſte conuincitur. Nam de natura Chriſti humana; apertis verbis Paulus docet, eam eſſe ex ſpermate Dauid. Ergo eſt creatura, Item, inquit, τὸ γενόμενον, facti ex ſemine Dauid. Ergo cœpit fieri caro, non extitit hæc caro, quã filius Dei ſuſcepit, ab æterno. Quare eſt creatura. Eius enim proprium eſt, aliquando fieri, ſeu incipere. At filius Dei, quod ad diuinam ſuam naturam, non cœpit fieri, vt Ariani blaſphemabant, ſed extitit ab æterno.

Præterea & in alterius dicti allegatione turpis ſcripturæ ſanctæ Falſarius deprehenditur iſte Schuuenckfeld. quia Pauli verba Galat. 4. ſic recitat: *Deus factus eſt filius ipſius ex muliere.* Hæc autem verborum & rerum portenta non habet Paulus. Sed impoſtor ſic voluit textum deprauare, vt eum non nihil ad ſuum ſenſum deſideret, ad ſimpliciores, ſcripturæ ignaros, fascinandos. Verùm textus Paulinus ſic habet: *Vbi tempus completum eſt, miſit Deus filium ſuum, factum (ſeu natum) ex muliere.* Hæc Apoſtoli verba ſunt plana. Teſtatur enim, filium Dei factum eſſe hominem, idque ex muliere, vt in prima promiſſione de Meſſia: *Semen mulieris conteret caput ſerpentis.* Gen. 3. erat prædictum, Sic & Iohannes ſcribit: *Verbum caro factum eſt.* cap. 1. Blaſphemum itaque dogma hoc loco effundit Schuuenckfeld. ſcilicet: Deum, factum eſſe filium Dei ex muliere. Sic Anabaptiſtæ etiam bla-

blaſphemant, & Ariani, quòd Chriſtus cœperit eſſe filius Dei, poſtquam conceptus & & natus eſſet ex muliere.

Eſt igitur concluſio vana & falſa, ſemetipſum fœda contradictione inuoluens. Eſt autem certum argumentum falſæ doctrinæ, inuolutio & confuſio rerum ac verborum, ita vt ſemetipſam implicet, & cõtradictione non obſcurè concidat atque deſtruat.

XVI. *Filius Dei non eſt creatura.*

Sed totus Chriſtus iuxta vtranque naturam eſt filius Dei.

Ergo totus Chriſtus iuxta vtranque naturam, non eſt creatura. Schuuenck. in 12. cauſis.

Reſponderetur. Sunt quatuor termini. Maior enim loquitur de filio Dei, ante incarnationem, vbi nihil creatum in ſua perſona habuit. Minor verò loquitur de filio Dei incarnato. Sic igitur Maior venit diſtinguenda: Filius Dei non eſt creatura, ſcilicet, iuxta ſuam diuinam naturam, quam habuit ab æterno; ex ſubſtantia ſui cœleſtis Patris, cui eſt ὁμοῖος & cõomnipotens. Sed falſum eſt; Filium Dei nõ eſſe creaturam, iuxta humanam naturam, aſſumptam in vnionem ſuæ diuinæ perſonæ, ex ſemine Mariæ, vt ſcriptura tradit.

Quod ad Minorem: Totus Chriſtus iuxta vtranque naturam eſt filius Dei, verum eſt, quia vnica eſt perſona Chriſti, & ea quidem diuina & æterna, licet duæ ſint eius naturæ. Vna quidem diuina natura, ab æterno genita

est, ex substantia Patris cœlestis, vndè ei verè consubstantialis est, & manet in omnem vltique æternitatem. Altera autem est humana natura, quæ non exitit ab æterno, neq; est ex substantia Patris cœlestis, sed constituto tempore ex semine Mariæ, per Spiritum sanctum facta est absque virili semine, & absque peccato, & personaliter vnita est filio Dei, absque omni permixtione aut mutatione naturarum.

Neque persona Christi est creatura, nec cepit in vtero Mariæ, sed ab æterno exitit, & in vnionem huius personæ diuinæ, vt sæpè dictum est, natura humana ex carne Mariæ desumpta, adscita est, ita vt non sint duæ in Christo personæ, vt duæ in ipso sunt naturæ. Est igitur filius Mariæ, filius Dei verus, & ætè ipsa mater Dei & genitrix Dei appellatur, & est. Quare phantastica est conclusio. Nam vnio duarum naturarū in persona Christi, non tollit discrimen naturarum in Christo, quia hæc vnio in persona facta est sine confusione & mutatione naturarum: Sed iste præstigiator odit creaturam in Christo, idè variis modis tentat eam contaminare atque annihilare vt potè iam per glorificationis prætextum, modò per contemptum creaturæ, quasi ea non comperat Deo, & in infinitum à Deo sit seiungenda. Verùm istos cuniculos necesse est non istis doloſis fossoribus, veritate verbi diuini obstruere ac dissipare.

XVII.

XVII. *Esse filium Dei, & esse creaturam, maximam habet differentiam.*

Sed Christus iuxta totam personam est naturalis Dei filius.

Ergo Christus iuxta totam suam personam, non est creatura. Schluenck. in conf. mag. 1. part. Item de filiat. & gloria Christi.

Respondetur. Maior sanè vera est, si naturas per se consideres.

Sed Minor personam considerat, & non ipsas naturas in Christi persona distinctas, nimirum diuinam & humanam. Verissimum autem est, si de persona pronuncies, Totam Christi personam, esse naturalem Dei filium. At si euoluas naturas in hac Christi persona vnitas, necesse est iuxta verbum Dei istam declarationem perspicuam adferre. Quod Christus è q̄ vnigenitus, naturalis, coessentialis, æternus Dei Patris filius est, ab æterno sit à Patre æterno genitus, nec cœperit in tēpore, sed ante hunc mundum cōditum extiterit, & sit conditor huius mundi. *Iohan. 1.* & quod sit secunda diuinitatis æternæ persona. Deinde verò quod iuxta humanam naturam suam Christus non sit ab æterno, non sit ex substantia Patris cœlestis, sed ex semine Mariæ matris natus, quod cœperit in tempore, quod filius Dei, in hoc mundo eam humanam naturam, in vnionem suæ diuinæ personæ susceperit. Hæc itaque humana in Christo natura non est coessentialis Patri &

Bb 4 Spirit.

Spiritu sancto, est inferior Deo, licet gloria & Maiestate diuina, pro omnipotentis Dei consilio & beneplacito, sit exornata. Nascitur itaque argumentatio Pseudoprophetae, ex confusione naturarum in Christo, item; ex confusione naturarum & personae. Vnica est enim duntaxat persona Christi. At duae in ea nunc post unionem sunt & manent naturae, inseparabiliter coniunctae atque unitae.

Ad minorem itaque respondendum est: Christus iuxta totam suam personam, est naturalis Dei filius, scilicet, obseruata tamen culusq; naturae in Christo proprietate. Nam natura humana Christi, non est ex Patris substantia, vt diuina ipsius natura est, Rectè enim docet, canit & proficitur Ecclesia Christi: *Natum ex Maria virgine.*

Quod autem Schuuenckfeldius adscribit testimonium Cyrilli lib. 12. cap. 15. Non considerant profecto haeretici, qua differentia sit inter creaturam & filium. Item, Ambrosii lib. 2. de fide in praefatione, Principium fidei nostra est scire, quod genitus est Dei filius. Si non genitus est, nec filius est, &c. Si creatura est, Deus non est. Si Deus non est, nec vita est, nec veritas est. Ergo tria illa, id est, Generatio, filius vnigenitus, principaliter & propriè indicant ex Deo filium; expendant omnes pii quàm impertinenter, imò quàm fraudulenter ea alleger iste nouus Doctor, Nam isti autores pugnant aduersus Arianos, in facientes diuinitatè Christi, & alle-

& asserentes Christum tota sua persona, nudam, puram, ac tantum esse creaturam. Hic igitur necesse fuit Patres adstruere ex verbo Dei euidenti, atque pleno ore defendere diuinitatem filii Dei aeternam, & quod secundum hanc diuinam suam naturam, nequaquam sit creatura. Non itaque in istis locis agunt de natura in Christo humana, verum de diuina duntaxat, nec venit optimis illis viris in mentem, nec scripserunt vquam, naturam in Christo humanam, non esse creaturam, id quod Schuuenckfeldius nunc profert, atque ad tuendum omnibus viribus suscipit. Dissonant igitur ista Patrum dicta, & Schuuenckfeldii delirium, plusquam disdiapason, & deprehendunt omnes attenti & pii lectores, hunc Fanaticum in manifesto crimine falsi, quod omnino est detestatione & execratione dignum, hac in parte deprehendi.

XVIII. *Pater caelestis & omnipotens est expers creatura. Creaturios.*

Sed Pater caelestis nō est creator hominis Christi, sed est Pater eius.

Ergo & Christus est expers creatura, Ist Creaturios. Schuuenck in 12. causis,

Respondetur, Minor partim manifestè falsa, partim etiam perplexa est. Falsa quidem partim est, quia negat Patrem caelestè, esse creatorem humanae naturae in Christo. Nam Angelus disertè docet Mariam, quòd virtus altissimi sit hoc mirandum opus effectura, vt

Maria absque viro concipiat, & homo ex ipsa, seu ex ipsius semine nascatur. An vero dicit Schuuenckfeld. Patrem hic excludi? An non ille etiam erit altissimus, cum Spiritu sancto vnus Deus? Nam incarnatio Christi fuit operatio totius Trinitatis, licet secunda diuinitatis persona, hoc est, filius Dei Patris æterni, solus indueret in vtero Mariæ & ex eius carne, naturam humanam. Christus sero & reuera sese nominat filium hominis. At filius hominis, est creatura Dei Patris, vt & Spiritus sancti & filii æterni, tanquam vnicui & veri Dei, sine quo nulla prorsus creatura fit aut existit. Nihil enim potest semetipsum creare, estq; proprium Dei, esse creatorem iuxta dictum: *Qui creauit omnia, Deus est.* Hebræ. 3. Creaturæ verò proprium est, esse creatâ à Deo. Impia itaque & blasphema vox Schuuenckfeldii est, quomodocunq; eam palliet: Patrem scilicet cœlestem, non esse creatorem hominis Christi. Hoc enim pacto à creatione Patris cœlestis excluderetur, id quod est nefarium dogma. Deinde non explicatè loquitur Schuuenckfeld. in altero membro Minoris. Incertum enim est, an de æterna generatione filii Dei ex Patre cœlesti hic loquatur, an verò de generatione tēporali, qua hic filius Dei æternus, homo factus est in & ex Maria virgine? De vtraque enim generatione sacra scriptura nos docet. De æterna quidem generatione Psalmus 2. loquitur: *Filius meus es tu, ego*

hodie

hodie genui te, Item, Pater cœlestis inquit, Matth. 3. *Hic est filius meus dilectus*. Et Petrus Matth. 16. *Tu es Christus, filius Dei viui*. De tēporali verò generatione loquitur vox Dei: *Semen mulieris conteret caput serpentis*. Item, *in semine tuo benedicentur omnes gentes*. Item, *concepies & paries*. Item, *Fructus ventris tui*, Luc. 1. Item, quod Christus dulcissime inquit: *Veni filius hominis querere & saluare quod perierat*. Est itaque DOMINVS noster Iesus Christus, verè æterni Patris æternus Filius, natus ex substantia Patris, & coessentialis Patri, & coomnipotens, & iuxta hanc diuinam atque æternam naturam, omnino est expers creaturæ, Creaturios.

Deinde verò hic æternus Dei filius, factus est homo tempore præfinito, vt Iohannes luculenter pronunciat: *Verbum caro factum est*, Iohan. 1. Assumpsit carnem in & ex Maria virgine in Nazareth Galilee, & natus est iusto tempore in Bethlehem Iudææ, Luc. 12. Matth. 1. 2. Hæc autem caro quæ filius Dei assumpsit, non est ex substantia Patris cœlestis, aut Spiritus sancti, aut æterni filii Dei, sed tantum ex semine & substantia Mariæ virginis: & tamen Pater cœlestis (vt & Spiritus Elohim & filius æternus) est creator humanæ naturæ in Christo. Sic Paulus inquit:

Filius Dei natum esse ex muliere. Quare fanatica prorsus & impia vox est: Christum iuxta carnem, esse expertē creaturæ, Creaturios.

Nam

Nam inter creaturam & creatorem nihil est
medii, hoc est, nō potest aliquid in hoc mun-
do, & extra eum dari, quod non sit aut Deus,
aut creatura. Sed caro Christi non est Deus
ipse, non est Pater ipse, non est Spiritus san-
ctus ipse, non est filius Dei æternus ipse, &
cepit in tempore, non exiit ab æterno. Iam
igitur nominetur infans, quod vulgo dicitur,
& tandem exprimaturn clarè, quid nam sit ca-
ro in Christo, cum non sit Deus ipse, nec sit
creatura?

Verum hic nouus Doctor, asserit, carnem
in Christo, cum sua quidem opinione non sit
creatura, esse Deum, videlicet quod in diui-
nam naturam transferit ac mirata sit, præser-
tim in gloria. Verum hoc ipsum non valet ex
verbo Dei euidenter demonstrare. Retunden-
da est igitur hæc portetosa locutio: Christum
esse expertem creaturæ, Creaturæloſ. Nam
Christus, vox est personæ. At persona Christi
vnica & diuina, constat duabus naturis diui-
na & humana, æterna & temporali, quarum
altera ex substantia Patris est ab æterno, al-
tera verò ex substantia virginis purissimæ est in
tempore certo. Ergo Christus est creator, &
creatura, sed diuerso naturarum respectu, &
est tamen vnica duptaxat persona.

*XIX. Si Christi caro esset Creatura, tum nihil
haberet prærogatiua præ alia carne, essetque Chris-
tus aliis Dei filiis equalis.*

*Sed Christus hæc in re & in aliis, omnibus filiis
Dei*

*Dei est prælatus, est primogenitus inter multos fra-
tres, Rom. 8.*

*Ergo Christi caro non est creatura. Schuuenck,
in 12. causis.*

Respon. Maior est fallacia secundum non
causam vt causam. Nam Christi caro est crea-
tura, & tamen habet certas & illustres præro-
gatiuas præ alia carne, in vniuerso hoc mun-
do. Nam prærogatiua illæ non tollunt sub-
stantiam ipsam. Item Christus est æqualis cæ-
teris Dei filiis specie, carne, anima, & tamen
antecellit eos plurimis prærogatiuis, quæ non
abolent substantiam ipsam carnis. Eblatera-
tur itaque Maior tantum ex cerebro fanatico
Schuuenckfeldii, absque omni fundamento
scripturæ sanctæ, ex quibus dogmata Eccle-
siæ proponenda, debebant luculenter & so-
lidè probari atque euinci. Christus aliis ho-
minibus prælatus est in plurimis. Hoc verum
est. Sed de tantis rebus non ex cerebro huma-
no, verum ex perspicuis sacræ scripturæ testi-
moniis statuendum est. Certa autem res est ex
verbo Dei, Christum secundum carnem, pror-
sus similem & æqualem esse cæteris homini-
bus, & habere carnem & animam vt nos om-
nes habemus. Sed superior & excellentior
præ aliis hominibus est in istis: Quod non est
natus ex virili semine, vt nos propagati homi-
nes, sed ex virgine sola. Quod Spiritus san-
ctus, eam mirandam conceptionem operatus
est. Quod sine omni contagio peccati, ex Ma-
ria

ria natus est. Quod caro & anima Christi non sunt peculiaris persona. Quod ista natura humana, in utero Mariæ assumpta est in unione diuinæ & æternæ personæ filii Dei. Quod hæc Christi persona constat duabus naturis, diuina & humana, æterna & temporali. Quod ista admiranda unio duarum naturarum in persona Christi, facta est absque confusione aut permixtione naturarum, & sine deletione alterius naturæ. Quod diuina idiomata sunt communicata humanæ naturæ in persona Christi. Quod hic Christus est Mediator, Redemptor & Propiciator generis humani, non tantum iuxta diuinam, sed etiam iuxta humanam naturam. Quod ad dexteram Maiestatis sedet non solum diuina natura filii Dei, sed & humana, in persona Christi. Quod huic Christo, Deo & homini, tradita sunt uniuersa in cælo & terra. Quod hic Christus Deus & homo, rediturus est visibiliter in nubibus, ad iudicandum uiuos & mortuos, &c. Ista igitur omnia ex verbo Dei perspicuo, patent, & sunt sanè prærogatiuæ sublimissimæ, naturæ humanæ in Christo, singulari omnipotentis Dei consilio attributæ, propter salutem & gloriam generis humani, ut & Psalm. 45. testatur, ac citatur, Hebræi. 1. *Dilexisti iustitiam, & odisti impietatem, Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Sic igitur Christus primogenitus inter multos fratres iure appellatur, propter

propter excellentiam natiuitatis ex Spiritu sancto ex intemerata uirgine Maria, & propter copulationem atque unionem personalem naturæ diuinæ & humanæ in Christo, & propter officium in redemptione generis humani & uictoriam de peccato, morte, Diabolo & inferno, denique propter exaltationem & regnum. Nam & sacerdotium & regnum altius atque efficacius habet, quàm omnes alii primogeniti in toto mundo. Nihilominus autem S. Paulus eum inter fratres recenset, hoc est, adscribit ei naturam uerè humanam, id est, carnem creatam, ut & reliqui ipsius fratres inter homines habent.

Postremo adscribitur unum & alterum testimonium, quod Christus secundum naturam humanam, prorsus sit cæteris hominibus similis. *Hebræi. 2. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem aboleret eum, qui habebat mortis imperium, id est, Diabolum.* Item: *Nusquam enim Angelos assumit, sed semen Abraham assumit.* Unde debuit per omnia fratribus similis fieri. In hoc dicto clarè dicitur: Christum cõmunicasse carni & sanguini. Item, Semen Abraham suscepisse, Item, per omnia similem fratribus factum. Hæc sanè creaturæ competunt, quia semen Abraham est creatura.

Fratres Christi sunt creaturæ. Caro & sanguis sunt creaturæ. *Phil. 2. Formam serui accipitis, in simi-*

in similitudine hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Hisce verbis verus homo describitur. Plura testimonia passim obuia sunt. Quare vanitas Schuuenckfeldii liquidò hic apparet, quòd nimirum pro suo monstruoso dogmate adferendo, nullam prorsus sufficientem causam hic adferat.

XX. Vocabulum creature importat secum originem veteris hominis.

Sed Christus non est verus homo natus, sed nouus.

Ergo Christus iuxta suam carnem nò est creatura. Schuuenck, in 12. causis. In confes. mag. 1. part. § 2.

Respondetur. Maior simpliciter falsa est, quia palàm cum sacris literis pugnat. Nam Adam & Eva fuerunt creaturæ Dei, antequam labe originali conspergerentur, quam quidem in posteros suos tñ demù propagarunt, quando ipsi in peccatum lapsi & horribiliter polluti, ex sua vitiosa materia tales procrearunt, quales sua propria culpa effecti erant. Sic in vita æterna omnes homines per fidè in Christum saluari, erunt ac manebunt creaturæ in perpetuù, licet immunes prorsus futuri sint ab omni contagio & damno peccatorù. Maior itaque non ex verbo Dei, sed ex fanatico Schuuenckfeldii cerebro emanat. Nullius igitur momenti est conclusio.

Deinde nec Minor subsistit. Ratio est, quia scriptura sacra non sic loquitur de Christo, quòd

quòd sit nouus homo. Est enim ea meritò & luculentè Christo testimoniù præbet, quòd non solum iuxta diuinam, sed etiam secùdum humanam naturam, sit prorsus expers omnia peccati, sanctus, purus. Esaias enim clarè inquit: *Nò erat in ore eius, dolus. b. 53.* Et Christus intrepidè inquit: *Quis ex vobis me arguit de peccato.* Iohan. 8. Et Angelus inquit: *Sanctum ex te nascetur.* Luc. 1. Et Paulus: *Qui non nouerat peccatum.* 2. Cor. 5. Et Petrus: *Qui peccatum non fecit.* 1. cap. 2. Attamen nupsiam in sacris literis, Christus vocatur nouus homo. Secundus quidem homo appellatur, 1. Corinth. 15. Sed alia ratione, vt ibi luculenta expositio traditur. Primùm igitur hic obseruet lector, sacras literas Christum non nominare hominem nouum. Suas igitur phantasias ebuccinat iste præstigator.

Deinde Paulus veterem & nouum hominem, (Nam is hac antithesi solus vtitur) tantum confert in hominibus corruptis vitio originis, & postea renatis per Spiritum sanctù. Sic Rom. 6. dicitur: *Hoc scientes, quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatür corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.* Hic vetus Adam phrasi Paulina, vitium cum subiecto complectitur. Quid autem sit vetustas illa Adæ, in eadem sententia explicatur, nimirum peccatum, quod in carnali propagatione, omnes ex Adam trahimus, *Psal 51. Rom. 5.* Renouationem autem hominis istis verbis

Cc descri-

describit: *ut destruaturn corpus peccati, & vlti-
vius non seruiamus peccato, & vt alias loquitur,
in nouitate vitæ ambulemus.* Hanc partem et-
iam illustrat Apostolus Ephes. 4. Vbi inquit:
Deponite veterem hominem. Item, *Induite
nouum hominem, qui secundum Deum creatus
est, in iustitia & sanctitate vera.* De vnico au-
tem homine verba facit Paulus, & clarè se-
se euoluit, concupiscentias prauas, hoc est,
peccata, quæ in nobis sunt, deponendas
esse.

Deinde verò adicit, nouitatem vitæ sequi
debere, & perspicuè inquit: *Renouamini spiri-
tu mentis vestra.* Cap. 2. autem docuit, hanc
corrupti hominis renouationem, esse eximiū
DOMINI nostri Iesu Christi beneficium: *Le-
gem, inquit, mandatorum, in decretis sciam
(Christus) euacuans, ut duos conderet in semet-
ipso in vnum nouum hominem, faciens pacem.* Et
2. Corinth. 5. Galat. 6. docet, nos per Christum
esse nouas creaturas. Iam igitur hanc rem ex-
pendo si in sacris literis nouus homo est, ho-
mo regeneratus: quomodo Christus nouus
homo dici queat, cum nulla regeneratione
indigerit? Nam nouus, respectu veteris no-
minatur.

Noua igitur locutione Fanaticus, id quod
familiare est præstigiatoribus omnibus, no-
uas opiniones introducit. Liquet itaque
Schuuenckfeldium, errorem suum stabilire
non posse.

XXI. *Initium noua Creatura non est crea-
tura.*

Christus est initium noua creatura.

*Ergo Christus caro, est noua caro, non habens
originem creaturalem, sed diuinam. Schuuenck
in 12. causis.*

Respondetur. Est prorsus monstrosa con-
structio Argumenti. Maior simpliciter ne-
ganda & repellenda est, quia nusquam in sa-
cris literis extat, neque expressis verbis, ne-
que æquipollenti oratione, Si dixisset: *Quic-
quid efficit nouam creaturam, id nō est crea-
tura, tum fortè inuenisset effugium aliquod,
quia nouam creaturā efficere, est opus crea-
toris, & non creaturæ per se.*

Non tamè potuisset subsistere, quia Deus
sic ordinauit certo & illustri verbo, quodd
Christus Deus & homo, noster debeat esse
propiciator & saluator, non solum merito,
sed etiam efficacia iuxta vtranque naturam.
Maior itaque abeat in antiquam syluam cum
suo præstigiatore.

Deinde nec Minor sic extat in sacris literis,
vti sonat: Non autem idem volunt istæ locu-
tiones, quod Minor, 2. Cor. 5. Si quis in Chri-
sto noua creatura est, vetera transierunt, ecce
facta sunt omnia noua. Item, Gal. 6. In Chri-
sto Iesu, neq; circumcisio aliquid valet, neq;
præputium, sed noua creatura. Docet enim
Apostolus, quodd Christus nobis pepererit

& applicet remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, & inchoationem nouitatis per regenerationem in nobis, in hac vita, ita ut per spiritum Dei incipiamus Deo credere, Deum inuocare, colere, celebrare. Nisi enim per & propter Christum ista accipiamus, manemus oppressi peccato, & morte, inimici Dei, mente & operibus. Post resurrectionem autem ex mortuis, sequetur vita, læticia & gloria æterna.

Sic dextrè sunt intelligendæ istæ Pauli locutiones, *Colos. 1. Primogenitus ex mortuis*. Vbi statim subiicitur: *Visit in omnibus ipse primatum tenens*, hoc est, Christus vicit mortem solus, & merito suo effecit, vt omnes in ipsum credentes, vita cum ipso potiantur. Respicit autem proculdubio ad statum veteris Testamenti, in quo primogenitus dignitate & officio præ cæteris fratrib. excellebat, & erat tum Sacerdos, tum Rex in domo. Christus autem per primogenitos illos sine dubio fuit designatus. Mirè igitur Apostolus voce primogeniti, quàm ad Christum nouerat vnice spectare; delectatur, & variè applicat. Cur igitur hic primogenitum ex mortuis Christum appellat, qui alias etiam erat primogenitus Mariæ virginis? Respondeo fontem quasi voluit ostendere Paulus, vnde sit præcipue dignitas, prærogatiua, gloria Christi nimirum, quòd mortem superauerit, eiusque imperium fregerit suo sacerdotali officio, nõ alius videtur sed

sed semetipsum offerendo pro peccatis totius generis humani: Et sic iste primogenitus, est sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Item, sic ipse primogenitus suum regnum constabiliuit deuidta morte, & parta vita omnibus in se credentibus. *Rom. 8. Primogenitus in multis fratribus dicitur*, quia reuera est primogenitus ille, in veteri Testamento, per primogenitorum dignitatem, & quòd Deo sunt oblati, significatus, qui constitutus est Sacerdos & Rex totius generis humani: Libenter igitur sinamus, esse Christum primogenitum inter nos, modò nos eius fratres simus & maneamus, & fruamur totis peccatoribus istius sacerdotio & regno. Nam absque hoc nostro primogenito non possumus Deo reconciliari, aut à potestate inortis & Diaboli vindicari & liberari. Quod autem *Colos. 1.* etiam dicitur, *Primogenitus omnis creatura*, id alium habet respectum, vt Theophylactus rectè annotat inquiring: *Ex patre est primogenitus, non ceterarum creaturarum respectu, sed absolute.*

Postremò, in conclusione plus est, quàm in præmissis, imò est confusio verborum & rerum. Nuspiã enim dicit scriptura sancta: Christi carnem nouam esse creaturam. Est enim & manet caro; & quidè sancta caro, omnis peccati expers, sed quod ipsa specie sit noua caro, ita vt nõ sit creatura, id verò est falsissimum, & pugnat manifestè cõtra sacram scripturam.

XXII. Alius nouus homo ex Deo incipiens, & de Spiritu sancto conceptus in Maria virgine, non est creatura.

Sed Christus est alius nouus homo ex Deo incipiens, & de Spiritu sancto conceptus in Maria virgine.

Ergo Christi caro non est creatura. Schuuenck. in 12. canis.

Respondetur. Maior est portentum portentosi capitis. Vbi enim sacræ literæ ita loquuntur? Est igitur Maior prorsus ex agris & limitibus Ecclesiæ Christi explodenda, vnaq; opera totum argumentum hoc fulcro subtrahito, necesse est corruere.

Quod ad Minorem, articulus fidei est atq; immotus, carnem Christi de Sp. S. conceptam esse in Maria virgine. Verum inde nequaquam sequitur, carnem Christi non esse creaturam. Nam Spiritus S. est causa efficiens atq; operans. At semen Mariæ, ex quo iste homo est formatus, est causa eius materialis, iuxta manifesta scripturæ sacræ testimonia. Licet igitur caro Christi non sit ex virili semine iuxta communem ordinationem propagandi homines, attamen est ex semine mulieris, iuxta antiquissimum de Messia dictum, *Gen. 3. Et Esa. cap. 7. inquit: Ecce Almah concipiet & pariet.* Noua autem phrasis est, neq; in scriptura sancta, neq; à quoquam probato scriptore Ecclesiastico vsurpata, nempe: Christum esse alium nouum hominem, ex Deo incipientem.

Nouus

Nouus autē homo respectu vetustatis, id est, corruptionis naturæ, quam habuit nūquam, dici non potest. Sed videtur Schuuenckfeld. Christum vocare alium nouum hominem: quia nouo modo, nimirum tantum ex carne Mariæ natus est sine virili copulatione, tantum operatione Sp. sancti, & virtute altissimi. Sed perplexè loquitur præstigiator, pro eiusmodi Fanaticorum consuetudine. Nec sequitur: Deus mirabiliter, contra naturæ ordinem condidit hominem. Ergo non est creatura. Equidem Adam & Eva non sunt creati ex naturali propagatione, & tantum sunt à Deo facti, & tamen fuerunt, & sunt creaturæ. Sic quando de homine dicitur, esse veterem hominem, aut nouum, non tollitur substantia hominis, quæ est creatura, quia Deus non est, & cœpit in tempore. Nihil igitur virtum habet miser homo in suis præstigiis obrudendis. Carbones itaque suos pro auro venditat.

XXIII. Quicquid commaculat carnem Christi, id non est docendum.

Sed carnem Christi dici creaturam, commaculat eam ac si ex carne peccati suam haberet originem.

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck. in confes. mag. 1. part.

Resp. ad Maiorem: Quicquid verè id facit contra sacram scripturam. Sed sacra scriptura totum Christum vocat maledictum, peccatum, abiectionem plebis, eo respectu, quod reatus nostrorum peccatorum, in ipsum sit deriuatus.

& pro nobis omnibus exoluerit pœnas, vt nos ornaremur iustitia impletæ Legis, propter ipsum & per ipsum. Propter nos igitur probra sustinuit, pro beneplacito patris cœlestis. Ista autem, quando cum sacris literis de Christo dicimus, non cedunt in probrum Christi, sed potius in ipsius laudem nostramque salutem.

Minor autem falsissima est. Quia est tantum cerebri Schuuenckfeldiani commentum. Nam sunt correlatiua, carnem esse, & creaturam esse. Et manifestè scriptura sacra asserit, Christum esse ex semine Abrahamæ, & ex semine David. Sed hi in peccatis concepti & nati sunt, ac voluit Deus Messiam ex isto semine nasci, sed in vtero matris sanctificato, vt caro Christi esset expertis peccati, & non pro suis propriis, sed pro alienis, hoc est, totius mundi peccatis posset pati: Ideò Angelus inquit *Sanctum quod nascetur ex te*, Luc. i. Non igitur dedecori est carni Christi, quòd est creatura, & quidem ex semine David & Abrahamæ & Mariæ, quod semè ante sanctificationem per Spiritum sanctum fuit peccato corruptum, sed in corruptione, virtute altissimi est purificatum. Vanissima itaque est conclusio, vt omnes vident.

XXVIII. Quicquid symbolum fidei, in secundo articulo (quemadmodum in templis canitur germanicè) docet, id est verum.

Sed hæc symbolum ea in parte docet: Iesum Christum

Christum esse cum Deo Patre vnus essentia, potestatis, Maiestatis, honoris.

Ergo Iesus Christus non est creatura. Schuuenck, in confes. mag.

Respondetur. Plus est in conclusione, quàm in præmissis. Nulla igitur est iusta illatio. Deinde in minori mutilatè symbolum allegatur, estq; fallacia cõpositionis & diuisionis. Nam in ea symboli parte, & quidem in oratione continua, duo de Iesu Christo dicuntur, quæ vera & immota sunt: Primum, quòd sit filius Dei (scilicet ab æterno) Deinde verò perspicuè adiiicitur, quòd sit verus homo, natus ex Maria, tẽpore scilicet à Deo præfinito. Quare vtrumq; in hoc symbolo profitemur, nepe quòd hic Iesus sit verus Deus, & quòd sit verus homo, natus ex virgine. Quàm igitur vnigenitus Dei filius est, non est creatura. Quàm autem homo est, cõpiti in tempore, natus, educatus est, verè est creatura. Meras itaque nugas agit præstigiator, quòd confessionem luculentam in hoc symbolo, molitur ad sua deliramenta pertrahere.

XXV. Fides non nititur vlla creatura.

Fides nititur toto Christo, vt canimus & profitemur: Credo & in Iesum Christum.

Ergo Christus NON est creatura, sed etiam, iuxta suum hominem in gloria Patris, est Deus. Schuuenck in confes. mag. i. part. Item de filiiati. & gloria Christi.

Respondetur. Est fallacia Compositionis & diui-

& diuisionis. Maior verè est de nuda creatura. Et rectè dicitur : Maledictus, qui fiduciam suam ponit in hominem, scilicet nudum hominem.

Quod ad Minorè, Fides nititur toto Christo, sed non nudo homine, verùm Deo & homine in vna persona, estq; singulare hoc priuilegium huius hominis, neq; contingit vlli alii creaturæ. Et in ista hypostatica vnione isti homini peculiari prærogatiua, iuxta doctrinam perspicuam lacris literis traditam, datum est Nomen super omne Nomen, vt in ipsius Nomine stentantur omnia genera cœlestium, terrestrium & infernorum. Quid igitur est tutum, quod tanta superbia audes Dei consilium, & beneplacitum in hoc homine Iesu Christo, reformare ac negare, carnè in Christo, quæ in tempore cœpit ac nata est, esse creaturam, & non etiam vt creaturam veram in hac personali vnione, vna adoratione esse adorandam? Conclusio itaq; non solum nullius est momenti, sed etiam affluit fanatica & blasphema, quòd Christus etiam secundum suum hominem sit Deus. Hoc autem non docet sacra scriptura, nec mutata est humanitas Christi in diuinitatem, licet verissimum sit: Hominem Christum esse Deum, in vnica scilicet persona, non confusis atque mutatis naturis.

Sunt autem meræ illusiones, quod ait: Christum non deleta sua humana natura, ta-

men

men qua homo fit, non esse creaturam, sed Deum. Hac enim fanatica, spiritum vertiginis in isto homine satis superque produunt ac declarant.

XXVI. Qui ab aeterno est apud Patrem, is non est inter creaturas collocandus.

Sed symbolum, quod canitur, ait Christum ab aeterno esse apud Patrem.

Ergo Christus iuxta humanam naturam non est creatura. Schuuenck, in confes. mag.

Responderur. Maior & minor loquuntur de natura diuina tantum, & conclusio infert de humana natura tantum. Ergo perindè conuenit illatio ad præcedentia, ac si quis dicat: Falces postulo, at ille respondeat, securis non est acuta. Deindè verò, si Maior de toto Christo accipiatur, attende, quid hoc fit rei? asseuerare.

Filium Dei æternum, non esse factum hominem, non conuersatum esse cum hominibus, non passum esse iuxta carnem.

Manifesta igitur est futilitas istius Pseudo-
prophetæ.

XXVII. Nulla creatura est pro nobis mortua, sed vnigenitus Dei filius, 2. Cor. 5. Deus erat in Christo sibi mundum reconcilians.

Christus est pro nobis mortuus.

Ergo Christus iuxta humanam naturam, bona conscientia nõ potest dici creatura. Schuuenck, in conf. mag. I. part.

Responderur. Plus est in conclusione, quã
in præ-

in præmissis, vt ferè semper Fanaticus iste infert, atque accumulatur plura atq; aliena.

Deinde ad Maiorem: Nulla creatura pro nobis est mortua, scilicet, sola, nuda, tantum creatura. Non enim fuisset sufficiens ad persoluendū æquiualens, p peccatis totius mundi, precium. Quare Filius Dei factus homo, nos redemit à peccato, morte, imperio Diaboli & inferni. Passus autem & mortuus est hic noster Redemptor, qui est Deus & homo, SECUNDVM carnem, vt Petrus manifestis verbis scribit. Quando igitur dicitur: Filius Dei est pro nobis mortuus, id sanè nequaquã est intelligendum, extra naturam humanam, secundum diuinam naturam, sed iuxta resolutionem & declarationem Petri, secundum carnem scilicet, non tamen extra hanc personam.

Intempestiuè autem hic citatur dictum Pauli, Nam licet Deus cooperatus sit in hoc amplissimo opere redemptionis generis humani, attamè voluit filium suum vnigenitum fieri hominem, & iuxta humanam naturam assumptam, in sua persona pati mortem. Quare illatio Schuuenckfeldii est fanaticismus & blasphemia, qua Diabolus conatur nobis hominibus eripere consolationem, quòd filius Dei factus homo nos redemit, & in natura humana, vt vera etiam creatura nobis in hac parte similis, sed absque peccati contagio sanguinem pro nobis fuderit.

XXVIII.

XXVIII. Sanguis Dei nõ est creaturalis (vt supra dixit aut humanus) sanguis.

Sed sanguine Dei Ecclesia acquisita est. Actorum 20.

Ergo sanguis Christi non est creaturalis, corporalis, humanus sanguis, Schuuenck, de notitia Christi.

Respondetur. Maior est phantastica, quæ non extat in sacris literis.

Quod ad Minorem, loquitur, ibi Paulus de Christo nostro Redèptore & Liberatore, vt & Iohannes simili oratione vtitur. Sanguis Iesu Christi filius eius, emundat nos ab omni peccato. i. Iohan. 1. Sed Christus est verus Deus & verus homo, in vnica persona. Verè igitur in hac persona, Deus sanguinem fudit, scilicet, si explicare velis, iuxta naturã humanam. Nam diuina Christi natura non habet carnem & sanguinem, vt ipsemet, testatur, Luc. 24. Spiritus carnem & ossa non habet. Sic igitur dextrè hæc Oratio Apostoli accipienda est. Non autem inde efficitur, quòd sanguis Christi, sit ipsa natura, aut essentia diuina. Quia humanitas Christi non facta est, nec fiet vnquam diuinitas ipsius.

XXIX. Creatura non potest esse sanguis noui Testamenti ad remissionem peccatorum.

Sed Christi sanguis in sacra cœna est sanguis noui Testamenti.

Ergo Christi sanguis non est creatura. ibid.

Respondetur. est eadè illusio. Maior enim de sola

de sola & nuda creatura loquitur. Minor verò de Christo, qui est Deus & homo. Nam iste sanguis, qui pro nobis in ara crucis est profusus, qui; in D O M I N I cœna iuxta ipsius sanctionem & verbum, præbetur bibendus, non est nudi hominis sanguis, sed hominis, quem filius Dei in societatem atq; unionem suæ diuinæ personæ suscepit, qua de causa & sanguis filii Dei appellatur, atque est reuera. Iam autem consilium & beneficium Dei ita vellicare, quasi Deus non sic ordinavit, vt filius Dei vnigenitus creaturam, id est hominem assumeret in suæ diuinæ personæ vnionem, & iste Christus vnicus pro nobis pateret secundum carnem, vt Petrus loquitur, est sine omni dubitatione odium Satanicum spirare & exerere, quia, vt sæpius repetendum est, Diabolus extremè hoc ipsum odit, quod Deus factus est homo, & hoc nostræ salutis fundamentum conatur omni astutia, fraude & vilibefactare. Non patiamur igitur nobis hoc eripi, quod Deus sit homo, & quod sanguis Christi sit & maneat creatura nobis in hoc Christo saluberrima.

XXX. *Nulla creatura potest ad dexteram Dei sedere.*

Sed Christus iuxta suam humanam naturam sedet ad dexteram Dei.

Ergo Christus in gloria iuxta suam humanam naturam, non est creatura. Schwenck in confess. mag. 3. part.

Resp.

Respondetur. Maior palàm falsa est. Ratio est, quia cum verbo Dei manifesto pugnat. Nam David de Messia passuro & resurrecturo prædicit, quòd ad dexteram Dei sit collocandus. Sic clarè filius Dei inquit: *A modo videbitis FILIVM HOMINIS sedentem à dextris virtutis.* Matth. 26. Idem Apostoli quoque gloriosè testificantur, quod hic Iesus Christus, natus homo ex Maria virgine, qui mortuus est & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, is etiam interpellat pro nobis. *Ephes. 1. Credimus secundum efficaciam potentie virtutis eius, quam operatus est in Christo Iesu, suscitans eum à mortuis, & constituens ad dexteram in celestibus.* Est itaq; extrema & detestabilis amentia & impudentia, & voluntari ipsius reuelatæ, & facto celeberrimo ac tradito multis testimoniis sese opponere.

Maiore itaq; destructa perit & illatio impostoris.

XXXI. *Nulli creatura potest tribui omnis potestas.*

Sed Christo tribuitur omnis potestas, etiam secundum hominem.

Ergo Christus secundum hominem non est creatura. Item clara testi.

Resp. Maior loquitur de nuda & sola creatura. Minor verò de Christo, qui Deus & homo est. Creator quia Deus, creatura autè quia homo. Ergo est visitata & turpis fallacia cõpos. & diuis. quatuor terminorū. Naturæ humane in Chri-

in Christo datā esse omnem potestatem, neq̄ iste Erro, verbis quidem, aūdet inficiari, sed pernegat humanam naturam in Christo, esse creaturam, prorsus, vel ex affectata malitia & ambitione, vel ex diabolica fascinatione atq; vertigine, vt malus spiritus per hoc organon ægrè faciat Christo, & simpliciores in Christi Ecclesia perturber.

XXXII. Quicunq; est Mediator inter Creatorem & creaturam, non potest esse creatura.

Sed Christus est Mediator inter Creatorem & creaturam.

Ergo Christus non est creatura. Schuuenck in confes. mag. 3. part.

Respondetur. Maior non extat in sacris literis, imò contra eas est. Manifestè itaque fanatica & falsa est, Nam & Moses legitur fuisse Mediator inter Deum & homines, accipiēdo in monte Synai Legis tabulas ex manu Dei, Galat. 3. Deinde sic est à Deo ordinatum, vt Mediator & Propiciator generis humani, esset filius Dei, qui fieret homo. Homo enim lapsus erat in peccatū: Ergo Deo sic visum est, vt vnigenitus filius factus homo, secundum carnē pateretur, ac sanguine suo expiaret hominum peccata, id quod sacræ literæ luculenter tradunt, & tota Ecclesia Christi profiteretur in suis symbolis. Refutat igitur Paulus perspicuis verbis istum, præstigiatorum, inquiens: *Vnus Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. 1. Timoth. 2.*

Quod

Quod ad Minorem, loquitur ea de officio Christi, quod naturis in Christo nihil derogat. Imò hoc nobis summæ est consolationi, quod noster Reconciliator cum Deo, est verus Deus, & verus homo in vnica persona. Tota igitur Argumentatio est Ignoratio Elenchi.

XXXIII. Nulla creatura potest esse Mediatrix hominum.

Iam si Christus est Mediator.

Ergo, Christus iuxta carnem non est creatura. Schuuenck, confes. mag. 3. part.

Respondeo ad Maiorem. Nulla creatura sola & nuda, est Mediatrix hominum, hoc extra controuersiam versatur. Sed Christus non tantum est homo, sed & Deus, ac sic constitutum est à Deo, vt noster Mediator vtraque natura constaret, Humana quidem, quia per hominem esset lapsus commissus, vt etiam in humana natura, sed non sola fieret expiatio peccatorum. Diuina autem, vt hoc tantum opus redemptionis generis humani perficeret, quia sola natura humana id præstare non valuisset, id quod alibi fusius explicatur.

XXXIII. Redemptio non potest tribui ulli creatura.

Sed 1. Timoth. 2. tribuitur homini Christo redemptio omnium nostrum.

Ergo Christus neq; ante neque post resurrectionem potest esse creatura secundum hominem.

Respondetur. Eadem est vexatio quæ in

Dd priori

prioribus aliquot argumētis obiecta est. Maior loquitur de creatura nuda, in se considerata. Minor verò de Christo, qui Deus & homo est. Consilium autem Dei non patiamur eludi, qui voluit per filium factum hominem, id est, creaturam, nos redimere, idq; nobis & necessarium fuit, iuxta ipsius Dei iudicium, & nobis summæ consolationi est, quòd non solum Deus, sed & homo nos redemit & saluat. Verùm quonam sua Diabolus spicula dirigat, aliquoties ostensum est.

XXXV. *Nulla creatura pascit animam ad vitam aeternam.*

Sed caro Christi verè viuificat. Iohan. 6.

Ergo caro Christi nō est creatura. Schuuenck, in confes. mag. 1. part. Item clara testi.

Respondetur ad Maiorem, scilicet sola & nuda creatura per se. Alioquin autem Deus per verbum & aquam homines regenerat. *Ephes. 5.* Per verbum Euangelii saluat, *Rom. 1. Euangelium est potentia Dei, ad salutem omnium credenti.* Minor autem non de nuda carne, aut carne per se, sed de carne Christi loquitur, quæ est caro vnigeniti Dei filii in vna persona, & vt testatur Cyrillus, totam vim viuificandi hausit in hac persona. Sunt igitur quatuor termini, & sic perit conclusio. Solent autem istis rerum confusionibus ludere præstigiatores, vt simplicioribus fucum faciant.

Clamat porro impostor, eneruari cœnam DOMINI, si caro Christi sit creatura, quia ibi tradatur

tradatur esca animæ ad vitam æternam. Sed Christus est Deus scilicet & homo, qui iubet corpus suum edi, & sanguinem suum in hoc Testamento suo bibi. Et corpus ipsius & sanguis ipsius sunt creaturæ. Ergo p has creaturas & cum eis, præbet nobis remissionē peccatorum, & vitam æternam, omnibus scilicet & ore & fide hoc Testamento vtentib. Non itaque eneruat sacram cœnam, licet corpus Christi sit atque creatura. Est enim corpus filii Dei, scilicet in vnionem personæ ipsius assumptum, & sic ipsi visum est, Testamentum suum ordinare. Verùm Pseudopropheta etiam hic in chorda Sacramentatorum oberrat, ex corpore Christi pro nobis tradito, faciens tantum memoriam corporis Christi.

XXXVI. *Solus Deus saluat, Esai. 43.*

Christus saluat.

Ergo caro Christi non est creatura. Idem clara testimonia.

Respondetur. Cōclusio sic debebat inferri. Ergo Christus est Deus. Et sic argumentatio subsisteret. Verùm quia de carne tantum Christi inferri, perspicuū est, eam ex præmissis non sequi. Nam verum quidem est: Deum saluare, sed saluat iuxta suum beneplacitum. Sic autem ordinauit Deus, quòd per suum fillum factum hominē velit nos saluare, *Ioan. 3. Gal. 4.* Non igitur saluat nos nuda & sola creatura, sed Christus Deus & homo, de quo Pater cœlestis istam vocem profert: *Hic est filius meus*

dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Matthæi 3.

XXXVII. Quicquid omnem consolationem de salute aufert, id non est docendum.

Sed si homo Iesus Christus reliquitur esse creatura in cælis, tum non potest esse Mediator, Pontifex, non potest iurare, sanctificare, saluare, non potest invocari.

Ergo Iesus Christus in cælis, NON est creatura. Schuuenck. in confes. mag. 3. part.

Respondetur. Minor est fallacia secundum non causam, ut causam: Nam licet humana in Christo natura, sit creatura, & maneat creatura in omnem usque perpetuitatem, attamen totus Christus, utraque natura est noster Mediator, Pontifex, sanctificat, saluat nos, & una adoratione *sed ad patros* ille est adorandus. Ideo enim visibiliter carnem suam in cælum eiecit, ut certò constaret Ecclesiæ Christi, hunc eundem Christum, retinere suam carnem semel assumptam, inseparabiliter & immutabiliter, & eadem carne in vnione ista hypostatice, rediturum ad iudicium, ut Angeli post ascensionem illam gloriosam apparentes, manifestis verbis prædicant. *Actor. i.* Deinde est fallacia compositionis & diuisionis, Nam Christus non est nuda, non sola, non tantum creatura, sed est Deus & homo in vnica persona. Nuda quidem & sola creatura non posset sanctificare & saluare homines. At Christus Deus est & homo, & in hac persona utraque sua

sua natura est noster Saluator & merito & efficaciam, ut alibi solidè est probatum.

XXXVIII. Dominus cæli & terra non potest esse creatura.

Sed Christus est Dominus cæli & terra iuxta utramque naturam.

Ergo Christus iuxta humanam naturam non est creatura. Schuuenck. confes. mag. 3. part.

Respondetur. Est fallacia compositionis & diuisionis. Maior enim agit de creatura nuda, sola, in se & per se tantum considerata. At Minor loquitur de Christo, prædico natura diuina & humana, in vna persona vnitis inconfuse. Quare non cõueniunt Maior ac Minor, ac sunt quatuor termini, Minor autem talis debebat Maiori subiici: At in Christo tantum est humana natura, seu creatura, id quod palam est falsum.

XXXIX. Cognitio Christi, in eo Christus ipse, non foret vita æterna, si cara Christi esset creatura.

Sed Christus est verus Deus, & vita æterna. Iohan. 5.

Ergo Christus iuxta hominem, non est creatura. Schuuenck. de filiat. & gloria Christi.

Respondetur. Maior falsa est, quia contra sacram scripturam & communem totius Ecclesiæ Christi confessionem est: Nam sacre literæ testantur, verbum factum esse carnem, hoc est, filiū Dei esse incarnatum, & sic utraque natura (quia Deus & homo est) nos ho-

mines peccatores redemisse, & vitam æternam peperisse: Quia igitur homo, idèd creatura: Omnis enim homo creatura est, quæ cœpit tempore certo, & cõstat anima & corpore. Sic filius Dei præfinito tempore assumpsit semen mulieris, corpore & anima nobis simile, sed absque peccato.

Quod ad Minorem: Iohannes in eo dicto nequaquam negat, Christum quæ homo est, creaturam esse, sed simpliciter dicit: Christum esse Deum, & vitam æternam. Quod autem hic Christus etiam sit homo, id luculenter ardentiq; zelo *cap. 4.* adstruit: *Omnis, inquit, spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Iam verò pugnaciter affirmare, Christum quæ homo, NON esse creaturam, idem est reipsa, quod inficiari: Christum in carne venisse, quia caro humana est creatura, omnium piorum & sanctorum iudicio. Sciat itaque Schuuenckfeldius, se à Iohanne Apostolo hic pro Antichristo damnari. Insuper vox Christi nota atque immota est: Carnem suam esse datã pro mundi vita, *Iohan. 6.* Vnde rectè dicitur: Carnem Christi esse viuificam. Sic enim Deo placuit, sibi reconciliare & viuificare homines lapsos in peccatum & mortem, per filium suum factum hominem. Struit igitur iste impostor in hoc argum. fallaciam, secundum non causam.

XL. S.

XL. *Si homo Christus glorificatus est creatura, tum non potest esse semen benedictionis alios benedicens.*

Sed Christus est semen benedictionis Genesis 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Item Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis suis.

Ergo homo Christus Iesus glorificatus non est creatura. Ibid.

Respondetur. Maior est falsissima, estque fallacia secundum non causam. Nam & homo Christus glorificatus, est creatura, quia homo est & manet, nec abiicit aut mutat hanc suam humanam, factam, natam, creatam naturam, & est semen benedictum, alios benedicens. Vtrunque enim sacræ literæ luculenter docent. Nam mox in paradiso ista sententia profertur immediate ex ore Dei, Semen mulieris conteret caput serpentis. At semen mulieris est homo, & est creatura. Sed non est sola, nuda, tantum creatura, verum est etiam Deus, idque in vna persona, id quod etiam nomen Immanuel designat. *Esa. 3.* Incidit præterea & ista ratiocinatio, in priorum dolum.

Maior enim de sola & nuda creatura intelligenda esset, si deberet consistere. At Minor de Christo loquitur, qui non est sola creatura, sed est Deus & homo in vnica persona. Euanescit itaque conclusio.

Dd 4 XLII.

XL I. Si Christus secundū hominem esset creatura, tum non foret Immanuel.

Sed Christus est Immanuel. Matth. I.

Ergo Christus secundum hominem, non est creatura. Ibid.

Respondetur. Portentosum caput gignit portentosa dogmata. Maior non est scripturæ, neque sanorum hominum, Idèd prorsus est falsa.

Quod ad Minorem: hoc ipsum nomen Immanuel testimonio est, Christum esse Deum & hominem in vna persona. Et quia factus & natus homo, ac reuera semen mulieris, idèd vera creatura est, absq; tamen contagio peccati: Et illustrat hanc ipsam rem, Esaiæ vaticinium, quo inquit: *Almah, hoc est, virginem intemeratam, concepturam, & enixuram esset: hunc admirabilem filium, cui (scilicet propter duplicem naturam) imponèdum esset hoc nomen Immanuel, hoc est, Θεὸς μετ' αὐτοῦ.* Conclusio igitur est nullius momenti.

XL II. Deus noluit creaturam ponere ad fundamentum sui templi.

Sed Christus est positus ad lapidem angularem sui templi.

Ergo Christi caro non est creatura. Ibid.

Respondetur. Est eadem fallacia & nugatio. Maior enim loquitur de mera creatura. At Minor subiectum exhibet, quod Deus & homo. Ideo meras imposturas iste nouus Doctor ebuccinat. Porro hoc Dei consilium Sa-

tan

tan odit atque impugnat semper, quòd Deus homo factus est, & quòd non solum Deus, sed & homo in hac persona caput ipsius contriuit. Hoc igitur Satanæ odiū, & in isto præsentis organo haud obscurè perspicias, quòd negat Christum, quā homo est, creaturam esse. Neque verò iste spiritus hunc præstigiatorum equitans atque instigans, seridè agit, quicquid de gloria carnis Christi quasi inflatis buccis agit. Nam ad eum finem collimat, quod tamen ea caro non sit creatura, nec similis carni reliquorum hominum, quòd ad speciem. Vanitas itaque vanitatum est, quòd infert Schuueëckfeld.

XL III. Caput nostrum, Mediator noster, Rex noster, non potest esse creatura.

At Christus est caput nostrum, Mediator, Rex noster, utraq; natura.

Ergo caro Christi non potest esse creatura. Idem ibid.

Respondetur. Est fallacia compositæ, & diuisionis. Quia Maior loquitur de nuda & sola creatura, quæ sanè non potest esse caput nostrum. Minor verò loquitur de Christo, qui & Deus & homo est in vnica persona. Et quia homo, secundum humanam naturam creatura est, quæ à Deo est facta tempore constituto, & constat anima & corpore, vt & reliqui homines, excepto tantum peccato.

Sunt igitur quatuor termini in hoc Argumento. Et sic Deo placuit, vt nostrum caput

D d s & Rex

& Rex, esset Deus & homo. Nugas autem agit impostor quòd blaterat, se quidem etiam hoc profiteri, quòd Christus in gloria sua cœlesti sit homo, sed creaturam hoc nomine cum esse, id verò se pernegare. Verùm quia ista cœlestis glorificatio non sustulit hominem in Christo, Ergo nec creaturam quam assumpsit.

XLIIII. Si Christus esset creatura, tum persona dissolueretur, & quaternitas constitueretur, essetq; in Christo natura inferior diuinitate.

Sed Christi persona non est soluenda, nec quaternitas admittenda.

Ergo Christi humana natura non est creatura. Ibid.

Respondetur ad Maiorem. Est fallacia secundum non causam, & est tantum ebuccinatio temeraria, absque villo certo fundamento. Nam *verbum caro factum est*, inquit Iohan. cap. i. *Misit Deus Filium suum, natum ex muliere*, scribit Paulus Galat. 4. Hic facta est vnio personalis diuinæ & humanæ naturæ in Christo, afluente filio Dei in suam diuinam atq; æternam personam, ex Maria virgine naturam humanam. Et hæc vnio personalis est inconfusa, & est indissolubilis. Qui igitur hominem creaturam potuit suscipere in suam naturam, in statu suæ humiliationis, is etiam hominem creaturam in sua gloria, & potest & vult conseruare, in solatium generis humani. Quemadmodum etiam natura humana, suscepta

ceptam vnionem personæ filii Dei, nūquam exæquata est naturæ ipsius diuinæ, in hoc mūdo, ita neque humanitas Christi exæquata est ipsius diuinitati in glorificatione cœlesti, & vt fuit, ita est, ac manet in omnem vsque æternitatem differentia inter diuinam & humanam Christi naturam, vt hæc sit minor, illa maior.

XLV. Nulla creatura essentialiter potest habitare in omnium credentium cordibus.

Sed Christus habitat in cordibus credentium.

Ergo Christus iuxta carnem non est creatura.

Ibid. Item, claratestim.

Respondetur. Est lus in quatuor terminis. Maior de nuda & sola creatura loquitur. At minor pronunciat de Christo, qui non est nuda aut sola creatura, sed Deus & homo in vnica persona. Deo autem sic visum est, eiusmodi saluatorem nobis cōstituere, qui Deus & homo in vnica persona esset. Quid igitur tu Deum reformas, qui creaturam a te factam, sic personaliter voluit vnire filio Dei, & hæc miranda opera per ipsum efficere? Quare tantum ludos agit iste præstigiator, fallacia composit. & diuis. simpliciores fascians.

XLVI. Nulla creatura potest indicare viuos & mortuos.

At Christus iudicaturus est viuos & mortuos.

Ergo nihil in Christo est creatura. Ibid.

Respond. Idem est dolus. Maior de nuda & sola

& sola creatura loquitur. At Minor de Christo Deo & homine. Tenebras igitur & ludificationes meras iste præstigiator hominibus offundit. Quod verò Iohan. 5. dicitur: *Christo datam esse potestatem iudicandi omnes homines, quia filius hominis sit*, id iste nouus Doctor sic eludit: hominem quidem esse, sed creaturam non esse. Id verò cum probari in æternum nequeat, merito inter Fanatismos Schuuenckfeldii ascribendum & referendum est. Satis autem hic est, simplicioribus saltem, perspicue demonstratum esse vitium argumenti.

XLVII. Nulla creatura effundit Spiritum sanctum.

Christus effudit Spiritum sanctum. Act. 2.

Ergo Christus non est creatura vlla sui parte, Idem clara testim.

Responderur. Est vsitata isti præstigiatori fallacia. Maior de sola & nuda creatura est intelligenda, At Minor loquitur de Christo, qui Deus & homo est. Et sic Deo placuit, per huc Christum, Deum & hominem, nos homines peccato perditos saluare, & donare Spiritum sanctum. Quid tu igitur hoc opus Dei cauillaris? Iohan. 20. legimus afflatu, Christum suis Apóstolis dedisse Spiritum sanctum. Hæc opera salutis nostræ non sunt exhibilanda isto cauillo: creatura hæc non potest efficere, quia non est nuda, & tantum creatura Christus secundum hominem, sed etiam est Deus in vnica persona, Atqui Diabolus odit acerbissime incar-

Incarnationem Christi, quâ ipsi caput est contritum, ided tantopere furit, variisq; machinationibus aduersus Christum suum odium exercit. Videt igitur lætor pius, meras vexationes ab istis impostoribus, ad fascinandos imperitiores, in medium affari.

XLVIII. Quicquid est glorificatum, id non est creatura.

At corpus Christi est glorificatum. Philip. 3.

Ergo corpus Christi non est creatura. Ibid.

Respondetur. Maior est phantastica, non ex verbo Dei petita, sed nata & prolata ex virginoso cerebro præstigiatoris. Ergo similis valoris est illatio. Fundamenta autem doctrinarum debent ex certo & euidenti verbo Dei proferri, atque ad oculum demonstrari. Id verò hic non fit. Ergo isthæc erronea doctrina omni iure est profliganda.

XLIX. Si caro Christi est creatura, tum nibil amplius habet in cœlis, quam Moses, Petrus, Paulus, licet sit altior creatura.

Sed Christus in cœlo habet regnum, est caput, influit spiritualia dona, gratiam, pacem, spiritum, letitiam.

Ergo caro Christi in cœlo, non est creatura. Ibid.

Responderur. Est eadem chorda fallax, Næ Maior loquitur de creatura sola, nuda, tantum per se considerata. Minor verò loquitur de Christo, qui non est nuda & sola, & tantum creatura, sed est in vnica persona Deus & ho-

mo. Est igitur secundum hominem, etiam creatura, quia homo factus & natus in tempore, est creatura. Sine tamen peccato homo factus est, & quidem virtute altissimi, ex semine inremeratae virginis Marię. Deinde quia Minor de carne Christi dicit, idem nulla est conexio, & simpliciter falsa est, & est fallacia secundum non causam. Nam & caro Christi est ac maner reuera creatura, & habet multo plures dignitates, prerogatiuas & potentias, quam Moses aut Petrus. Ratio est, quia hæc creatura humana assumpta est in vnionem personę diuinę filii Dei, & collocata est ad dexteram Maiestatis, & virtutis Dei, omniaq; ei subiecta sunt in cœlo & in terra. Horum autem neutrum Moysi, Petro, aut vlli sancto sanctę ue competit. Quare hic homo Christus vnctus est præ cunctis confortibus suis. Nihil igitur hac ratiocinatione obtinet nouus iste Propheta.

L. 1. *Corinth. 15. scriptum est: Factus est primus homo in animam viuentem. Nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Item, primus homo de terra terrenus est. Secundus homo DOMINVS ex cœlo.*

Ergo Christi caro in gloria non est creatura. Ibid.

Respondetur. Neganda est consequentia. Quia in antecedente non habetur, quod infert consequens. In priori enim collatione Paulus non dicit, Christum secundum hominem,

nem, mutatum esse in spiritum, seu humanam naturam, factam esse diuinã, nec iam amplius creaturam esse. Sed dicit: hunc hominẽ Christum, esse spiritum, hoc est, Deum viuificantẽ, Deus enim est spiritualis essentia. At, quia Christus Deus & homo est, idem ei viuificatio aliorum hominum tribuitur. Ceteri vero naturales homines, qui nihil aliud sunt quam homines, non possunt alios homines viuificare. Vitam accipiebat Adam à Deo, sed non simul erat Deus viuificans, vt homo Christus est, Deus & homo in vna persona. Nihil igitur hic derogatur humanę in Christo naturę, quasi non sit creatura. Similiter in altera antithesi hoc confertur, quod primus homo sit de terra, ac tantum sit humana natura prædurus. At Christum hominem, non solum esse terream molem, id est, verẽ hominem, sed insuper esse DOMINVM ex cœlo, id est, verẽ Deum, vt Iohannes inquit: *Verbum caro factum est.* Quare in hisce dictis, nequaquam phatasma Schuencckfeldii continetur, & nimirum caro Christi non sit creatura. Nam & secundum nominat hominẽ, id est, creaturã, sed non solum, verũ etiã Deum, in vnica scilicet persona.

L. I. *Gratia non est à creatura.*

Sed Roman. 5. dicitur: Gratia Dei, & donum per gratiam vnus HOMINIS Iesu Christi, in plures abundauit.

Ergo Christus secundum hominem, non est creatura. Ibid.

Resp.

Responderur. Eadem est impostura compos. & diuis. Maior dicit, Gratiam non esse à nuda creatura, & in se considerata. At Maior loquitur de Christo, qui est Deus & homo, & dilicte hominis meminit, ideo iuxta humanam naturam, Christum esse creaturam designat, sed non nudam, verum & Deum, in vna persona. Et supra dixerat cap. 1. *Christum esse declaratum filium Dei in virtute*. Et cap. 9. coniungit vtranque naturam inquires: *Ex quibus (patribus) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.*

LII. *Claritas filii Dei ante mundum conditum, est ipsa eterna diuinitas.*

Christus petit se hominem clarificari ea claritate. Iohan. 12.

Ergo Christus iuxta suam humanitatem, est Deificatus, caro tota in Christo est Deificata. Natura in Christo sunt exequata. Ibid.

Respondetur. Vox Dei ibi sonat: *Et clarificauit, & iterum clarificabo.* Est autem clarificatio filii Dei æterna, quod natus est ab æterno Patre, idque ab æterno. *Psal. 2. Iohan. 1.* est coessentialis, coequalis, coæternus, coomnipotens Patri & Filio, & vnus Deus. Iam autem promittit Deus Pater clarificationem suo filio versanti in statu humiliationis, postquam scilicet homo factus erat. Ea verò clarificatio erat resuscitatio ex mortuis, victoria peccati, mortis, Diaboli, inferni, ascensio triumphalis in cælum, sessio ad dexteram Patris, traditio omnis

omnis potestatis in cælo & terra, iudicium de mortalibus, gloria sempiterna. Ista igitur, licet ad exaltationem humanæ naturæ in Christo admiradam & sublimiorem, quàm vt homines, humanis verbis eam possint explicare, pertineant, tamen nihil prohibent, quò minus humana in Christo natura sit ac permaneat reuera creatura. Dei enim opus & beneuolentia erga homines hac in parte spectanda sunt.

LIII. *Si Christus iuxta humanam suam naturam, est creatura, ipsa Trinitas turbatur, quia in Trinitate nihil est creatum.*

Sed ea non est turbanda.

Ergo Christus secundum humanam naturam non est creatura. Schausenck. in conf. mag. 1 part.

Respondetur. Maior est falsa. Nam Trinitas in Deo manet salua, licet secunda diuinitatis persona fiat homo, & maneat homo in omnem vsque æternitatem. Nam sic Deo visum est, vt verbum caro fieret. Ea autem in carnatione filii Dei nihil de ipsius diuina natura, qua est coessentialis Deo Patri & Spiritui sancto, derogatum aut diminutum est. Vt autem natura humana in vnionem personæ filii Dei assumpta, non est mutata in diuinitatem ipsam, nec vnquam in eam immutabitur: Ita natura humana in Christo nunquam fiet coessentialis Patri & Filio, & est inferior natura diuina, vt pote creatura, quæ in tempore cœpit. Credimus itaq; totis pectoribus iuxta

Ee verbum

verbum Dei, & iuxta vnam in eam Ecclesie Dei confessionem: Vnicam duntaxat esse Dei æterni & omnipotentis essentiam, & tres eius personas realiter distinctas, Patrem scilicet, Filium & Spiritum, & non Patrem, neque Spiritum sanctum suscepisse carnem humanam, sed filium Dei unigenitum, & æternum tantum. Hæc plana & sana sunt, à quibus propter impostoris Schuuenckfeldii præstigijs non est discedendum.

LIIII. Lutherus etiam in suis libris scribit: Quod homo Christus sit Deus: in epist. de Nativitate ex dictis Hebræi. 1. In Psal. 2. 8. & alijs. Item Galat. 1. Christus non creatura, sed verus Deus est, quia ea facit que Deus.

Ergo Schuuenck sententia est vera Christum secundum hominem non esse creaturam. Idem in confes. mag. 3. part.

Respondetur. Quid mirum, quod ipse præstigiator querit prætextus ex Luthero, qui ipse in eiusmodi deliramentis acerrimè contradicit, id quod publica scripta restantur: cū ipsum Dei verbum ad suos errores per vim & falsam interpretationem detorqueat. Sed Lutherus non est arundo, ut ille Fanaticus. Nam in hisce ipsis allegatis locis disertè inquit: Non esse Christum solam creaturam, sed & creatorem, hoc est, in unica ipsius persona esse duas naturas, diuinam & humanam. Et verè hominem Christum, esse Deum. Nunquam autem negavit, Naturam in Christo humanam, esse

creatu-

creaturam. Quare liber Lutheri de concilijs, & Ecclesia, isti calumniatori in os contradicunt. *L V. Philippus in locis affirmat: Christum naturam esse filium Dei, ac distinctum ab adoptivis filiis.*

Ergo idem sentit, quod Schuuenck. Ibid.

Respondetur. Est calumnia, semper enim contra istius hominis fanaticismos sensit. Philippus, & graue iudiciū aduersus hunc ipsum ipsius impostoris errorem, conscripsit Smalcaldicæ, Anno 1540. quod hoc loco Schuuenckfeldium confuter.

L VI. Brentius idem sensit, inquit ibidè, quia super dictum Iohan. 16. Quia vado, ait: Christus ungenti misericordia & charitate, quia voluit solus esse cum Patre Deus, hominem servum induit, ut ex homine Deum faceret. Itaque ad Patrem ire, est hominem ad dexteram Dei traduce-re, adeoque per crucem & mortem ex homine Deum facere.

Respondetur. Brentius furoribus istius hominis cōstanter restitit, id quod scripta ipsius palam loquuntur. Est igitur mera calumnia, quod arripiens ea verba: Ex homine Deum faceret. Voluit aditruere, Brentium dicere, hominem in Christo, Non esse creaturam, id quod isti bono viro nunquam in mentē venit. Tantum enim voluit docere: Hominē Christum esse Deum, scilicet Deum & hominē in vna persona. Manente enī humana in Christo natura, creatura, tamen est Deus verè in unica

Ec 2.

per-

persona. Ac mira sanè est vertigo præsentis Fanatici, quòd etiam ipsemet ex Brentiote-
 stimonia fanaticismum suum destruenda addu-
 cat, ut ex *Homil. 3. in Acta. Christus eius sit super
 omnes celos, non ut omnia tantum in profectu
 haberet, sed ut omnia impleret, & ubi Deus re-
 gnat, ibi & ipse Deus & homo præsiò ad-esset,
 ut una cum Patre suo regnet.* Quod verò
 Schuuenckfeld. molitur aliquid mediū, inter
 Deum creatorem comunstrate, hoc est, ali-
 quid, quod sit, & tamen non sit Deus, neque
 sit creatura, stoliditatem suam crasse & super-
 fluè prodit. Tria enim eiusmodi ex suo cere-
 bro recèset, nouum scilicet Ierusalem, fidem,
 & incarnationis Christi Mysterium. Sed no-
 ua Ierusalem de qua *Galat. 4. 2. Pet. 3. Apoc. 21.*
 dicitur, Est Ecclesia Dei inter homines glori-
 ficatos in vita æterna per Christum, in qua iu-
 stitia habitabit. Homines autem in gloria cœ-
 lesti non desinent esse creaturæ, quia non de-
 sinent esse homines, estque immotum prin-
 cipium: Homo est & manet creatura, siue in
 terris siue in cœlis degat. Dona verò quæ ac-
 cipient homines in altera vita, non tollunt
 ipsorum substantiam. Ergo neq; hoc ab ipsis
 tollitur, quod sint creaturæ. Iustitia etiam qua
 credentes in Christum reputantur iusti cor-
 ram Deo, est obedientia Christi, seu perfe-
 ctio Legis, *Roman. 5. 10.* Renouatio vero ho-
 minum in corpore & anima, est sanctificatio
 substantiæ hominis per Spiritum sanctum.

Fides

Fides autem est fiducia cordis in promissam
 misericordiam propter Christum. Fiducia au-
 tem ista in corde, acquiescens, promissioni-
 bus gratiæ propter Christum, certè est crea-
 tura. Donum quidè Dei est fides. Sed ista cor-
 dis plerophoria, certè statuens iuxta promissio-
 nes diuinas, se habere peccatorū remissio-
 nem gratis propter Christum, est motus in
 hominis corde accèsus & donatus. quo Chri-
 stum eiusque beneficia iuxta promissiones
 Euangelii amplectitur, eisque insitit.

Ita Mysterium incarnationis Christi, est
 quidem opus Spiritus sancti, & virtus altissi-
 mi, sed tamen est incarnatio ex Maria virgine,
 & caro Christi, est semen mulieris, iuxta scri-
 pturam. Iam vero ex ipsa voce incarnationis
 hoc constat, quod sit creatura. Nam omnis
 caro est creatura, licet caro illa à Deo creetur.
 Disertè quoque Angelus inquit ad Mariam:
Ecce concipies, paries filium. Id vero creaturæ
 proprium est. Et Christus se apertè nominat
 filium hominis. At filius hominis est creatu-
 ra. Nec sequitur: Hic homo ex femine virill
 non procreatus est, sed Deus ipsum mirabili-
 ter condidit: Ergo creatura non est. Nā Adam
 & Eua profus miraculosè à Deo sunt facti,
 sine patre aut matre naturali, & tamen fue-
 runt, & sunt adhuc creaturæ. Nihil igitur agit
 Schuuenckfeld. cum suis deliramentis, quod
 vult aliquid in hoc mundo ostendere, quod
 existat, & tamen non sit Deus neq; creatura.

Et 3 LVII.

L VII. Augustinus inquit: Licet eadem sit caro, quæ & nostra, non tamen ita facta est in utero sicut nostra. Item Ambrosius de Incarnat. Dom. Sacra. cap. 9. Caro DOMINI spiritu in virginem superueniente generata. Item Augustin. de Trin. lib. 13. cap. 18. Conceptum virginis, non spiritus sed caro, fides non libido prauenit. Credendo non concumbendo fecundata est virginitas.

Ergo caro Christi non est creatura vlla ratione. Schuuenck. in mag. confes. 1. part.

Respondetur. Consequens in antecedente non extat, non habetur, nõ Inuenitur. Quare Fanaticus iste, est falsator scriptorum veterum, suamq; fraudem & impudentiam extremam manifestè prodit. Debebat autem suum falsum dogma testimoniis, luce meridiana clarioribus probare. Sed hoc non potest, idè impertinentia dicta citat, ac pessimè detorquet. Nullus autem pater vnquam dixit: Carnem Christi non esse creaturam, licet dixerit, conceptionem in Maria virgine, absque virili concubitu, mirando Dei opere factam esse. Stultissima est ratiocinatio: Caro Christi, non iuxta omnes rationes effecta est, vt nostra. Ergo prorsus ea nõ est creatura. Nam vt alibi exponitur, est tamè ex femine hominis Mariæ, gestatur in utero vsq; ad maturitatè, nascitur ex matre, gestatur, vt infans, donec ipsemet possit incedere, comedere, bibit, vt creatura. Semetipsum vocat filium hominis, & verè vt homo & creatura trucidatur in cruce, &c. De his alibi plura.

L VIII.

L VIII. Basilius in hom. de Nat. DOMINI, Deus est in carne, &c. Et qua huius dispensationis officina est? Virginis corpus. Quæ autem generationis principia? Spiritus sanctus & virtus altissimi obumbrans.

Ergo caro Christi non est creatura. Schuuenck. in conf. mag. 3. part.

Respondetur. Consequens est falsum. Ratio euidens est, quia in antecedente non continetur. Nequaquam enim iste Pater inficiatur, Christi carnem esse creaturam, licet eius efficiens causa extiterit Deus. Item, Non negat carnem Christi ex Mariæ carne desumptam esse. Quare iste nouus Doctor falsè istud dictum Patris ad suum deliramentum detorquet.

HUMANAM CHRISTI NATURAM, æqualem esse diuinitati, & in gloria esse Deum, & id quod Deus, essentia & virtute.

I. Thomas totum Christum cõfiteatur esse suum Dominum & Deum, Iohan. 20.

Ergo Christus est Deificatus, hoc est, secundum suam humanam naturam, est idem, quod Deus ipse. Schuuenck. in confes. mag. 3. part.

Resp. Neganda est consequentia. Ratio est, quia in consequente attextitur hoc, quod in mente sua non habuit S. Thomas. Equidem profitetur hunc Christum esse Deum suum,

Ec 4. & re-

& rectè. Erat enim, sed non simul negat Christi humanitatem, neque dicit eam esse idem essentia, quod Deus est essentia. Nam contrectat suis manibus post resurrectionem Christi, eandem ipsam humanam naturam in Christo, quam ante passionem habuerat, & hanc sensu etiam corporali deprehendit, quod non sit transmutata in spiritualem essentiam, qualem habet Deus, quæ manibus hominû contrectari nequit. Delet igitur Schuuenckfeldius iste reuera naturam in Christo humanam, id quod vnicè per ipsum intendit Saran, hostis Christi & omnium hominum immanissimus, quantumuis garriat, se non abolere naturam Christi humanam. Sic enim solet Diabolus contradictoriis suis impudentissimis, hominibus imponere eosque suis præstigiis inuoluere.

II. *Quicquid in Deo genitum est, id oportet eiusdem ESSENTIÆ esse, & Deus ipse. Quia in Deo est unica, communis, indiuisa essentia, etque nihil aliud quam Deus est.*

Sed Christus dicitur primogenitus ex mortuis. Coloss. I.

Ergo Christus iuxta humanam naturam, ut filius cum patre, qui eum in omnem suam gloriam, maiestatem, potentiam, &c. genuit, necesse est, ut sit VNIVS ESSENTIÆ & equalis Deus. Schuuenck. in confes. mag. 3. part.

Respondetur. Sunt quatuor termini. Maior enim loquitur de generatione filii Dei

æter-

æterna, quæ ex Dei Patris substantia, ac ve è iuxta hanc æternam generationem, filius Dei est coessentialis Patri & Spiritui sancto, vnicus Deus, vnica essentia Dei. Minor autem loquitur de generatione, quæ facta est in tempore. Et quidem Paulus Coloss. I. hac sua phrasi, non loquitur de generatione substantiæ Christi, sed de ipsius officio, ut & in cæteris, quæ ibi iunguntur, de officiis Christi præclare docetur. Ait igitur Apostolus, Christum esse primogenitum ex mortuis, hoc est, Christum primum & vnicum heros esse, mortem superantem, & naturam humanam suo merito, ac virtute, ex faucibus mortis euehentem, id quod cedit in bonum omnibus hominibus. Nam per & propter Christi resurrectionem omnes homines ex mortuis resurgent. Quod si absque Christi resurrectione fuisset, nemo hominum resurrecturus esset, sed omnibus in peccato & sub imperio mortis pereundem fuisset. Verè itaque Christus primogenitus est ex mortuis, estque causa resurrectionis in cæteris hominibus, ut hac etiam in parte, primatum præ cæteris hominibus gerat. Et si autem, & ante Christum, nonnulli homines leguntur ex mortuis resurrexisse, tamen Christi resurrectio est vnica causa, fons & origo, quare alii homines ante se, & post se resurgant ex morte. Nam Christi beneficium in anteriora & posteriora tempora se extendit. Ad hanc sententiam confirmandam per-

Et 5 tinet,

tinere, quod idem Apostolus scribit, 1. Cor. 15. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, PRIMICIÆ DORMIENTIVM. Quoniam quidē per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Item, 1. Thes. 4. *Si credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo.* Quare in Minori deficit impostor, imò est manifesta deprauatio textus, quasi ibi Paulus agat de substantiali generatione. Conclusio itaque ex præmissis nullo modo sequitur, id quod manifestum est. Colligit igitur atque eructat iste Pseudopropheta meras blasphemias in saluatorem nostrum Iesum Christum, quæ serio zelo, detestandæ sunt.

III. *Quicumq; est filius Dei, is est æqualis Deitati, est id quod Deus essentia & virtute.*

Sed Christus est filius Dei. Matth. 16. Marc. 15. Luc. 1. Iohan. 20. Et in Actis.

Ergo Christus secundum naturam humanam, est æqualis diuinitati, & Deus essentia & virtute. Schuuenck, in confes. fidei.

Respondetur. Sunt quatuor termini. Maiorem enim tantum loquitur de filio Dei æterno, qui natus est ex substantia Patris ab æterno, eiq; est coessentialis & omnipotens. Minor autem loquitur de Christo, qui quidem etiam est æternus ille & coessentialis Deo Patri filius, verum insuper est verus homo, carne

ex Ma-

ex Maria virgine assumpta in vnionem personæ suæ diuinæ. Conclusio itaque multò plura infert, quam in præmissis sunt comprehensa. Totâ igitur argumentatio vitiosa & fallax est, & cohæret perindè vt funes ex harena cõtexti, vt Irenæus locutus est.

IIII. *Quicumq; est Deificatus, illo est idem, quod Deus.*

Sed Christus, secundum humanam naturam, est Deificatus.

Ergo Christus secundum humanam naturam, est id quod Deus ipse, & natura in Christo sunt, exæquata. Nominat ein Gottwerdung / Item, ein negleichwerdung der Natur Christi. Schuuenck, in confes. mag. 3. part.

Respondetur. Primum vnde est ista Maior? Quæ scriptura sacra vsquam dicit, quod Deus velit vllam creaturam, siue in cœlo siue in terra, tali pacto Deificare, hoc est, facere, vt ea prorsus idem essentia sit quod Deus? Hoc dogma igitur prorsus est ignotū sanctis literis, & toti Ecclesiæ Dei sinceræ, omnibus ætatib. Deinde neq; Minor hisce verbis extrahitur in sacris monumentis, ac si iuxta declarationē Maioris intelligatur, falsissima est. Nā licet humana natura in vnionē personæ filii Dei assumpta sit, tamen nō est facta vnquam, id quod Deus est, hoc est, non est mutata in essentiam Dei. Verissimum quidē est, qd homo iste Christus, sit Deus, & Deus homo, in vnica psona. Attamē vt creatura diuina filii Dei, in hac admiranda copu-

copulatione atque assumptione naturæ humanæ in vnionem personæ suæ diuinæ, non facta est idem, quod humana natura est, sed permansit diuina natura cum suis essentialibus proprietatibus, nec confusa est cum natura diuina, neque in eam mutata est, ita vt idem facta sit, quod Deus.

Quod autem aliqui ex veteribus scripserunt, hominem in Christo esse Deificatum, omnino dextrè accipiendum est, tãquam humana locutio, scilicet, prout ipsi sine dolo malo locuti sunt, nempe quod natura humana in Christo, verè sit vnita personæ filii Dei diuinæ, ac Deus ille sit homo, & homo ille Deus, absque confusione, permutatione aut alteratione naturarum. Nequaquam igitur senserunt illi veteres Orthodoxi Ecclesiæ patres, imò ne per somnium quidem cogitarunt, naturam humanam in Christo, factum esse hoc ipsum sua essentia, quod Deus est essentia. Quare sunt in hoc paralogismo quatuor termini. Aliter enim in Maiori Deificationem hominis Christi declarat fanaticus Schuuenckfeld. Et alter rursus Patres, interdum hanc locutionem proferunt. Nihil itaque cohæret. In conclusione igitur phantasmata & blasphemiz Schuuenckfeldit colliguntur, quæ ex præmissis non possunt obtineri.

V. Vbi est potestas viuificandi, ibi est æqualis potestas, virtus, essentia cum Deo.

Sed

Sed caro Christi tam est viuifica, quam Deus verbum.

Ergo æqualitas est duarum naturarum Christi, in gloria. Schuuenck in confes. fidei.

Respondetur. Maior est fanatica & falsa. Nullum enim habet principium in sacris literis. Apostoli quidem Christi habuerunt potestatem (*ἐξουσίαν*) resuscitandi mortuos, & sanandi lethales morbos, concessam sibi à Christo. *Matth. 10. Marc. 16.* & tamen non sunt æquales Christo.

Deinde ad Minorem respondetur. Non est omnino eadem ratio vtriusq; naturæ in Christo. Nam Deus verbum, habet potentiam viuificandi ex sese, vt Deus, essentialiter, & quidem ab æterno eam vim & facultatem habuit, vt verus & vnicus Deus, *ἀπό αἰώνος*, coæternus & coomnipotens Patri & Spiritui sancto. At natura humana in Christo, vim viuificandi non habet ex sese, & accepit eam in tempore ex communicatione idiomatum in vnione, & propter vnionem hypostaticam & glorificationem, nec habet essentialiter, vt verbum Deus, & acutè ac sobriè locuti sunt antiqui Christiani de hoc tanto mysterio, quod nimirum diuina natura in Christo, in, cum & per naturam humanam, sibi personaliter vnitam, operetur, nec tamen natura diuina mutetur in humanam, neque humana in diuinam, vt ex Ephesino concilio est manifestum.

Verissimum quidem & immortum est, car-

ncm

nem Christi esse viuificam, vt Ecclesia sancta, ex concione Christi, quæ Iohan. 6. descripta est, semper sensit & credidit. Verum non ex sese, tãquam natura humana, id habet (quemadmodum Deus verbum ex sese id potentie habuit semper) sed habuit eam potentiam ex vnione personali, & cõmunicatione idioma- tum, & sua glorificatione. Caro itaq; Christi viuifica est, non quia caro, sed quia filius Dei caro est, cui personaliter est vnita & glorificata est. Hæc etsi sapientia humana exhauriri nequeunt, tamen plana & sana sunt. Ruit igitur conclusio, cui etiam plura quàm in præmissis sunt, inseruntur. Mauet enim in omnem vsq; æternitatem discrimen inter diuinam & humanam naturam, ita quidem, vt humana natura in Christo glorificato, nunquam fiat infinita, nunquam fiat natura diuina, & maneat inferior, quàm natura diuina filii, vt potè creatura. Ac licet natura diuina filii Dei, huic suæ humanæ naturæ assumptæ in vnione personæ, communicet sua diuina idiomata, ita vt in, cum & per eam agat, tamen natura humana in Christo non habet ea diuina filii Dei idiomata, essentialiter, & tanquam essentialia idiomata humanæ suæ naturæ.

VI. Si Christus est creaturalis (etn Creaturisch) homo, & caro ipsius adhuc hodie est corporalis & humana caro, & non Deus, tum parum nobis proderit, non poterit nos à malo spiritu liberare, neq; nobis benedicere, & spoliaretur sua plena diuinitate. Sed

Sed Christus nobis prodest, &c.

Ergo Christi glorificati caro non est corporalis & humana caro, sed id quod Deus, Schwenck. de noticia Christi.

Respondetur. Hypothetica Maior falsa est, quia non habet vllam firmam connexionem. Nam vtraque ista membra iuxta sacras literas cõsistunt: Carnem Christi adhuc, & in omnẽ vsq; æternitatem, esse veram, corporalem, & humanam carnem, & non esse id q̄ Deus est, seu essentiam diuinam: Et, hæc ipsam carnem in Christo, vnitã personaliter diuinitati ipsius, nobis prodesse, nos liberare à Diabolo, nobis largiri benedictionẽ æternam. Quia hæc officia saluationis ad vtranq; naturam in persona Christi pertinent. Vide bunt Iudæi in nouissimo iudicio, hanc ipsam carnem corpoream & humanam Christi, in quam pupugerunt. Et ille ipse feret iudicium de cunctis hominib. nosq; credentes in ipsum omnes, transferet in mansiones illas, quas nobis sua passione acquisiuit. Plena autem diuinitas Christo hic nequaquam eripitur, quia diuinitas Filii Dei non facta est humanitas. Neque humanitas in Christo vnquam fiet eius diuinitas. Nulla enim facta est, nec fiet in æternum confusio aut permixtio, aut alteratio naturarum in Christo. Sic igitur initio in vnione & copulatione personali duarum naturarum in Christo humana natura, non mixta est diuinæ filii Dei naturæ, neq; ei quicquam ademit, ita nunc quoque in hac insepa-

inseparabili vnione duarum naturarū in persona Christi, humana natura (inseparabiliter, vt dictum atque inmutabiliter, quod ad substantiam ei iuncta atq; vnita) nihil decerpit, nihil detrahit naturæ diuinæ, licet sit ac maneat perpetuò corporalis & humana natura. Magnæ autem sunt præstigiæ, q̄ Schuuenckfeldius nihilominus protestatur atque iterat sæpius: Non deleri in Christo glorificato carnem & sanguinem Christi, & esse eum hominem, & tamen velisq; remisq; quod dicitur, omnibus contendit ac dimicat, hanc carnem, non esse corporalem & humanam carnem, vt verba ipsius sonant, nec esse creaturam. Eiusmodi autem contradictiones apertæ, spiritum vertiginis & præstigatorium, haud obscure produunt, qui dignus est explosione.

VII. *Spiritus viuificans, est essentia & virtute id quod Deus est.*

Sed Paulus inquit, nouissimum Adam factum esse in spiritum viuificantem, I. Corinth. 15.

Ergo natura humana in Christo, est equalis diuinitati, & est essentia & virtute id quod Deus est. Schuuenck, in confes. fidei. Item in confessione magna.

Responderetur. Plus est in conclusione, quā in præmissis. Est igitur prorsus monstruosa illatio. Deinde sunt quatuor termini, quia Maior loquitur de spiritu, qui est ipsa essentia Deus. Minor verò de Christo agit, qui Deus est & homo. Tertio, quod ad Minorem, nequa-

nequaquam in hoc Pauli testimonio dicitur: Naturam humanam in Christo, mutatam esse in spiritum, seu essentia factam esse spiritum, & id quod Deus est. Eiusmodi enim monstruosa & falsa opinio ne per somnium quidem venit in mentem tanto Apostolo. De natiua igitur & propria Pauli sententia in hisce verbis agitur in præsentia, quæ quidem ex ipso textu, tam sollicitè & planè Antitheses illustres vrgente, patet atq; constat. Scopus Pauli est, vt cõfirmet doctrinam maximè necessariam, & longè susuissimam de resurrectione omnium hominum, & quidem in primis de resurrectione piorum, & gloria ipsorum in altera vita. Propinqua itaque Pauli propositio Antithetica inspiciatur, neque ex oculis tam citò seponatur, donec sequentia rectè sint accommodata, Estque hæc: Alia cœlestium corporum claritas, alia autem terrestrium: Sic & resurrectio mortuorum.

APPLICATIO ET EXPOSITIO sive collationis.

Subiectum est vnum & idem corpus humanum, cuius hic non substantiam, sed qualitatem considerat Apostolus, quale nimirum hoc corpus nostrū in hac vita: Et quale idem illud corpus, futurum sit in cœlesti vita post resurrectionem ex mortuis. Inquit igitur:

SEMINATUR

In corruptione,

SVRGET

In incorruptibilitate.

Ff Inigno-

In ignominia, In gloria.
In infirmitate, In potentia.
Corpus animale, Corpus spirituale.

ALIE ANTITHESES, EODem tendentes.

Primus homo factus est in animam viventem.
Novissimus in spiritum vivificantem.
Primus homo de terra, terrenus.
Secundus homo, DOMINUS ex celo.
Qualis terrenus, tales & terreni.
Qualis celestis, tales & caelestes.
Sicut portavimus imaginem terreni.
Portabimus & imaginem celestis.

Item subiicit.

Caro & sanguis regnū Dei possidere nō possunt.
Sed immutabimur in istum mundi.

Ex hac igitur tabula, manifestum est, primum, ut in præsentia cetera omittamus, quid nominat Apostolus corpus animale, quid spirituale. Animale enim corpus, simpliciter vocat naturale corpus hominis, quod ex parentibus in hoc mundo habet, ac tribuit ista epitheta, ex quibus cognosci potest perspicue quid velit? Nempe: quod in hoc quid est Mundo, est in corruptione, in ignominia, in infirmitate, item quod est terrenum. Sic enim voluit describere qualitates istius terreni corporis, quod nimirum sit corruptibile, ignominiosum, infirmum. Spirituale corpus, quod hic opponit animali corpori, non vacat illud, quod

quod in verum spiritum ipsa sua substantia transmutatum est, sed quod licet substantia ipsa sit idem, tam est spiritualia dona in resurrectione accepturum est. Dissertit enim de piis hoc in loco, non de impiis. Exponit igitur quid velit hac sua appellatione: *Corpus spirituale:* istis epithetis: *Erit corpus in incorruptibilitate, in gloria, in potentia.* Hæc igitur est illa corporis pii in resurrectione spiritualitas, ut sic dicam, nempe corpus incorruptibile, gloriosum, potens. Hæc enim sunt spiritualia bona, quæ accipiet in resurrectione. Non igitur hic cuiquam integrum aut fas est, in tam lucida explicatione Apostoli, quid vocet corpus spirituale, et aliam vel contrariam sententiam affingere.

Deinde & sequentis dicti sententia, ex textu perspicua est. Nam Paulus veluti ex toto digito mon strat causam, unde nam piorū corpora, in resurrectione, sint futura spiritualia, hoc est, ut ipse interpretetur, incorruptibilia, gloriosa, potentia, nimirum à Christo, qui sit ex celo, & spiritu vivificante præditus. Nam ex ipso solo, & propter ipsum solum, accepturi sumus in altera vita, corpus Spiritu sancto plenum, id est, totum sanctificatum, quod non amplius erit in corruptione, in ignominia, in infirmitate, sicut ipse loquitur. Sic igitur inquit: *Primus homo factus est, in animam viventem.* Hic respicit creationem primam, *Genes. 2.* Et hinc supra dixit, esse corpus

Animale. Item, inquit, *primum hominem esse de terra*. Nam naturalem vitam à Deo accepit. Et si igitur primorum duorum hominum à Deo creatorum, magna fuit dignitas, tamen in vita cœlesti multò maior futura est gloria credentium in Christum. Qui verò ex primis illis parentibus nati ac propagati sunt homines, & adhuc nascuntur, sunt natura filii iræ & maledicti. Et quamvis ex beneficio Christi, per aquam & spiritum regenerantur, adoptantur in filios Dei, & primitias spiritus accipiunt, attamen propter horribilem peccati originalis luem, plurimum sordium in hac vita retinent, ac tandem stipendium peccati, nempe mortem nanciscuntur, ac nisi spe futuræ gloriæ & beatitudinis per Christum niterentur, inferiores forent isti mortales cunctis creaturis. Iam sequitur alterum membrum.

Novissimus in spiritum vivificantem. Cur autem Christum appellet spiritum vivificantem, ipsemet disertis verbis exponit, continuò subiiciens: *Alier homo: DOMINVS ex cœlo*. Ecce, sic Christus est spiritus vivificus, quia est verus Deus, est natura diuina præditus, est essentia sua diuina, spiritus, & quidem vivificus. Et quid per vocem istam, vivificus, velit, similiter in instanti declarat, quod addit: *Qualis cœlestis* (Nota cœlestis, paulò antè dixerat, *DOMINVS ex cœlo*) *tales & cœlestes*. Item, *Portabimus imaginem cœlestis*. Ergo cœlestis ille, hoc est, *DOMINVS ex cœlo*, efficiet nos resuscitato-

fuscitato, cœlestes. Sed quid hæc vox, cœlestis, sibi vult? *Portabimus*, inquit, *imaginem cœlestis*, hoc est, ut ipse est sanctus, ita & nos erimus sancti, ut ipse vivit in æterna beatitudine, ita nos etiam gloriose istic vivemus, manente tamen inter Creatorem & creaturam æterna differentia. Quia nulla creatura unquam mutabitur sua substantia, in essentiam Dei. Hinc igitur liquet, nequequam Paulum hic asseuerare: Naturam in Christo humanam, essentia & virtute esse id quod Deus est. Nusquam enim hoc dicit Paulus. Subsistamus itaque constantet in explicatione luculenta, quam ipsemet Paulus suis locutionib. adiungit, ut ad oculum commonstrauimus. Nihil igitur Schuenckfeld. hic accipit, quod ipseus falsæ doctrinæ ad stipuletur. Sed Schuenckfeldio illud in capite oberrat:

Caro Christi est vivifica, teste Christo.

Paulus itidem loquitur de ultimo homine.

Ergo Paulus asserit carnem Christi essentia & virtute esse id quod Deus est.

Verum attexi falsam conclusionem, manifestum est. Paulus satis dilucidè sese euoluit & explicat, ut dictum est. Cæterum carnem Christi esse vivificantem, indubitatum est, & manet ex ore Christi, idq; propter communicationem idiomatum, quæ nequaquam est Physica naturarum in Christo confusio. Nam in ista unione hypostatica diuina natura in Christo, agit in & per naturam humanam sibi per-

sonaliter copulatam, nec tamen idiomata diuina filii Dei, fiunt essentialiter idiomata naturæ humanæ in Christo. Ratio est, quia natura humana in Christo nunquã fuit, est, nec erit ipsa met diuina natura. Hoc fundamentum firmum est. Caro itaque Christi verè est viuifica, & tamen dogma Schuuenckfeldii inde non potest verè extrui.

VIII. Quicquid abluuit nostra peccata, id est æquale Diuinitati.

Sed Christi sanguine abluimur à peccatis, ut verba Testamenti habent, imò sanguis Dei appellatur, Actor. 20.

Ergo natura humana in Christo, est æqualis Diuinitati, & essentia & virtute est id, quod Deus, Schuuenec. in confes. fidei.

Respondetur. Maior fallacia est, quia ex verbo Dei adstrui nequit. Est igitur fallacia secundum non causam. Quòd ad fulcrum Maioris. Quia solius diuinitatis proprium est, abluere hominum peccata, respicienda est Dei voluntas atque ordinatio, quod per sanguinem Christi voluerit nos peccatores redimere & saluare. Hæc paulò post declaranda erunt.

Quod ad Minorem: Sanguis Christi abluuit nos à peccatis, non quia æqualis sit ipsi diuinæ in Christo naturæ, aut quia in diuinam naturam mutatus sit, aut sit sua natura & essentia hoc ipsum, quod Deus est: Hoc enim contra sacras literas foret. Sed id est nos à peccatis abluuit, quia natura humana assumpta est in vnio-

unionem personæ filii Dei, & in hac personali vnione, communicatæ sunt naturæ Christi humanæ, diuina idiomata, & quia sic à tota Trinitate est decretum, vt Filius Dei factus homo, in hac sua persona profunderet sanguinem iuxta carnem, vt Petrus interpretatur, pro peccatis totius mundi, & est Christus noster Mediator, Redemptor, Saluator, iuxta vtraque naturam, nempe diuinam & humanam. Peperit igitur Christus Iesus nobis peccatoribus abluitionem à peccatis iuxta vtranque naturam, licet in persona, secundum carnem tantum sanguinem amitteret: & distribuit remissionem peccatorum, iustitiam & vitam æternam miseris peccatoribus agentibus. penitentiam, iuxta vtraque naturam. Hinc est quod Paulus asseuerat, *Deum sanguine suo acquisuisse Ecclesiã Act. 20.* Et Iohannes 1. epist. c. 1. *Sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab omni peccato.* Nam nõ alia caro quàm caro filii Dei, itè, quàm caro in hac persona diuina, sanguinem pro peccatis generis humani profudit, & non caro extra hanc personam. Non itaque simpliciter sanguine humano abluimur à peccatis, sed sanguine Christi, seu sanguine in persona Christi. Quia in vnionem personæ diuinæ filii Dei, verè est assumpta humana natura. Neque extra illam personam exitit vnquam, aut existet vnquam. Est enim ista hypostatica vnio facta in tempore, nunc perpetua & indissolubilis.

IX. Fides ponenda est in sanguinem Christi, in sanguinem novi Testamenti.

Iam verò si esset creaturalis sanguis, & non spiritualis, diuinus sanguis, quomodo fide posset bibi ad salutem aeternam.

Ergo sanguis Christi glorificati, est essentia diuina. Schuuenck in conf. magna.

Respondetur. Minor est fanatica. Nam fides in totum Christum, qui est Deus & homo, & in ipius merita est ponenda, Quare non necesse est sanguinem Christi, quem pro nobis in ara crucis effudit, quemq; in vsu Testamenti verè nobis præbet bibendum (Non enim mentitur in suis expressis verbis) mutari, alterari, & transformari in spiritum. Non enim spiritualis sanguis pro nobis est effusus. Vides igitur Christiane lector, huc Impostorè, Simonianum deliramentum ebuccinare, quod non verè humanus sanguis Christi, sed spiritualis pro nostris peccatis sit fusus, & quod creaturalis, hoc est, corporalis Christi sanguis, non sit pro nobis sparsus, neque pro nobis ad salutem. Huc Diabolum hic obserua, quia sua affectata & pomposa oratione, nobis sanguinem Iesu Christi naturalem euacuat atq; annihilat, quo tamen à peccatis nostris redempti & abluti sumus. In conclusione itaq; fanatica, multò plus est quàm in præmissis.

X. Quodcumq; habitat in cordibus credentium, id est aequalis diuinitati, & est id quod Deus essentia & virtute est.

Sed

Sed Christus habitat in cordibus credentium, Ephes. 3. ut Hilarius & Cyrillus testantur, etiam sua carne, quia scilicet totus Christus habitat in cordibus piorum.

Ergo Christi caro, est aequalis diuinitati ipsius, & est id quod Deus essentia & virtute. Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur. Maior non potest ex verbo Dei liquidò demonstrari. Inhabitare autem homines ex gratia, eosq; sanctificare, est quidem opus diuinæ potentæ, sed quia secunda persona Diuinitatis in vnionem suæ personæ assumpsit naturam humanam, & vnus est Christus Deus & homo, & iste Christus sua persona habitat in piis gratiosè. Ergo non dubium est, quin vtraque Christi natura habitet in credentibus, eosque sanctificet, licet ratio humana hoc ingens mysterium & gratiosum donum, satis capere aut explicare nequeat. Hoc certò scimus ex patefacto Dei verbo, quod sit. Et in hoc gradu consistamus, & sciamus hunc tantum hospitem, esse in credentibus efficacem & salutarem, quæ quidem res summæ consolationi esse debet piis mentibus in tantis tentationibus, quibus oppugnantur fides vbi nostra natura per se est infirma. Hoc autem non solum patefacta, sed etiam hospite & Re & ore, sciamus nos firmo præsidio aduersus Diabolum & eius tela esse munitos. Sed quemadmodum assumptio humanæ naturæ in personam diuinam, non effecit, vt

Ff 5 natura

natura humana assumpta mutaretur aut transfundaretur, in diuinam naturam, sed in vnione diuinæ naturæ existens, mansit tamen & manet adhuc in omnem vsque æternitatem, natura humana & finita: Ita etiam in communicatione idiomatum diuinorum, non fit natura humana in Christo, iuxta suam essentialiam, Deus ipse, hoc est, non mutatur in diuinam naturam, nec ei communicantur idiomata diuina, vt essentialiter ea habeat, hoc est, vt fiant proprietates essentialis naturæ humanæ, Ac licet propter vnionem hypostaticam, & in ea fiat illa admiranda idiomatum diuinorum communicatio, tamē sunt & manent illa idiomata, proprietates naturæ diuinæ, quas ista communicatione in persona sua, non amittit, neque eis quicquam decedit.

Quando igitur Maior de Patre cœlesti aut Spiritu sancto intelligitur, cum vera est. Sed quando applicatur ad Christum, alia ratio est, Causa autem eius rei est, quia solus Dei filius, seu sola secunda diuinitatis persona, in vnionem suæ diuinæ personæ assumpsit carnem humanam, cui sua diuina idiomata communicat absque confusione aut mutatione naturarum. Quod autem eiusmodi communicatio idiomatum in persona Christi fiat, hic apud istum Antagonistam non controuertitur.

XI. Quicumq; humana in Christo naturam tribuit effusionem Spiritus sancti in Apostolos, is docet, naturam humanam in Christo, nunc in gloria

via parem aut equalem diuinam in ipso natura esse. Sed Iohannes docet humanam in Christo glorificato naturam, daturam Spiritum sanctum in Pentecoste, cum diuina, hoc scilicet dicto, Iohan. 7. Nondum erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat clarificatus.

Ergo Natura Christi in gloria sunt pares. Schnuenck in confes. fidei. Et quidem ait disertis verbis: Nisi statuatur paritas seu equalitas naturarum Christi in gloria, hoc Iohannis dictum intelligi non posse: Nondum erat, &c.

Respondetur. Maior est fallacia secundum non causam. Nam, qui toti personæ Christi tribuit effusionem Spiritus sancti, is non mox naturæ eius humanæ tribuit æqualitatem cum diuina ipsius natura. Personæ, inquam, Christi attribuitur effusio Spiritus sancti. Hæc autem persona est diuina persona. Ista autem persona in sui vnionem assumpsit naturam humanam, id quod est certissimum, sed absq; confusione, permixtione, aut permutatione naturarum in ea vnione personali. Operatur autem nunc diuina natura huius personæ, in & cum natura humana, nec tamen vnquam transmutatur in diuinam. Re-ætè quidem dicitur, Homo est Deus, & Deus est Homo. Sed non re-ætè dicitur: Natura diuina est natura humana: Aut: Natura humana, est natura diuina, seu humanitas est diuinitas. Quia non est facta, nec fiet vnquam talis permutatio. Sic re-ætè dicitur, factam esse

esse in hac personali vnione, communicati-
onem idiomatum diuinorum humanæ naturæ
assumptæ, & diuinam naturam in hac perso-
na, agere in & cum assumpta natura humana.
Verum non habet essentialiter natura huma-
na, illa idiomata diuina. Ratio est quia nõ mu-
tatur vnquam in essentiam diuinam. Si quis
autem porro dicat, se cupere scire? **Q V O M O D O**
o id fiat? ei hoc responsi merito datur. Suffi-
cit scire, quod hoc ita sit. **M O D V M** verò per-
mittamus ei, qui vnionem istam naturæ diui-
næ & humanæ in vnica persona perfecit. Nã
non iussi sumus ista exquirere, sed credere.
Comparationes autem veterum de anima &
corpore, item de ferro ignito, suo loco fini-
mus stare. Equidem legimus *Iohan. 20.* Chri-
stum afflatu quodam, suis discipulis dedisse
Spiritus sanctum. Iam verò iste afflatus cer-
te per naturam humanam, & cum ea factus
est. Quod igitur ista facta sint, scimus & cre-
dimus. Sed **Q V O M O D O** facta sint in hac per-
sonali vnione, nemo hominum in hac vita sa-
tis explicare poterit, etiam si curiositate ista
aliquis rumpatur medius.

Deinde in Minori est ignoratio Elenchi.
Nam nequaquam Euangelista affirmat, hu-
manam in Christo naturam, in gloria cœlesti
pari aut simili modo effundere Spiritum san-
ctum in homines, vt natura ipsius diuina. Pa-
ter autem propria & natua sententia Euan-
gelistæ ex ipsis verbis textus. Nam clare osten-
dit,

dit, Christum vltimo festi magni die, palam
clamasse ex *Esaiã 12. 41. 44. 55.* *Si quis sitit, ve-
niat ad me, & bibat. Qui credit in me,* (sicut di-
cit scriptura) *flumina de ventre eius fluent aqua
vina.* Quia autem hæc verba Prophetæ, de
fluminibus aquæ viuæ, fluituræ ex ventre cre-
dentium, videbantur inuoluta figuris, ided
Iohannes voluit germanum intellectum eor-
um, & intentionem Christi vnica hoc loco
declarare ista adiectione: *Hoc autem dixit de
SPIRITV, quem accepturi erant credentes in-
eum:* Significat igitur, Christum conciona-
tum esse de mirando & illustri merito & be-
neficio suo, quod nimirum ad propagatio-
nem Euangelicæ doctrinæ, credentes in Chri-
stum, visibilliter & miraculosè accepturi es-
sent Spiritum sanctum, & excellentia eius do-
na, vt etiam post resurrectionem Christi, &
gloriosam eius in cœlum ascensionem, acci-
dit, id quod in Actis Apostolorum fideliter
expositum est. Ratio autem ab Apostolo adii-
citur: Nondum enim erat Spiritus sanctus,
quia Iesus nondum erat clarificatus. Hæc igitur
monent, visibilem Spiritus sancti in cre-
dentes effusionem, magno magni Dei consi-
lio, ad certa tempora differri, nempe vt Chri-
sto clarificato, per visibilem Spiritus sancti ef-
fusionem, & miranda eius dona, Christi re-
gnantis ad dexteram Dei beneficia, porta per
iuam passionem, innotescerent & exaggeraren-
tur. Quapropter manifestum est, Iohannem
nequa-

nequaquam hic loqui de substantia Spiritus sancti, quasi ea antea non extiterit. Nam supra exposuit *cap. 1.* in Baptismo Christi ad Iordanem, visum esse Spiritum sanctum, qui in Christum descenderit. Neque de cæteris Spiritus sancti donis hic loquitur: (quia diserte *cap. 4.* ex ore Christi annotauit: *Veri adoratores, adorabunt Patrem in Spiritu & veritate*, vbi quidem vera & ardens inuocatio tribuitur efficacix & operationi Spiritus sancti. Item *cap. 6.* *Spiritus est qui viuificat*) sed de noua & miraculosa effusione Spiritus sancti, & eius operationibus, alias non vsitatis, vt de visibili effusione Spiritus sancti in Apostolos, & alios, credentes Christo, item, de miranda donatione variarum linguarum, vt postea euentus respondit. Est igitur elliptica oratio: *Nondum erat Spiritus sanctus*, scilicet sic datus, vt promissio de visibili ipsius exhibitione erat facta, vt etiam Baptista prædixerat: *Ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne.* Item, *Accipietis virtutem Spiritus S. in vos, & eritis mihi testes, &c. usq. ad extremum terra. Act. 1.*

Porro in hoc dicto: *Iesus nondum erat clarificatus*: Vox Iesus, sanè personam Christi denotat, in qua sunt duæ naturæ, diuina & humana, absque confusione aut permixtione indissolubiliter vnitæ. Torus itaque Christus, constans duabus naturis in vnica persona, effundit Spiritum sanctum in homines, non tamen natura humana in Christo, est par aut æqua-

æqualis Naturæ ipsius diuinæ, & manent suæ cuique naturæ proprietates saluæ, licet diuina natura per humanam & cum ea in hac vnione hypostatica operetur.

XII. Cuicumque tribuitur claritas filii Dei, quam habuit ante conditionem mundi, ei tribuitur æqualitas cum diuina natura.

Sed humana in Christo natura, tribuitur claritas filii Dei, quam is habuit ante mundi conditionem, iuxta petitionem Christi, Iohan. 17. Et nunc clarifica me tu pater apud te metipsum claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te. Impleta sunt autem ista omnia quæ rogauit.

Ergo Natura humana in Christo glorificata, nunc est par & æqualis naturæ ipsius diuinæ, Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur ad Maorem. Tribuitur naturæ humanæ in Christo claritas naturæ diuinæ, sed non, vt natura humana in Christo eam claritatem essentialiter habeat, quia nunquam mutatur in essentiam diuinam, sed est & manet creatura in Christo. Et quemadmodum non fit confusio naturarum in persona Christi, ita non fit confusio proprietatum in ea.

Habet igitur natura Christi humana, in persona claritatē filii Dei, suscepit in sui vnionem naturam humanam, & in ea vnione, & humillatione ac passione, promeruit eam admirandam claritatem. Lucet igitur & in humana natura claritas filii Dei, ac tota persona in
xrisque

utrisque naturis, sedet ad dexteram Maiestatis, hoc est, regit omnes creaturas in cælo & terra. Nec amisit filius Dei apud Patrem cælestem, tanquam *ὁμολογῶν* Patri, vniquam suam claritatem & potentiam, licet in terris aliquandiu serui formam gereret, quia nunquam desit esse Deus, vt significauimus. Quare non dubium est, Christum petere, vt nunc homo factus, post sacrificium pro toto genere humano præstitum, paratq; de Diabolo & morte victoria, claritatem suam etiam in assumpta ipsius natura ostēdat Pater cælestis. Sequens autem historia abundē testatur ista omnia completa esse, quærogauit, quando videlicet natura humana in Christi persona, euecta est in cælum, & collocata ad dexteram æterni Patris, omniaque huic Christo, non solum Deo, sed & homini tradita sunt in cælo & terra. Nec tamen inde sequitur paritas & æqualitas naturæ humanæ & diuinæ in Christo. Ratio supra exposita est, quia natura humana in Christo est & manet creatura, & nunquam mutabitur in diuinam. Et idiomata diuina non transeunt essentialiter in naturam humanam, sed lucent in natura humana, ita vt diuina Christi natura, agat in & cum natura humana.

At hic mens humana cuperet scire, quomodo natura humana in Christi persona habeat claritatem illam diuinam, cū tamen eam non habeat essentialiter, & per se cōsiderata, sed

sed tantum per mirandam communicationē? Verum sapius hoc confitendum est: Mysteriorum hoc diuinum quam longissimè excedere scrutationes humanas omnes. Itaq; in verbis scripture sacre simpliciter est acquiescendum. Ex hisce porro liquet, Maiorem non præbere firmum fundamentum. Nam Deus pro suo liberrimo arbitrio potest alicui naturæ dare claritatem filii, ita tamen, vt non fiat exæquatio naturarum, Id quod in Christi persona factum est.

XIII. Quicquid indicat viuos & mortuos, id est essentia Deus.

Sed natura quoq; humana in Christo, indicatur esse viuos & mortuos, iuxta dictum: Potestatem dedit ei etiam iudicium faciendi, quia filius hominis est. Iohan. 5.

Ergo Christus etiam iuxta id quod homo est, Deus est. Schuuenck, in confessi dei.

Respondeo. Maior non extat in sacris literis. Imò Christus ait: Apostolos iudicatos esse duodecim tribus Israël, & tamen hanc ob causam non sunt essentia Dei. Minor vero loquitur de Christo, qui Deus est & homo, cui sicuti hoc officium conuenit, vt nos redimat à peccatis, morte, Diabolo & inferno iuxta vtrunque naturam: Sic secundum vtrunque naturam quoque nos iudicaturus est in nouissimo die. Non tamen propterea natura in Christo humana, est ipsa sua essentia Deus, sed est & manet creatura, assumpta in vniōne

personæ diuinæ filii Dei. Nunquam enim humanitas fit diuinitas, neque e contra. Est quidem Deus & homo, & homo Deus, sed secundum id, quod homo est, non est ipsemet Deus, hoc est, natura humana in Christo, non est id quod Deus est, non est ipsamet diuinitas, non est ipsa diuina essentia. Excipit autem sæpè Schuuenckfeld. quod non debeat humanam naturam in glorificato Christo, & tamen non veretur pronunciare, eam esse id, quod Deus est, esse essentia Deum, neq; esse creaturam. Quales vero sunt istæ præstigiæ, indignæ prorsus homine Christiano? Quin potius rectè sentiamus, & rectè loquamur, non amemus eiusmodi paradoxa, ambiguitates, ludificationes, imò & blasphemias contra Dei verbum. Estque mera vexatio Dei & hominum, quòd hic Impostor stentorea voce blaterat, se vnum hoc agere, vt gloriam carnis Christi extollat ac prædicet, imò potius gloriam carnis Christi suis figmentis dedecorat atque conspueat.

XIIII. Quicquid est adorandū, id est Deus. Sed Christus iuxta utramq; naturam est adorandus.

Ergo Christus iuxta naturā quoq; humanam est essentia Deus. Schuuenck. in confes. fidei.

Resp. ad Maiorem, Paulus hic vnum Excipe ponit *Philip. 2.* in solo Christo, eiq; docet **DATVM** esse eiusmodi **Nomen**, vt in ipsius **Nomine** sicutatur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum.

Nom

Non autem est ei hoc Nomen datum iuxta diuinam Naturam, iuxta quam id Nominis habuit ab æterno, sed iuxta humanam naturam in vnionem personæ diuinæ filii Dei assumptam. Neque verò humana natura per se, si non esset iuncta filio Dei personaliter inuocanda esset: Quia manet hoc principium immotum: Nullam nudam creaturam, quæ non est Deus, adorandam esse. Sed in Christo natura humana personaliter est vnita Deo, ipsi nimirum filio Dei. Ergo hic homo Iesus Christus, est Deus, non quidem mutata humanitate in Deitatem, sed, vt dixi, natura humana in Christo personaliter vnita est filio Dei, & in tantam gloriam euecta, Ergo meritò hic homo Deus, iuxta vtranq; naturam, vna adoratione adorari debet. Manet igitur ratum Ambrosii dictum: *Non potest genu flecti ab omni creatura, nisi Deo*, *Philip. 2.* Hoc est, soli & nudæ creaturæ, non debet flecti. At Christus non est sola & nuda creatura, sed est Deus & homo in vna persona.

Deinde conclusio est monstrum Schuermeri, neque ex præmissis sequitur. Verum ita sonare debebat: Ergo Christus est Deus, id quod non fanaticè, sed dextrè accipiendum est, vt etiam hoc dictum: Homo Christus est Deus. Quando enim dicitur: Christus est Deus, nõ excluditur humana natura à persona Christi. Nam Christus personam completitur, quæ constat natura diuina & humana?

Gg 2 XV. Ado-

XV. Adorari, corda desiderium perfpicere & cognoscere est idioma seu proprietates conueniens soli Deo, & nulli creatura.

Sed natura humana in Christo datum est adorari, & nosse atq; exaudire gemitus cordium.

Ergo natura humana in Christo glorificato, est in essentia Dei, Deus cum Deo. Schuuenck in confes. mag. 1. part.

Respondetur. Maior loquitur de idiomate seu proprietate Dei per se & in se considerata, ac tum omnino adoratio & cordium cognitio, solius Dei proprietates est. Sed Minor loquitur de communicatione idiomatum. Nam natura humana in Christo non habet ex se, & in se, & per se naturaliter omnium humanorum cordium cognitionem, sed habet in vnione ista personali cum filio Dei, & glorificatione communicatam eam potestatem, nõ quidem essentialiter aut habitua biliter, vt in scholis loqui solent, sed ita habet, vt tota diuinitas Christi, in tota sua humana natura, sibi personaliter vnita, luceat, & in & cum & per eam, istam omniscientiam exercent, vt sani Ecclesie Doctores loquuntur. Quare conclusio est mõstrum capituli Schuuenckfeldiani, & ex præmissis non potest firmiter extrui. Etsi autem dolosè loquitur, tamen hoc vult, humanam Christi naturam, nunc esse ipsa sua essentia Deum, & non esse creaturam.

XVI. Quando propria diuina natura, ascribuntur humana natura in Christo, tum natura huma-

humana exaequatur diuina.

Sed iustificare, sanctificare, redimere, sunt propria diuina natura, qua attribuntur à Paulo & humana natura in Christo.

Ergo Paulus exaequat naturam humanam in Christo diuina.

Respondetur. Primum Maior negãda est, Quia ea sic non extat in sacris literis. Et sua ratione suoque modo Deus, pro sua liberrima omnipotentia, potest illi naturæ humanæ, quam in vnionem personæ diuinæ assumpsit filius Dei, verè communicare idiomata diuina, ita tamen, vt ea non exaequetur naturæ diuinæ. Nec refert, etiam si tua id tua ratione assequi aut exhaurire nequeas. Nam certa res est, quod natura humana sit in vnionem personæ filii Dei assumpta, & tamen humana natura non sit ipsamet essentia personæ filii Dei, cui tamen omnium arctissimè copulata atq; vnita est.

Iam si hæc potuit Deus efficere, non modo supra, sed etiam contra omnium Angelorum & hominum rationem. Cur etiam non posset alterum efficere, videlicet, vt absque exæquatione aut alteratione & mutatione naturarum, idiomata diuina naturæ humanæ in persona filii Dei communicarentur?

Deinde respondetur ad Minorem. Sanè hoc fieri certum est, verum absque confusione, mutatione aut exæquatione naturarum, per communicationem idiomatum, vt diuina

in Christo natura agat atq; operetur in, cum,
& per humanam naturam.

XVII. Iere. 23. Suscitabo Dauid Germen iustum, &c. Et hoc est Nomen eius, quod vocabunt eum: Iehouah iustitia nostra.

Ergo iuxta humanitatem Christus in Gloria est noster Deus. Schuuenck. in confes. mag.

Respondetur. Negandum est consequens. Quia in antecedente non habetur. Nam Ieremias in hoc luculento dicto perspicue de duabus in Christo naturis inconfusis, distinctis, perpetuis, agit, vt primum de natura eius humana, quod sit *GERMEN Dauid*, & vt Paulus *Roman. 1.* declarat, *semen Dauid*. Deinde ait, eandem personam & esse Iehouah, id est, verum Deum, & hanc personam, quæ est Deus & homo, nostram esse coram Deo iustitiam, nimirum impletionem Legis, patiendõ & obediendõ pro toto genere humano præstita. *Matth. 5. Roman. 5. 10.* Non igitur affirmat Ieremias, quod Christus iuxta humanitatem sit Deus seu essentia diuina, vt fanaticus Schuuenckfeld. somniat & garrir. Manifestum itaque est, hunc præstigiatorum non habere ex verbo Dei vllum suffragium, & calumniosè dicta scripturæ illustria deprauare, id quod non est ex spiritu Dei.

XVIII. Actor. 2. Certissimè sciat tota domus Israël, quod DOMINVM & Christum facit Deus hunc Iesum.

Ergo natura humana est par essentia & virtute, De-

te, Deitati, & est id quod Deus est. Schuuenck. in confes. fidei. Item in confes. magna,

Respondetur. Falsa est consequentia. Quia in antecedente verba quidem fiunt de Iesu, & quod sit *DOMINVS* ac Messias, seu, vt alias scriptura sacra declarat, Saluator mundi, sed quod natura humana in Christo sit facta diuina, & ipsa essentia Deus, id verò in istis verbis non continetur. Falsò itaq; citat Schuuenckfeld. istud dictum pro suo errore.

XIX. Nomen super omne Nomen, est Dei Nomen. Ambros. Sed Christo tribuitur Nomen super omne Nomen. Phil. 2.

Ergo Christus iuxta naturam humanam, est id quod Deus est, essentia Deus. Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur. Plus est in cõclusionem quàm in præmissis. Nam hoc tantum sequitur: Ergo Christus est Deus, id quod extra omnem controuersiam ponitur. Credimus enim hominem Christum esse Deum, Et totum Christum esse inuocandum, qui est Deus & homo. Huc pertinet quod sequitur: *Omnis lingua confiteatur, quod DOMINVS Iesus Christus est in gloria Dei Patris.* Nam Christus est verus Deus & verus homo in gloria Patris. Tota enim humiliatio & incarnatio filii Dei facta est, vt Deus glorificetur, reconciliato genere humano, & parato populo, qui Deum in hac & æterna vita celebret. Schuuenckfeld. autem molitur ex hisce verbis extruere

suum illud figmentum, quod natura humana in Christo glorificato, sit essentia Deus, seu id quod Deus, vt loquitur. Verum autem est, hunc hominem Iesum Christum esse Deum, & verbum factum esse carnem, vt Iohannes docet, Sed inde non sequitur, quod vel confusio, vel transmutatio naturarum in Christi persona sit facta. Manet enim infinitum discrimen inter diuinam & humanam Christi naturam, & proprietates earum naturarum essentialiter, licet in vna persona diuina sint vnita, & natura humana per communicationem idiomatum habeat, quod natura ipsius diuina essentialiter ab æterno habet.

XX. Christus est fulgor gloriæ, & imago substantia Patris. Hebra. i.

Ergo Christus secundum naturam humanam est id, quod Deus est. Schuuenock, in confes. fidei.

Respondetur. Falsa est consequentia. Nam antecédens loquitur de æterna natura filii Dei. Vbi verò de purgatione peccatorum loquitur Paulus, & humanitatem assumptam complectitur.

XXI. Coloss. 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Coloss. 2.

Ergo natura Christi humana est id quod Deus est, & essentia Deus. Schuuenock, in confes. fidei.

Respondetur. Est prorsus fanatica illatio, & vt reliquæ istius hominis omnes. Nam in antecedente nihil prorsus est, de gryllis istius Schuuenockfeldianis. Sic scilicet impostores

ex quo-

ex quolibet quilibet præsumunt gignere, elegantes scripturas, tantum vt imperitioribus facum aliquem faciant. Docent autem Paulus quod tota plenitudo diuinitatis, habitat in Christo corporaliter, hoc est, personaliter. Nam veteres Græci *σώμα* dixerunt, quod postea personam vocarunt. Nec dubium est, quin hanc locutionem Apostolus opponat inhabitationi separabili.

Nam tota filii Dei persona assumpsit in hypostaticam vnionem, ex Maria virgine, naturam humanam, neque ea vnio vnquam dissoluetur.

XXII. I. Corinth. i. Christus Iesus factus est nobis à Deo, sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

Ergo Christus in natura humana glorificatus, est factus O M N E I D, quod Deus est, vt iam nulla amplius sit inæqualitas naturarum persone Christi filii Dei. Schuuenock, in confes. mag.

Respondetur. Falsa est consequentia. Ratio euidens est: Quia in dicto Pauli hoc non continetur, quod attexit fanaticus Doctor. Etsi enim reuera etiam naturæ humanæ data est sapientia & sanctificatio, ita vt sciat omnia & sanctificet, tamen humana in Christo natura, non est neque sit vnquam id, quod diuina Christi natura, non sit diuinitas Christi. Quod autem iuxta vtranque naturam Christi persona sit Redēptrix, Sanctificatrix, Iustificatrix, non solum merito, sed etiam efficacia,

Gg 5 largi-

largitione, operatione, res indubitata ex verbo Dei est, idq; per communicationem Idiomatum in hac persona. Si quis autem Argumentationē volēt euoluere, tū ea sic sonabit.

Omnis creatura est mutabilis & serua.

Christus iuxta suam humanam naturam, in Gloria non est mutabilis, neq; est seruus.

Ergo Christus iuxta suam humanā naturam non potest esse creatura. Schuuenck. in conf. mag.

Respondetur. Maior non est vniuersalis, & ad particulares restringenda est. Nam Angeli sua substantia non sunt mutabiles, nō moriuntur, licet sua voluntate sint mutabiles, id quod in Apostaticis spiritibus apparet. Sic homo non fuisset mutabilis sua substantia, hoc est, non ægrotasset, neque mortuus fuisset, si non peccasset: Clare enim dicit scriptura, stipendium peccati esse mortē: Sic humana in Christo natura, quæ per se erat immunis à peccato prorsus, ex Dei operatione nō potuisset mori vnquam, nisi fuisset iudicio Dei in Christum deriuatum totum peccatorum humanorum pondus, & nisi ipse volens recepisset satisfactionem plenissimam pro peccatis totius generis humani, coram Dei iudicio. Pertinet itaque Maior tātum ad eas creaturas, quæ à Deo sunt creatæ vt in sua natura haberent vicissitudinem quandam mutationis. Quod ad Minorem, verum est, in gloria sua cœlesti, Iesum Christum non amplius esse obnoxium morti aut seruituti, attamen in statu humillationis,

& mor

& mortuus est secundum carnem, & fuit *SERVVS*, portans atque auferens peccata totius mundi, vt *Esai. 53.* luculenter ea de re docet, vt & reliqui Prophetæ, Christus ipse & Apostoli. Hac & explicatio Pauli pertinet, *Phil. 2.* Illatio itaq; est impostoris vanissimum commentum, quod nihil habet roboris prorsus.

Huc pertinet quod idem in libello de filiatione & gloria Christi inquit: *Omnem creaturam esse imperfectam, Christum autē perfectum.* Nam prius membrum est falsum. Adam enim ante lapsum erat perfectus iuxta Dei creationem scilicet. Sic & Angeli boni, & glorificati homines in cœlis perfecti erunt, secundum eum modum, quē Deus ipsis attribuit.

XXIII. Quicquid Patres docent, id est verū. Patres docent, Christum secundum naturam humanam etiam esse id, quod Deus est, Et essentia ac virtute Deum.

Ergo hac doctrina est vera.

Sed videamus ac perpendamus testimonia, quæ Schuuenckfeld. ex Patribus, ad probandam Minorem producit in libello de confessione fidei. Non enī simpliciter inficiamur Minorē, ac certo scimus, nullū ex sanioribus Patribus sic docuisse, vt Schuuenck. nunc pronunciat. Et si enim de gloria naturæ humanæ in Christo præclare docent, vt & nos Dei beneficio facimus, tamen nequaquam asserunt: Naturam humanam esse id, q; Deus est, & essentia esse Deum. In conspectū itaq; veniāt allegata ab ipso,

ab ipso, vt omnes pii conspiciant, an bona fide iste notus Doctor agat?

Hilarius inquit lib. 1. de Trinitate. Deus natus in hominem, vt homo in Deum nasceretur. Et libro 8. Christus ex Deo Deus, hoc totum est ipse, quod Deus. Et lib. 10. Homo Deus.

Respond. Est manifesta ignoratio Elenchi. Nam Hilario non per somnium quidem in mentem venit, quod natura humana sit ipsa essentia Deus; imò tuerur hanc doctrinam, quod in Christi persona sint duæ naturæ, diuina & humana inseparabiliter atque inconfuse vnitz. In primo testimonio Hilarius nihil commune habet cum falso dogmate Schuuenckfeldii. Nam nihil aliud vult, quam Deum factum hominem, vt homo (Christus) fieret Deus, scilicet in vnione personæ diuinæ, inconfuse & non permutatis naturis. Imò & nos solatur iste Pater, quod Deus sit factus homo, vt reliquos homines Deo reconciliaret, & ὁμοῖον αὐτῷ per Christum cōsequeremur. Gal. 4. In secundo testimonio loquitur de æterna filii Dei generatione, qua ex substantia Patris cœlestis est natus, eiq; reuera coessentialis est, id quod sanctus Pater omnibus viribus contra Arianos, hoc negantes, asserit, & rectè. Est igitur Schuuenckfeld, falsarius istius dicti Hilarii, quia quod ille de æterna filii Dei generatione, & quod sit ὁμοῖος Patri asserit, id iste fanaticus ad naturam humanā accomodat, vt imperitis fucū faciat, id quod certè candi-

candidi Doctoris non est. In tertio dicto itidem nihil aliud adfertur, quàm: Hominem (Christum) esse Deum scilicet in vnionē personæ filii Dei assumptū, & sic reuera Christus est Deus. Aliud vero est, quādo Schuuenckfeld. ait: *Naturam humanam in Christo, esse id quod Deus est. Item, essentiā Deum.* Hoc enita falsum est, quia humanitas Christi nunquam fuit, non est, nec erit vnquam diuinitas ipsæ. Sed est & manet humana natura & creatura, inseparabiliter tamen iuncta diuinæ personæ filii Dei, Magna igitur vanitate hunc Patrem allegauit, & idem in cæteris facit.

Hilarius lib. 1. de Trinit. Verbum Deus caro factum est, vt per Deum verbū carnem factum, caro proficeret in Deum verbum. Item, lib. 9. Potior natura in inferiorem nata, fidem præstat, inferiorem in naturam nasci posse potiore Schuuenck.

Respondetur. Hic Pater tantū hoc docet & profiteretur: Deum esse hominem factum, & hominem esse factum Deum, id quod est verissimum, iuxta scripturam sacram. Sed nupiam dicit aut docet, Naturam humanam in Christo esse exæquatam naturæ diuinæ, esse id ipsum quod Deus est, esse ipsa essentia Deū, id quod delirus Schuuenckfeldius vult, ebuccinat & dimicat. Facit igitur iste spermologus Hilario summā iniuriam, quod eum pro suo deliramento confirmando citat, estque crimen falsi. Debebat autem expressa & dilucida verba

verba ex veteribus proferre, quibus asseuerarent, naturam humanam in Christo esse exæquatam per omnia diuinæ, & ipsa essentia Deum esse factam, id quod nunquam potest præstare. Discant igitur piæ mentes eiusmodi præstigias execrari.

Ambrosius libro de fide resur. cap. 2. Nunc per omnia Deus post resurrectionem. De fide contra Auanum. Tertia die homo in Deo resurrexit. De fide lib. 5. asserit, Christum etiam iuxta suam carnem ad dexteram Dei, pari potentia sedere. Item lib. 3. de fide. Item, super Lucam cap. 12. Qui non confiteatur Deum in Christo, & Christum, ex Deo & in Deo, eum non consecuturum remissionem, Deum enim in homine, & hominẽ Christum in Deo esse, Rom. 8. Est & primogenitus in regeneratione Christus. Est & primogenitus ex mortuis, cuius natura ignoratur.

Respondetur. An non omnes sanis oculis præditi, cernunt, manifestam huic Patri fieri iniuriam, quod doceat cum Schupenckfeldio, naturam videlicet humanam in Christo, esse id, quod Deus est, seu essentiam diuinam? Sed præstigiatores per coloratum vitrum intuentur eiusmodi dicta, ac volunt aliis quoque persuadere, hoc esse atrum, quod tamen est album.

Quod dixit Ambrosius, nunc per omnia Christum esse Deum, non hoc voluit: Naturam Christi humanam esse diuinam, esse opor-
noy Patri æterno. Nequaquam enim iste lan-
ctus

ctus vir istam metamorphosim naturarum in persona Christi somniauit, sed docere voluit, Christum sedere ad dexteram Dei Patris, iuxta utranque naturam in gloria summa, & omnia ei tradita esse in cælo & terra.

Secundum dictum inconueniens est ad huius Impostoris dogma, quia tantum docet: Christum hominem per Deum resurrexisse.

Tertium dictum sonat de sessione & gloria Christi ad dexteram Patris. Quod autem natura humana sit id, quod Deus est, id ibi non traditur.

Quarto testimonio refutatur Pseudopropheta, quia in eo expresse esseueratur: Deum esse in homine, & hominem in Deo. Ergo natura humana in Christo, non est id quod Deus est, non est ipsa essentia Deus.

In ultimo dicto nihil habet Impostor, quod suæ sententiæ suffragetur. Nam quod ibi dicitur: *Cuius natura ignoratur*: non statuit hoc dogma: Naturam humanam in Christo esse id, quod Deus est. Cæterum scimus ex verbo Dei. Naturam diuinam in Christo, esse ab æterno genitam à Patre cœlesti. Naturam vero humanam in Christo, esse ex Maria virgine, per operationem Spiritus sancti. Sed hæc ipsa Mysteria Dei nulla ratione humana exhaurire possumus.

Augustinum ait dicere: Christum iuxta suam hominem esse Dominum creaturæ super omnem crea-

*creaturam. In Psal. 109. Et in lib. retract. Christi-
stianum nunc esse totum Deum, hoc est, ubique &
immortalem.*

Respondetur. Omnino tradita est Christo omnis potestas in cœlo & in terra, etiam iuxta humanam in Christo naturam. Sed aliud est asserere: Naturam humanam esse id quod Deus est, Et essentia Deum. Etsi enim summa gloria exornata est natura in Christo humana, tamen ea non est mutata in essentiam diuinam. Nos enim in nouissimo die spectabimus hinc nostris oculis Christum hominem & verum Deum in vna persona. Nihil igitur ex Augustino pro se iste nouus Doctor obtinet, sed potius falsarium se declarat, in perpetam applicandis dictis sanctorum patrum.

Hieronymum scribit super Philip. 2. dicere, quod Iesus sit in natura & gloria Deitatis, dum eiusdem est gloria cuius pater. Item: Quod Deus & homo in Christo, in Trinitate sit filius Dei. Iob. cap. 1. Item Christum de Deo hominem natum, cap. 16. Item totum hominem in Deum transisse, cap. 14.

Respondetur. Gloriam Christi ex loco Pauli merito celebrat & extollit Hieronymus, nimirum quod hic homo Iesus Christus sic Deus, assumpta natura humana in vnionem personæ diuinæ filii Dei, & euecta ad dexteram Patris, & tradita ei omni potestate in cœlo & terra. Sed nequaquam ibi adstruit: Naturam humanam in Christo, esse id quod Deus, aut essen-

essentia Deum esse. Quia humanitas non facta est diuinitas, proinde nihil quicquam hoc loco Hieronymus patrocinatur blasphemio dogmati Schuuenckfeldii. Christum de Deo hominem natum, verum quidem est de causa efficiente, quia vt Lucas & Matthæus memoriæ prodiderunt, de Spiritu sancto cōceptum est. Materia autem ex qua humanæ in Christo naturæ, est semen mulieris, semen Abrahæ & Dauid.

Quod autem inquit: *totum hominem in Deum transiisse*, id intelligit de vnione hypostatica, nimirum, quod Filius Dei in vnionem suæ diuinæ personæ receperit naturam humanam in vtero Mariæ absque omni confusione aut permutatione naturarum. Frustra igitur & hic autor citatur à falso Doctore.

Cyprianum de resur. carnis ait affirmare: Carnem Christi ad dexteram Patris in cœlo praesidere (hoc est, Regnum Dei administrare) & à sede paternæ gloria veterum ad iudicium. Item, Carnem Christi, in & verbum, iuxta vocem DOMINI, viuificare. Ibid. Ergo,

Respondetur. Hic nihil dicitur, quod caro Christi in gloria sit idem quod Deus, aut essentia Deus. Sedere carnem Christi ad dexteram Patris, & viuificare in hac persona, extra controuersiam est, quia verbo Dei manifesto traditur, sed non est mutata humanitas Christi in diuinitatem ipsam. Et habet caro Christi sessionem illam ad dexteram Patris &

uiuificationem, exvniōne personali filii Dei, ex merito passionis, & ex glorificatione. Tota autem plenitudo diuinitatis habitat in Christo. Et agit diuina filii Dei natura, in & cum natura humana, sibi personaliter vnita. Nondum igitur autoritate huius Patris suum falsum dogma stabiluit Schuuenckfeldius.

Epiphanius citat Schuuenck, sic dicentem lib. 2. tomo 2 fol. 369. Est enim vnus Dominus, vnus Christus, vnus Rex in dextera Patris sedens corporale & spirituale, vna vnio vna Deitas spiritualis, ambo lucida & in Maiestatis gloria. Ergo, &c.

Resp. Epiphanius nequaquam his verbis adstruit, carnē Christi esse ipsa essentia Deum, seu id quod Deus est. Sed asseuerat: Vnam esse personā Christi, vnum regem. Et clare docet eius personæ duas esse naturas, corporalem & spirituale, & ambas esse lucidas, atq; in Maiestatis gloria. Propterea; discrepat Schuuenck. dogma, q̄ caro Christi sit ipsa essentia Deus: Id verò Epiphanius non, nā se nō ait docuit.

Ex Nazianzeno adscribit, q̄ is orat: in sanctis Pascha dicit de carne Christi: Quia intrepidè dicit Deo aequalē. Item, in fine lib. 4. de Theol. In vnam coeuntes Dominationem & Deitatem Ergo.

Respondetur, Nazianzenus nō affirmat, carnem Christi esse id, quod Deus est, aut essentiam diuinam, ac suam locutionē ipsemet exponit, coeunt in vna dominatione & vna Deitate, quia videlicet caro Christi est assumpta in vniōne personę filii Dei & homo Chri-

stus est Deus, non mutata carne ipsius in Deitatem, sed quia vnita est personæ diuinæ.

Primasii etiam verba pro se citat, ut: Vnum est iam cum Deo homo, assumptus à verbo. Item, spiritualiter Christum post resurrectionem totum Deum esse intelligimus. Ergo.

Resp. Vnus est cū Deo homo, scilicet personaliter. Item totus est Deus, sc: in personat Nequaquā igitur Primasius dicit: Carnē Christi esse Deū essentia. Hoc igitur Schuuenckfeld. affingit Primasio, more præstigiatorum.

Cassianum deniq; adducit lib. 3. de incarnatione Christi. Non facio discriminē inter Christum & Deum. Christus est Deus. Item lib. 3. Et cum vtiq; quicquid est Christus, Deus est, inueniri in Deo aliud non potest, quàm Deus, vna tantum est simplex, vna tantum pia & sana confessio, adorare, amare, & colere Christum Deum. Ergo.

Resp. Verissima est sententia & doctrina: Christum esse Deum, idq; cōstanter aduersus Arianos est tenendum. Sed nequaquā hic dicitur: Carnē Christi esse essentia Deum, aut id quod Deus est. Imò Cassianus grauissimè adstruit ac defendit, duas in Christo esse & manere naturas, diuinam & humanam, inconfasè & inseparabiliter vnitas in vnica eaq; diuina persona filii Dei. Quare hactenus non protulit Schuuenckfeldtus ex patrib. vllam locutionem, quæ cū ipsius falso dogmate cōsonaret. Semetipsum itaq; citationib. istis p̄defecit, quia destituitur omnivū Patrum suffragiis.

NATURAM HUMANAM CHRISTI,
 non esse similem naturæ
 Turcarum.

I. *Quicumque nascitur ex piis parentibus, non habet similem naturam humanam, natura humana eorum, qui ex impiis parentibus prognati sunt.*

Christus natus est ex sanctis parentibus, & sancta virgine Maria.

Ergo Christi natura humana non est similis natura humana Turcarum. Schuuenck, in confes. mag. 3. part.

Respondetur. Maior est Fanatismus & delirium istius præstigatoris, estque fallacia secundum non causam. Nam esse plium vel impium, non facit differentiam ipsius substantiæ humanæ, seu speciei. Tam est homo corpore & anima, qui ex Turcis, quam qui ex Christianis parentibus nascitur. Eadem enim est ista species animalium, hoc est hominum.

Ad Minorem. Christus est specie homo, constans anima & corpore, vt & alii homines, qui in toto terrarum orbe in omnibus gentibus ex copulatione maris & feminae nascuntur. Quod autem singularia quædam privilegia habet, vt quoddam nascitur ex virgine, & absque contagio peccati, id non tollit speciem ipsam, quia verè factus est homo ex semine mulieris per virtutem altissimi, & constans anima & corpore, vt alii homines, quot

quot hominum nomine censentur. Conclusio est delirium impostoris.

II. *Quicumque non est peccator, is non est hoc, quod alii homines sunt naturaliter. Quia peccatum natura hominis proprium est.*

At Christus non est quod alii homines sunt naturaliter.

Ergo Christus homo non est hoc, quod homines sunt naturaliter. Schuuenck, ibidem.

Respondetur. Lusus est in vocabulis: Naturæ & Naturaliter. Nam Natura hominis alias accipitur pro ipsa substantia hominis, & proprietatibus, substantiæ humanæ competentibus. Alias verò pro singulari proprietate aliqua usurpatur. Sic, id esse, quod Naturaliter homines sunt, significat alias ipsam hominis essentiam, quæ est homo constans anima & corpore, & suis essentialibus proprietatibus. Alias verò accipitur pro accidente pestilentissimo, quod nunc vitio primorum parentum in omnes propagatur, qui ex mare & femina nascuntur.

Quod igitur ad Maiorem, falsum est, eos homines, qui non sunt peccatores, non esse hoc quod alii homines sunt naturaliter, hoc est, iuxta speciem, corpore scilicet & anima. Nam Adam & Eva fuerunt substantia & specie verè homines, licet ante lapsum non essent peccatores. Item, Omnes sancti in cælis non erunt amplius peccatores, & tamen reuera erunt homines, corpore & anima constantes.

Nam glorificatio ipsorum non abolebit ipsorum naturalem substantiam. Quod verò ad probationem, neq; illa sic simpliciter enunciata vera est, Quia Natura humana existit ante peccatum. Neque est peccatum, ipsa met Natura, hoc est, substantia humana, si proprie loqui velimus sed est corruptio Naturæ humanæ, & profundum malum in Natura humana, hoc est in ipsa hominis substantia. At si vocabulum Naturæ pro aliqua proprietate accipias, constat peccatum non esse essentialem proprietatem substantiæ humanæ, sed Accidentalem, vt Augustinus vocauit *Accidens vitium*, & Lutherus, *malum separabile*. Quod autem Paulus inquit: *Erasmus Natura filii iræ*, Ephes. 2. tantum significat propagari malum Originis in hac vitiata hominum Natura in omnes posteros, qui naturaliter ex matre & fœmina generantur.

Ad Minorem quod attinet, ea est ambigua & perplexa. Idcirco explicanda est oratio præstigatoris: Nam si vocem: Naturaliter, de ipsa substantia accipias, tum Minor erit falsissima. Nam Christus, quod ad hominem, specie & substantia omnibus aliis hominib. similis est, nec speciem hominum prærogatiuæ singulares abolerent. Sin verò istam vocem sumpseris pro deprauatione hominum, quam cum naturali propagatione iam habet in sua substantia, hoc est, in corpore & anima, tū sanè constat, quod natura Christi humana absq; peccatis

DE STENCKFELDISTIS. 487
 catis concepta & nata sit. Non obtinet igitur Fanaticus in præmissis quæ inferre conatur.

DE LEGE.

PREDICATIONEM VERBI,
 non à Mose ordiendam.

I. *A fundamento nostræ salutis ordienda est concio verbi Dei.*

Sed Iesus Christus & Euangelium est fundamentum salutis nostræ.

Ergo à Iesu Christo & Euangelio inchoanda est concio verbi Dei, & non à Mose aut Lege. Schuenck de Christiano hom.

Respondetur. Maior non extat in sacris literis, vbi de ordine docendi verbum Dei dicitur. Itaq; est somnium capitis Schuenckfeldiani. Cùm igitur de ordine docendi veram pœnitentiam seu connectionem ad Deum agitur, omnino ipsum Dei verbum consulendum & audiendum est, & spectanda exempla in sacris literis nobis propotita. Christus autè Præceptor & DOMINVS omnium nostrum, & caput Ecclesiæ loc. lancit & ordinat Ministerium docendi: hisce verbis: *Sic scriptū est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: Et predicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum.* Hæc verba Christi nequaquã sunt obscura. In nomine suo, inquit, prædicandum. hoc est, ipsius

mandato, ordinatione, auctoritate, efficacia. Deinde inquit, auspicandum à cōsione pœnitentiæ. At vox pœnitentiæ hoc loco, quia sequitur de remissione peccatorū, non complectitur integram ad Deum conuersionem, constat contritione & fide, quam sequi debet noua obedientia, sed priorem tantum conuersionis ad Deum partem, nempe contritionem, quæ ex Lege est, teste Christo: *Est, inquit, qui vos accusat Mosēs, Iohan. 5.* Et Paulus ait: *Per legem cognitio peccati, Rom. 3.* Est enim contritio agnitio peccati ex Lege, & dolor de offenso Deo & pœnis commeritis. Deinde verò iubet Christus subilici Euangelicam suauissimam doctrinam de remissione peccatorū gratuita per fidem in Christum. Hunc ordinem ipse Christus obseruat, quod inquit: *Agite pœnitentiam, & credite Euangelio, Marci 1.* Et in paradiso filius Dei istum ordinem obseruauit, primū arguendo peccata, contra Legem Dei admitta. *Adam, inquit, quid fecisti?* Deinde reuelando Euangelium, de semine mulieris, contrituro caput serpentis. *Genesis 3.* Eundem ordinem omnes Prophetæ accuratè obseruarunt, primū ex Mose, seu Lege ostendendo peccata, & exaggerando pœnas commeritas. Deinde misericordiam Dei in Christo promissam, reuelando atque inculcando. Similem ordinem Apostoli quoque studiosè & magna dexteritate secuti sunt, id quod Epistola Pauli ad Romanos scripta, quæ

inte-

integram docendi Methodum, continet, luculenter probat. Primū enim tam Iudæos quàm gentes, hoc est, omnes homines eos agit de peccatis, idq; palam ac diserte facit ex Lege. *Nam ex lege, inquit, est cognitio peccati, Rom. 3.* Deinde verò totis viribus explanat atque illustrat fundamentum iustitiæ nostræ coram Deo, nempe quod sine Lege, absque operibus nostris, peccatoribus imputerur iustitia per Christum parata, credentibus, in ipsum, *Roman. 4.* Ista igitur Antinomicum furorem Schuuenckfeldii manifestè refutant.

II. Quæ Apostoli docent, ea vera sunt.

At Paulus inquit: Non iudicauim me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. 1. Corinth. 2.

Ergo non à Mose, sed à Christo ardienda est predicatio verbi. Ibid.

Respondetur. Plus est in cōsione quàm in præmissis. Ergo falsa est ratiocinatio. Nam licet Paulus asserat se in suo Ministerio nihil aliud scire, quàm Christum crucifixum, tam è non hic dicit, in doctrina de conuersione ad Deum, non incipiendū esse ab agnitione peccatorum nostrorū ex Lege, id quod alibi satis clarè docet, vt *Rom. 3.* & scopus præsentis loci spectandus est, quod ibi Paulus non agat de ordine prædicandi, sed de præcipua parte suæ doctrinæ tradat, nimirum, vt *1. Cor. 4.* indicat, quod non seipsum doceat, sed Christum. Item, quod mulieris peccatoribus Lege

contritis ac consternatis, vnicum Saluatorem Ierum Christum commonstret. *Quia non est in alio quoquam salus. Actor. 4.*

CONTRITIONEM PECCATORUM, non esse ex Legge docendam.

I. Quicquid contra Dei verbum est, id non est docendum. Sed Lutheranorum doctrina: Cognitionem peccatorum esse ex Legge, est contra verbum Dei. Num Iohan. 16. dicitur: Spiritus arguet mundum de peccato. Item, Spiritu in cepistis. Item, Legge non estis iustificati, Galat. 3.

Ergo non est docendum, ex Legge esse cognitionem peccatorum. Schuuenck, de vocat.

Respondetur. Minoris prior pars est falsissima, & quidem crassissimus error contra expressum Dei verbū. Nam Paulus disertis verbis ait. *Per Legem cognitio peccati. Roman. 3.* Item, *Peccatum non cognoui nisi per Legem Roman. 7.* Deinde diēta allegata in posteriori parte Minoris, loquuntur de causa efficiente, cuius quidem mētionē non tollitur medium seu instrumētum, seu doctrina ipsa, per quam Spiritus sanctus contritionem, priorem conuersionis ad Deum partem, docet, nempe Lex, sicut per Euangelium docet de remissione peccatorum per Christum, *Roman. 1.* Quare Fanatismum suum hac in parte prodit Schuuenckfeldius, quod doctrinam Legis ad peccata nostra cognoscenda explodat.

LEGEM

LEGEM DEI ESSE POSSIBILEM, & facilem factu, credentibus in Christum.

I. Quicquid sacra scriptura non asseuerat, id non est docendum.

Sed ne spiam scriptura dicit: Deum impossibilia præcepisse.

Ergo hac doctrina nō est prædicāda Schuuenck. de abusu Euang. Item, de verbo Dei.

Respondetur ad Minorem. Duo sunt hoc loco expendenda cum attentione. Primum quod Deus non præcepit hominibus, vt à se initio erant conditi, atque ornati imagine Dei lucidissima, impossibilia, ac debuissent & potuissent eam obedientiam Deo Creatori suo exhibere ex omnibus suis viribus, eaque ratione mansissent, expertes mortis & omnium malorum. Nam peccatum est causa mortis. Deinde, quod post lapsum & deprauationem naturæ hominibus cunctis, etiam renatis in hoc mundo sit impossibile, illam Dei legem seu normam obedientiæ nostro Creatori debitam, integre, perfecte, & prorsus iuxta mentem Dei implere. De priori parte Moses docet. 1. & 2. Gen. De secundo luculenta testimonia scripturæ extant, vt, *Non est iustus, ne vnus quidem. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, ne vnus quidem Psal. 14.* Hinc Paulus istam generalem sententiam infert: *Omnes pecca-*

peccauerunt, & egent gloria Dei. In hunc autem gradum constituit non solum omnes gentes, sed etiam omnes Iudæos, Patriarchas, Prophetas, neque eximit quemquam. Deinde verò subilicit: *Omnes quoque uno eodemq; modo iustificari, nempe gratis per fidem in Christum.*, Roman. 3. Christus ipse inquit: *Moses vobis dedit Legem, & NEMO ex vobis facit Legem*, Iohan. 7. Christus quoque ipse propter hanc causam, impleuit legem vice totius generis humani, quia nemo hominum post lapsum, poterat eam integrè seruare, & omnes erant sub peccato, sub Lege, sub ira Dei, sub morte, id quod perspicuè Paulus asseuerat. *Roman. 8.* Quod impossibile erat Legi (ed quod infirmabatur per carnem) Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio Legis impleretur in nobis. Clarè autem his verbis Apostolus asserit: Peccatū in causa esse, quare nemo hominum possit Legi Dei perfectè satisfacere. Est igitur iniuria meriti Christi, affirmare, quæquam hominum post lapsum in hac vita, præcepta Dei suis operibus implere, hoc est, Decalogum totum perfectè præstare posse.

Ac si Lex à renatis seu credentibus in Christum, in hac vita perfectè præstari posset, cum necesse esset totam hominis naturam in hoc seculo esse instauratam. Nam ista est mutua proportio: *Ad omnimodam impletionem Legis*

Legis diuinæ opus est integra hominis natura, restituta tota imagine Dei, quæ quidem consummatio non fit in præsentī vita, Item, Tum non sola iustitia Christi, quæ nobis sine operibus per fidem in Christum, gratis imputatur atq; accensetur, coram Deo essemus iusti, sed etiam propria Legis impletionē, id quod contra honorem ac dignitatem meriti Christi foret. Item, tum non debebant eiusmodi legis diuinæ impletores morti esse subiecti. Quia vbi est impletio Legis, ibi est vita, & mors nihil iuris, amplius habet. Hoc pacto etiam deleretur orationis Dominicæ præcipuus neruus, si renati aut credentes in Christum, possent implere Legem Dei: Nō enim necesse haberent quotidie dicere: *Remitte nobis debita, aut peccata nostra.* Et delenda esset hæc sententia: *Pro hoc orabit ad te omnis Sanctus.*

Est denique prorsus Papiisticus error: Legem Dei à renatis integerrime, & quidem facillimè impleri posse: Verum isti & similes Fanatici, neque magnitudinem peccati in nobis hominibus, neque amplitudinem Legis diuinæ rectè, hoc est, iuxta sacrarum literarum interpretationem intelligunt. Nam licet fiat generatio hominum per lauacrum aquæ in verbo, vt Apostolus docet, hoc est, remittuntur nobis peccata propter Christum, & inchoatur in nobis nouitas per Spiritum Sanctum, attamen hæc renouatio non perficitur

omnino in hac vita in quoquam hominum, idē sancti quoq; propter suum inhæretis malum & alia quoq; peccata, à quibus in hoc seculo non sunt immunes, obnoxii sunt morti. In nouissimo autem die ab omni peccatorum labe expurgati, & restituta in anima & corpore tota imagine Dei, tum deum & ipsi Deo obedientiam, tanquam fructum meriti & beneficii Christi præstabunt. Quam sublimem autem & absolutam obedientiam Lex Dei postulet, Christus nos docet, inquit: Diliges DOMINVM Deum tuum, TOTO corde tuo, & TOTA anima tua, & TOTA mente tua, & diliges proximum tuum sicut te ipsum. Atqui totum cor credentium nondum in hac vita est renouatum, hoc est, ab omnibus inquinamentis peccatorum emundatum. Ergo nullus sanctus in his terris, ante plenam purificationem ab omni contagio peccati, & ante integram restitutionem imaginis Dei, potest toto corde Deum suum diligere. Inchoat quidem spiritus Dei in filiis Dei, aliquam voluntatem virtutum, & inchoationem verorum Deiculorum & operum, quæ Deo sunt accepta propter Christum propiciatorem, ac debemus sanè in hoc studio benè operari, semper proficere, ac expetere incrementa per Spiritum sanctum, sed implere Legem Dei in hac vita, non valemus. Non est enim iustus, qui in hoc mundo non peccet. Christus quoq; Præceptor noster perfectissimus, hanc ipsam ob

causam

causam nostræ orationis formulæ, quam sæpius iterare debemus, inseruit & ista verba: *Dimitte nobis debita nostra.* Quod si igitur omnes sancti necesse habent quotidie precari remissionem peccatorum: Ergo evidens est testimonium, ipsos Legem Dei in hoc seculo non implere. Sed plura in aliis argumentis erunt attingenda.

Postremo, & quare Deus Legem suam de obedientia, quam ab hominibus postulat, tanta maiestate & seueritate repetit in monte Synai, cum homines peccatis pessundati, eam Legis obedientiam, in hac vita perfecte implere non possint? Responso expedita est: Primum, ut omnes mortales sciant, sibiq; quam persuasissimum habeant, immotam Dei esse voluntatem in sua lege, hominibus inchoata, nec eam mutari, licet homines, non Dei, sed sua ipsius culpa, sint mutati ac perditii. Deinde, ut ex eo speculo iustitiæ, miseri homines suam profundissimam depravationem ac deformationem, & peccata sua interiora & exteriora, quibus alias sunt obnoxii, agnoscant, exhorrescant, & iustam Dei in se iram atque damnationem intelligant. Tertio, ut homines peccatores lege territi ac prostrati & dampnati, non in se, sed alibi auxilium querant, quod tamen non Lex, sed Euangelium reuelat atque exhibet. Nam legis officium est, monstrare peccato, tenere ac damnare. Sed Euangelium de Christo

Christo liberatore ex peccato & morte ex immensa misericordia, docet. Quarto, vt renati ac credentes in Christum, reuertantur ad normam istam immotam obedientiæ à Deo requisitæ, ideo enim redimit, saluat & sanctificat nos peccatores Christus, vt iam viuificati & donati Spiritu sancto, inchoemus in hac vita obedientiã erga istam ipsam Dei legem, quia renatis & credentibus in Christum, seu filiis Dei, non datur noua, hoc est, alia lex obedientiæ à priori, sed ad veterem illam Dei legem, cordibus humanis in prima creatione inscriptam, & in monte Synai clara voce, ac digito Dei magnificè repetitam, omnes credentes, quod ad exercendam nouam obedientiam, & ad declarandos fructus iustitiæ fidei, attinet, expresse alligat. Nam Christus iterat Decalogi præcepta, vt & Apostoli faciunt. Quod autem Christus de nouo mandato ait, non abolet hac voce Decalogum, bonorum operum normam, sed imprimis vult eos nunc fide in Christum prælucenter opera charitatis & alia præstare.

II. Quicquid Deus mandat facere, id non est impossibile factum.

Sed Deus mandat obseruationem suæ Legis, suorum præceptorum.

Ergo præcepta Dei non sunt impossibilia factum. Idem ibidem. Colligit autem ad Minorem multa dicta, vt Psal. i. Beatus, qui in lege Dei meditatur die ac nocte. Psal. 19. Mandata DOMINI
restita

restita satisfactantia cor, &c. Item, in custodiendis eius retributio multa. Psal. 112. Beatus vir, qui timet DOMINUM, qui mandatis eius delectatur valde. Psal. 119. Beati immaculati in via, qui ambulauit in lege DOMINI. Beati, qui obseruant testimonia eius, in toto corde inquirunt eum, &c. Item in libro de verbo Dei.

Respondetur. Si hæc argumentatio valet, sequitur, omnibus mortalibus, gentilibus & Christianis, obuiam esse præstationem & implementationem Legis diuinæ. Verùm aliter se res habet, id quod etiam Renatorum experientia quotidie declarat. Visitata autem & vera responsio est, à mandato Dei ad facere hominis, non est firma ratiocinatio. Causa est, quia Lex integerrima, flagitans interiorẽ & exteriorẽ ab omnib. membris, & viribus hominis obedientiam exactissimam: & homines corrupti non sibi inuicem benè respondent. Equidem Paulus audacter pronunciat: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Rom. 3. Quis verò hominum sanorum hic se vult excipere?*

Quod autem ad renatos attinet, & Spiritu sancto donatos, cum & ipsi adhuc in se reliquias peccati, nequaquam ociosas in hac vita retineant, & primitias tantum spiritus in hoc mundo consequantur: ideo licet inchoent aliquam iuxta Legem Dei nouam obedientiam, in timore Dei, in fide, in inuocatione, in confessione, in dilectione proximi, in téperantia, in veritate & similibus bonis operib. Tamen

non possunt in hac inquam vita, ante suam in nouissimo die glorificationem, ad plenam, integram & absolutam legis diuinę impletionem, per sua ipsius opera aspirare. Nuntur itaq; quod ad salutem suam attinet, per fidem, implezione omnimoda & absolutissima legis diuinę à Christo p̄stita passione & obediētia.

Potest autem Maior & sic dilui: Quicquid Deus mandat, id non est difficile factu, scilicet ei naturę, quę sic mansit, quemadmodum à Deo initio facta atque instructa erat, vt: homines, si non lapsi fuissent in peccatum, potuissent suis à Deo donatis viribus, integerrimè Legi Dei obedire, & sic in perpetuum viuere. Atqui non sic permanferunt homines, vt à Deo initio erant creati & formati, sed lapsi sunt in peccatum, amissa sua integritate, & horribiliter deprauatis omnibus membris & viribus suis in tota sua substantia. Inde igitur est impossibilitas illa in hominibus, non præstandi Legem Dei integrè, iuxta ipsius Dei ordinationem & beneplacitum. Hanc itaque impossibilitatem notat Paulus, vbi inquit: *Quod impossibile erat legi, eò quòd INFIRMABATVR per carnem.* Proinde hanc impossibilitatem totius legis implendę in hominibus inficiari, est contradicere voci Spiritus sancti, & manifestissimę experientię. Angeli quoque in cœlis, qui non peccarunt, absque dubio, legem obediētia diuinę sibi traditam, pulcherrimè & integerrimè obseruant.

uant. At Angeli lapsi in peccatum, in se habent caulam & culpam, cur ipsis impossibile sit legem Dei perfectè præstare.

III. *Quicquid habet promissiones Dei, id non est impossibile factu.*

Sed lex habet promissiones vitę, vt Luca. 19. Hoc fac, & viues, &c.

Ergo legis impletio non est impossibile factu. Idem ibid. Item de verbo.

Respondetur ad Maiorem, scilicet illi naturę quę sic mansit, vt Deus eam initio condidit atque instruxit. Sed respectu illarum Naturarum, quę sic non miferunt, vt Deus ipsas creauit, ac sunt perditę, Maior non susteret. Sic enim formanda esset: *Quicquid habet promissiones Dei, id non est impossibile factu, vel integris vel corruptis Naturis.*

Quis verò hoc cõcederet, nisi ab omni pietate expers & alienus foret? Quales autè nunc sint homines post lapsum, & sacrę literę eos erudiunt copiosè ac perspicuè, & nostra nos experientia quotidiana cõuincit. Non sequitur igitur à promissionib. Dei ad posse hominis. Paulus sic ad hoc Argumentum respondet: *Inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.* Equidem verissimum est, Legem Dei habere promissiones luculentas de vita, verum cum ista conditione, vt Legi præstetur integra obediētia. Quomodo igitur, nos miseri peccatores potiemur vitę Resp. Hanc ipsam ob causam venit Christus, Il 2 implere

implere Legē Dei nostra vice. *Matth. 5.* Hęc igitur impletio Legis per Christum facta, nostra coram Deo est iustitia, nobis per fidem impurata. Sic Paulus docet: *Impletio Legis Christus est, ad iustificationem omni credenti, Roman. 10.* Ad Minorem igitur sic respondetur: Lex habet promissiones vitę, sed cum conditione integrę obedientię. Atqui istam absolutam & perfectam Legis obedientiam non possumus in hac nostra natura assequi. Quod igitur ad nostram facultatem & opera attinet, nobis omnibus post lapsum erat per eundem. Venit itaque nobis auxilio Christus qui nos miseros peccatores ab execratione Legis vindicatos & liberatos, sua ipsius impletione iustificat, vivificat, saluat.

IIII. Quicquid facile factu est, id non est impossibile.

Sed Lex Dei, seu Decalogus, est facilis factu atque impletu.

Ergo Legem Dei implere difficile factu non est. Minorem nititur confirmare dicto Iohannis: Hac est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius gravia non sunt. I. Iohan. 5. Item, Iugum meum suave est, & onus meum leve. Matth. 11. Idem ibid. Item de triplici vita. Item de verbo.

Respondetur. Primum ad Minorem. Hęc scilicet ratione Minor simpliciter elata, non consistit. Ratio est, Quia scriptura sacra disertē nos docet, Nullum hominem, post lapsum scilicet

scilicet, siue ante siue post regenerationem, legi diuinę, perfectę & plenę ex omnibus suis viribus & membris exterioribus & interioribus, in hac vita posse satisfacere, iuxta Dei perspicacissimum & exactissimum iudicium. *Vt: Quod impossibile erat Legi, eo quod infirmabatur per carnem, Rom. 8.* Non autem loquitur saltem de non Renatis, sed de omnibus hominibus; vt & supra dixerat: *Omnes egent gloria Dei. Rom. 3.*

Deinde Christus solus est impletor Legis, loco generis humani, *Matth. 5. Rom. 10.* Nulli igitur homini post lapsum, in hoc mūdo potest attribui impletio legis diuinę per sua ipsius opera. 3. Quia disertē omnes pii fatentur, in se etiā post regenerationem, manere peccatum, *Roman. 7.* At vbi est peccatum, in substantia, ibi non est integra Legis impletio, per sua ipsius opera. Hinc David orat: *Non intres in iudiciū cum seruo tuo.* Item *Si iniquitates obseruaueris DOMINE, quis sustinebit?* 4. Quia pii licet renascantur in Baptismo per Spiritum sanctum, tamen non omnino restituitur eis in hac vita tota integritas naturę, sed inchoatur tantum naturę renouatio, quę in nouissimo die tandem consummabitur. Ergo Legi Dei hęc corrupta natura, licet renasci cœperit, nondum potest Legem Dei ex omnibus viribus & membris integerrimē satisfacere, eamque implere. 5. Quia omnes sancti quotidie necesse habent petere: *Dimitte nobis*

debita nostra. Ergo Legi Dei perfecte satisfacere, nequeunt ipsi sancti in hac vita.

Quid igitur? ane nihil prorsus iuxta Legem Dei operantur Renati? Id quoque aliorum ex aduerso est extremum, quod omnino falsum & reiiciendum est. Nam credentes in Christum incipiunt obedientiam Legis, ductore Spiritu S. & cauent peccata, sed integrè & perfecte non possunt omnia Legis mandata, in hac quidem vita implere, ac sciunt filii Dei, istam inchoatam atque imperfectam Legis obedientiam, tamen placere Deo propter Christum propiciatorem. *1. Petri 2.*

Iam & probationes Minoris non nihil expendamus, an prorsus & per omnia æquipollent assueverationi Minoris? Primum autem dictum Iohannis. *Mandata eius graua non sunt*, æquipollere Minori, sic sonanti. Lex seu præcepta Decalogi sunt facilia impletu: non liquet. Causæ sunt istæ: Quia Iohannes Apostolus eximius, non sciebat in vna & eadem epistola contradictoria. At is clarius verbis pronunciat: *Si dixerimus, quod peccatum non habeamus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et iterum: *Si dixerimus, quod non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.* Iohan. 1. Iam verò constat & immorè est, vbi est peccatum, in substantia & actionibus, ibi non potest esse numeris omnibus absoluta impletio Legis, per sua ipsius facta. Non itaque consentaneum est, Iohan-

Iohannem hic voluisse pronunciare: impletionem totius legis diuinæ seu Decalogi, esse facillimam nobis hominibus in hac vita. Nec dissidere censendus est Paulus, à Iohanne, in doctrinæ cœlestis capitibus. Sed is inquit, Roman. 7. *Peccatum in se habitare usque adeo, ut non qua velit ipse faciat: sed que nolit, ac se videre legem membrorum in se, repugnantem legi mentis sua, & se captiuantem.* Luctam quoque perpetuam carnis & spiritus in Renatis, docet esse acerrimam, Galat. 5. Quare nequam docet Paulus, à se renato facillimè totam Dei legem, suis propriis operibus impleri ac perfici posse. Necessè est itaque, genuinam ac propriam Iohannis sententiam, ex ipso textu inquiri. Patet autem, Iohannem isti sententiæ: *Mandata eius graua non sunt*: Istam subdicere rationem: *Quoniam quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Perspicuum itaque est, Iohannem de renatis & credentibus in Christum, verba facere, quos quidem ad madata Dei custodienda exhortatur ista motiua, quia mandata Dei credentibus non sunt graua, scilicet propter eas causas atque eo respectu. Primum, Quia fide in Christum habent renati impletionem Legis integerrimam & absolutissimam per & propter Christum, qui venit nostra vice Legem implere, Matth. 5. Et Paulus applicationem manifestè exprimit, Roman. 10. *Impletio (perfectio) Legis Christus est, ad iustificationem omni-*

credenti. Secundò, Quia renari & credentes in Christum, vt filii accepti Deum diligentes, non iam cum tædio, sed cum voluptate ac delectatione incipiunt legis diuinæ obedientiam exercere. Hæc itaque promptitudo inde est, quod sciunt se habere propitium Deum Patrem, per & propter Christum. Tertid, Quia etiam illa inchoata obedientia filiorum Dei licet in hac vita sit imperfecta, tamen à reconciliato & beneuolo Patre, benignè acceptatur, & liberalissimè remuneratur in hac & in æterna vita. *Matth. 25.* Item, *Infirmum in fide assumite, Deus enim illum assumpsit.* Simul etiam hoc monendum censeo, non probandam istam sententiam: Quod Deus imperfectam renatorum obedientiam pro tota Legis implatione censeat acque accipiat. Nam hoc nusquam dicit sacra scriptura, & foret contumeliosum in Christi implationem pro nobis factam. Si enim nostra imbecillis, & multis modis vitiata obedientia erga Legem, pro integerrimâ Legis obedientia coram Deo reputaretur, Tum etiam propter nostra opera nobis vita coram Deo, & salus tribueretur. Atqui nostra vita & salus tantum in Christo, Salvatore nostro vnico, consistit. Quartò, Quia credentes in Christum habent Doctorem, & Rectorem Spiritum sanctum, subinde magis magisque renouantem filios Dei, eosque incitantem ad bona opera à Deo mandata præstanda. *Gal. 5. Fructus spiritus est, Et*
 Hoc

Hoc itaque pacto & ista intentione, Iohannes rectè dixit: *Mandata Dei Renatis graui non esse,* & singularis Emphasis est in voce: GRAUIA. Nam lex grauis omnino est in credentibus in Christum, quia sub execratione Legis versantur. Sunt enim sub peccato. Deinde habent Deum iratum, idè legem oderunt, non amant. Tertid, quia implatione legis meritoque Christi per fidem non fruuntur, ac suis operibus nituntur legem Dei implere, sibi que vitam æternam comparare, idè magna cum difficultate sudant in lege, ac mallent eam prorsus omittere, nisi verentur eius execrationem. Premuntur igitur tales Lege, & quasi aduersus flumen suis operibus luctantur. At credentes in Christum, quia norunt se implatione Legis per Christum, sibi per fidem imputata, coram Deo iustos esse ac habere Patrem in cœlestis fauentem, qui pro sua beneuolentia, qua nos completatur, & ἐπιμελεία, etiam quantulumcunque obedientiam erga Dei mandata inchoatam, velit propicius acceptare & compensare, ductore Spiritu sancto, cum delectatione cordis, opera Legis incipiunt facere, & ad illum diem suspirant, quo liberati ab omni peccatorum inquinamento, in cœlesti cum Deo & Angelis consuetudine, gratitudinis ergò possint perfectam Legis obedientiam cum gaudio exhibere.

Quod denique ad Christi dictum attingit

Iugum & onus; Christus hic non appellat legem, sed crucem quam adfert Christus, hoc est, religio, doctrina, professio cultus Christi. Præmonet itaque hæc afflictiones propter Christum esse tolerandas. Primum ipsius Christi exemplo: Deinde quia bona cōscientia ferantur, ac habeant lætæ finem ac euentum. Nequaquam igitur his verbis Christus docet, Legem Dei credentibus, esse facillimam impletu per sua ipsius opera.

V. Omnia sunt possibilis credenti, Marc. 9.

Ergo impletio totius legis est facilis ac levis credenti. Idem ibid.

Resp. Est ignoratio Elenchi. Nam Antecedens est dictum Euangelicum. Consequens autem loquitur de lege. Christus enim sanaturus obsessum mutum, quem Apostoli à spiritu illo immundo liberare non poterant, patrem obsessi sic solatur atque erigit, quod debeat credere, OMNIA posse Christum, hoc est, debeat certò sibi persuadere, quòd Christus valeat ipsi opem ferre, ac Diabolum excutere.

Sententia itaq; est, fidè in Christum, impetrare omnis generis beneficia à Deo omnipotenti. Hoc igitur in dicto Christus nequaquam asserit: Credentes facillè posse totam Legis impletionem, respondentem ex altissimo Dei iudicio, præ stare. Perperam itaque & falsò hoc Christi dictum ad suam opinionem faciendam, Fanaticus allegat,

VI. Omnia

VI. Omnia possum in Christo, qui me confortat. Philip. 4.

Ergo credenti, omnimoda Legis diuine impletio, per sua ipsius opera, est facillima & lenissima. Idem ibidem. Item de triplici vita.

Respondetur. Eadem est fallacia, & quidem stultissima ac violentissima accommodatio istius Paulini dicti. Nam Paulus loquitur eo loci, de sua modestia in toleranda penuria. Sic enim inquit: Ego didici in quibus sum contentus esse. Scio & humiliari, scio & excellere (ubique & in omnibus institutus sum) & saturus esse, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum per Christum, qui me confortat. Verum tamen benefecistis, communicantes tribulationi meæ. Planum itaque & manifestum est ex textu isto, Paulum nequaquam hic de integerrima totius Legis impletione, quòd ea sit facilis factu vel sibi, vel aliis credentibus, verba facere, vt noster ille præstigiator somniat ac scribere audet, sed quòd omnia possit per Christum, vt ipse declarat, & abundare & egere, esse humilis & in honore, ista omnia se boni æquique consulere per Christum. Fanaticismus itaq; Schuuenckfeldii hic perspicuè refutatur.

VII. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Iohan. 14. Ergo impletio totius Legis perfecta, possibilis & facilis est credenti. Idem ibid.

Respon. Eadem est fallacia. Nam Christus hic non ait, omnimodam & perfectissimam legis

legis diuinæ obedientiam, credenti esse per
facilem atque leuissimam, id quod omnes sa-
na mente præditi vident. Docet autem Chri-
stus, verbum seu doctrinam suam esse seruan-
dam, hoc est, audiendam, amplectendam, re-
tinendam, quod quidem verbum erat de fide
in ipsum collocanda, & de fructibus fidei præ-
standis. Hæc sunt plana & sana. Non autem
hic afferit Christus, vniuersam legis diuinæ
impletionem, credenti per sua ipsius opera,
esse facillimam atque leuissimam. Non igitur
attribuenda est Christo Doctori & Saluatori
nostro sententia, quam ipse non protulit. Imò
Christus inquit: *Est qui vos accusat Moses, Io-
han. 5.* Item, *Nemo ex vobis seruat legem, Io-
han. 7.* Imò quia hominib. impossibile pro-
fus erat post lapsum, Legem Dei integerrima
obedientia iuxta Dei sententiam & iudicium
præstare, idè docet, se propter hanc ipsam
causam venire, vt legem impleat, videlicet
nostra vice. *Matth. 5.* Et hæc legis absolutissi-
ma impletio passione & obedientia sua à Chri-
sto præstita, nostra per fidem in ipsam est iu-
stitia imputata per fidem. *Matth. 5. Rom. 10.*

*VIII. Quicquid exemplis scriptura probari
potest, id ita se habet, Sed scriptura suggerit exem-
placorum, qui suis operibus perfecte legem Dei
impleuerunt.*

Ergo impletio totius Legis in hac vita est
possibilis creditibus. Minorem probat, quia
David de se inquit, quod seruet mandata Dei.
vt Psal.

*vt Psal. 119. Memor fui nocte nominis tui Domi-
ne, & custodiu Legem tuam. Hoc opus meum:
quod statuta tua custodiu. Portio mea Domine
dixi, custodire Legem tuam.* Deinde inquit, Io-
hannem 1. Iohan. 3. affirmare de se: *Quicquid
petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata
eius custodimus.* Item, 1. Iohan. 5. *Hæc est chari-
tas Dei, vt mandata eius custodiamus, & man-
data eius gratia non sunt.* Tertio, Zachariæ ex-
emplum allegat, de quo scriptum est *Luc. 1.
Erant ambo iusti ante Deum, incedentes in omni-
bus mandatis & iustificationibus Domini sine
querela.* Idem ibid.

Respondetur. Minor est falsa, & tantum
istius Fanatici & similium somnium. Allegata
autem exempla, Minorem à Schuuenckfel-
dio positam non confirmant. Nam David in
eo Psalmo, de studio verbi diuini, & exercitio
precatis iuxta Dei verbum loquitur, non de
possibilitate perfectæ & absolute suæ obe-
dientiæ erga totum Decalogum, quæ consi-
steret in suis operibus, id quod primùm ex
ipso textu apparet, quia petit sibi dari intelle-
ctum, vt discat mandata Dei, rogat se doceri
viam statutorum Dei, vt ea custodiat. Signifi-
cat igitur, sibi & scientia, & incrementis in
verbo Dei discendo & faciendo ea, quæ Deus
exigit, opus esse. Aliud itaque est obseruare
mandata Dei, hoc est, versari in studio atque
exercitio ea obseruandi. Et aliud est, Decalo-
gum totum suis operibus in hac vita perfecte
imple-

implere: Id verò Dauid nunquam de se dixit, licet pro sua eximia pietate serid deditus esset verbo Dei, & exercitiis bonorum operum iuxta Normam legis diuinæ. Imò palam non est veritus alleuerare contrarium, nempe quanto agitur de consummata impletione legis diuinæ, ac de iudicio Dei omnium exactissimo, tum dixit: *Quoniam tacui, contabuerunt ossa mea, Item: Delictum meum cognitum tibi feci, & iustitiam meam non abscondi, Dixi confitebor* **TRANSGRESSIONES MEAS DOMINO, & tu remisisti impietatem peccati mei.** Imò a se omnes sanctos transiens inquit: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus.* Plal. 32. Hiscè igitur verbis Dauid profiteretur aperte, se nequaquam sibi, aut aliis sanctis, in hac vita arrogare integram Legis impletionem iuxta Dei absolutissimam sententiam. Imò clarè in ista verba erumpit: *Si iniquitates obseruaueris DOMINE, quis sustinebit?* Plal. 130. Ecce Dauid sibi derogat integram legis diuinæ impletionem. Item inquit: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Quid? an non hic Dauid dilucidis verbis mendacii arguit Schuuenckfeldium, qui nugatur, Dauidem totam legem Dei perfectè seruasse. Quærit etiam alias Dauid quærelas moueat de suis peccatis, quòd supergressæ sint caput ipsius, &c. quòd soli Dei misericordiæ exque amplissimæ innitatur, notum est. Insuper histo-

historia Dauidi testatur, quòd sæpius lapsus sit in peccatum, impulsu Diaboli & suæ carnis.

Ergo ex Dauidis exemplo adstrui non potest, credentibus, obseruationem totius legis diuinæ esse possibilem & facilem. Loquuntur igitur Prophetæ de suo studio atque exercitio pietatis à Deo mandatæ, quòd nimirum hoc sibi summæ sit curæ & voluptati, in præceptis Dei ambulare, nec tribuunt sibi Eulogion, de integra & consummata legis Dei obedientia per sua ipsius opera in hac vita. Debent igitur omnino iuxta Dei iussionem & ordinationem seruare, custodire, sequi mandata Dei omnes pii, & quidem haud impigrè in eis se exercere, ac quotidie proficere, ac Deus vult ea opera in fide facta, licet sint imperfecta, munificentissimè remunerare in hac & altera vita. iuxta illustre dictum: *Pietas ad omnia utilis est, habens promissiones huius & æternae vite.* 1. Timoth. 4. Sed perfecta Legis impletio, non ascribitur inchoatæ obedientiæ piorum in hac vita. Reddita autem in nouissimo die integra natura hominis, tum postea & fructus sequentur ampliores.

Quod ad Iohannis dicta, non dicit: credentibus impletionem totius legis diuinæ esse possibilem aut facilem: Nam in priori sententia, tantum ait nos potius rebus à Deo expertis, quia mandata eius custodimus, ac porro hoc explicans subiicit, quòd credant in No-

in Nomen filii Dei, & diligat se inuicem, hoc est, ostendit se exercere pietatem iuxta verbum Dei, sed impletionem totius Legis perfectam in hac vita, nec sibi, nec aliis tribuit, quia supra clare dixit, eos mentiri, qui clamēt aut sentiant, se peccatum non habere. Iam verò ubi est peccatum in substantia & actionibus, ibi perfecta legis Dei impletio non est. Ergo phrasēs Iohannis, Dāuidis, & aliorum doctorū in sacris literis dextrè sunt accipiendæ. Non enim æquipollent istæ sententiæ: *Legem Dei custodire, obseruare, sectari, sequi.* Et: *Legem Dei (iuxta ipsius Dei voluntatem & declarationem) perfectè implere.* Prior enim sententiā, studium pietatis complectitur & declarat, quod sanè in omnibus piis esse debet, sub pœna quoq; iræ Dei & aliarum pœnarum. Verùm in hoc mundo istud piorum studium non fit omnibus numeris plenum & perfectū. Primitias enim spiritus solū modo in hac vita percipimus. Item ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus. 1. Cor. 13. At posterior sententiā longè altius se extendit, nimirum de omnimoda legis diuinæ obediētia p-nucians. Vt igitur sacra scriptura, iure omnes rimētes, & colentes D O M I N V M exhortatur, vt custodiāt & seruēt mādata Dei, ita vicissim sapius & multis rerū ac verborum ponderibus inculcat atque illustrat. Neminem in hac vita, legem Dei, perfectè implere posse post lapsum, præter Christum propiciatorem nostrum,

strum, ex cuius plenitudine omnes accipiamus. Præcipitur tamē in sacris literis, id quod etiam in spissimum est, vt renati, iustificati, donati Spiritu sancto, in hac etiam vita incipiamus D O M I N O Deo nostro offerre spirituales hostias; acceptas Deo p̄ Iesum Christum, vt Petrus docet.

Existis etiam altera Iohannis sententiā rectè intelligi poterit. Non enim ibi dicit, Legis impletionem perfectam, in hac vita à credentibus fieri posse, sed ipsos exhortatur, vt mādata Dei custodiant, hoc est, vt exerceāt pietatis opera, à Deo præcepta, nec dicit quicquam eos sua obedientia toti Legi satisfacere posse. Quod vero Iohannes ait: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit*, 1. Iohan. 3. semetipsum satis dilucidè exponit, quod paulò antè dixerat: *Omnis qui in eo (Christo) manet, non peccat.* Item, *Scitis quod ille apparuit, vt peccata tolleret.* Sic igitur non peccat, in Christo manens, quia scilicet Christus tulit peccatum, id est, reatum peccatorum, & tandem etiam in nouissimo die omnes ex nobis reliquias peccatorum excinet, restituta integra mundicie, & imagine Dei. 1. Iohan. 3. iteratur hæc oratio: *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed genitus ex Deo custodit se, & malignus non tangit eum,* & præcedit declaratio, scilicet, ad mortem non peccat.

Exemplum denique Zachariæ, non dicit: eum totam Dei legem suis operibus implere,

sed tantum eum fuisse iustum apud Deum. At si de iustus erat sine suis operibus. Deinde verò textus inquit, quod in præceptis à Deo ambulauerit sine querela, hoc est, pietatem suam bonis operibus iuxta Legem Dei declararit, sed integram Legis obedientiam ipsi non adscribit. Quare Schuuenckfeldius suam Papisticam doctrinam hisce allegatis non potest obtinere.

IX. Roman. 8. dicitur: Deum misisse filium suum in carnem, & damnasse peccatum: ut iustificatio legis impleretur in nobis, quinon secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

Ergo credentibus, impletio legis est possibilis, facilis, suavis. Schuuenck, de triplici vita.

Respond. Est ignoratio Elenchi, & mera malitia, sic detorquere præclara sacræ scripturæ dicta. Nam Paulus ibi nequaquam docet: Credentes suis operibus posse legem Dei implere, imò contrarium asseuerat. Sed hoc potius luculento isto dicto ostendit, quod Christus vice generis humani implevit legem, vt & ipse Christus asseuerat, se venisse ad implendam Legem. *Matth. 5.* idque hoc sine, vt impletio Legis facta per Christum, nobis in ipsum credentibus imputetur, quod & *cap. 10.* exponit Apostolus hisce verbis: *Christus est verus (impletio, perfectio) Legis, ad iustificationem omni credenti.* Quod autem porro attexit Paulus, id ad nouam obedientiam spectat, quæ sequi

sequi debet reconciliationem cum Deo, quod extra controuersiam est.

Postremò & hoc adiciendum, Schuuenckfeldium in libro de verbo Dei, in hoc dogmate non nihil vacillare. Licet enim ibi repetat omnia, quæ prius scripserat, tamen inquit, se non addere, perfectè seruare posse, verum si quid desit, id ex perfectione obedientiæ Christi sarciri, & sic iudicatur suos refutatores, more omnium lubricorum impostorum.

X. Quicquid Patres docent, id verum est.

Sed Hieronymus anathema dixit asserenti: Deum impossibilia præcepisse. Sic & Augustinus in epistolis asserit: Deum non præcepisse aliquid impossibile.

Ergo Schuuenck, rectè docet. Ibid.

Respondetur primùm ad Maiorem, quæ vacillat, neq; est vniuersalis. Nullus præterea Patrum dogma Ecclesiæ nobis potest statueri, absque verbo Dei.

Deinde ad Minorem: Deus non præcepit impossibilia, naturæ hominis integræ scilicet. Sed quod nunc deprauata hominum natura, non potest integrè implere legem Dei, culpa non in Deo aut Lege est, sed in nobis hominibus. *Roman. 8.* Hæc vera, certa & perspicua sunt, quibus & hoc adicimus. (Christum pro nobis legem perfectissimè impleuisse patiundo & moriendo, eamque Christi impletionem nobis pro iustitia imputari per fidem in ipsum. *Roman. 10.* In vita autem cælesti, &

homines glorificati integram Legi obedientiam soluent, tanquam fructum iustitiæ per Christum acceptæ, ad laudem Omnipotentis Dei. Ergo Schuuenckfeld. cum suo errore iacet in stercore,

DE IUSTITIA CORAM DEO.

IUSTITIAM CHRISTIANAM non in primo statu Christi, hoc est, passionis & obedientiæ, sed in secundo demum, id est, gloria in cælis, per sursum corda, esse querendam.

Exibilat Schuuenckfeldius hanc doctrinam: quod obedientia Christi simus coram Deo iusti, qua quidem in re suam non solum temeritatem, sed impietatem quoque effrenam ac turpem prodit. Damnat enim ac reiicit impudentissimo suo ore ipsum Paulum, clarissimis verbis asserentem: *Per unius OBEDIENTIAM Iusti constituuntur multi, Rom. 5.* Sed quia improbus impostor aliquos fumos præterdit, eos luce ac splendore veritatis cælestis, Deo dante, discutiemus. Sic autem argumentatur.

I. NON potest beneficium aliquod distribui, nisi illud prius sit acquisitum ac perfectum.

Sed in passione atque obedientia Christi, nondum plene parata fuit iustitia. Sed postquam ad patrem iuit, & in Deum transpositum est, & in gloriam

gloriam euectus TVM DEMVM constitutus est nobis ad iustitiam, per sursum corda inde accipiendam iuxta dicta: Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam, Luca 24. Io. ban. 16. Item, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustitiam nostram, Rom. 4.

Ergo iustitia nostra non est querenda in passione & obedientia Christi, totoque statu ipsius humiliationis, sed tantum in statu gloria, per sursum corda. Schuuenck. in Respon. ad Phil. scriptum Nornberg.

Respondetur. Maior locum habet in rebus humanis, & ordine rerum naturalium, sed non in omnibus operibus Dei. Est autem reconciliatio & iustificatio per Iesu Christi, filii Dei & Mariæ meritum, peculiare, mirificum & in signe Dei opus, excedens communem in rebus creatis ordinem, ac videndum est, quid ipse Deus de hoc opere, ac de iustitiæ, quæ ex merito Christi est, distributione, in suo certo verbo exposuerit. Constat autem omnes ciues veræ Dei Ecclesiæ in veteri Testamēto, ante incarnationem filii Dei, eiusque passionem, per fidem in Christum eiusque beneficium, iustitiam, salutem & vitam æternam consecutos esse, nec aliter coram Deo iustificatos esse, quàm nos, videlicet per fidem in Christum. Hoc verò eximius Apostolus Paulus excellenter adstruit, Rom. 4. Vbi adducit hoc antiquissimum testimonium ex Genes. 15. *Credidit Abraham Deo, &*

imputatum est ei ad iustitiam. Hæc igitur Paulus ad fidem in Christum accommodat, atq; euincit, Abraham in Christum credidisse, eiusque merito, iustitiam & vitam æternam consecutum esse, cum quidem filius Dei nondum homo factus, ac nondum passus esset. Iudæ Abrahamum facit Paulus communem Patrem & exemplum omnium credentium in veteri & nouo Testamento. Christus ipse inquit, Abraham diem suum uidisse, videlicet in promissionibus gratiæ, de semine benedicturo omnes gentes luce fidei, & lætatû esse, scilicet fide statuente, quod merito Christi iustus censeretur in iudicio Dei, & hæres esset vitæ æternæ. *Apocal. 3.* dicitur: *Agnum occisum esse ab origine mûdi*, id est, statim post lapsum primorum parentum, reuelatû esse hoc Dei decretum, quod mactato Christo tanquã agno, Deus propter ipsius oblationem vellet gratis remittere peccata, & iustitiam ipsius sanguine partam, imputare. Omnes igitur hoc agno & ipsius mactatione, sanguine, merito, nitentes, iustitiam & salutem æternam adeptos esse. Nam meritum Christi in precioso suo sanguine tantum est, vt se in omnia tempora, antè & retro extendant. Ratio eius rei euidens est, quia Christus est Agnus tollens peccata mundi: ortus scilicet, ante & retrò, nullo vilius hominis peccato excluso. Ergo & hoc beneficium, quod parit Christus, nempè reconciliatio cum Deo, remissio peccatorum, donatio atq;

tio atq; imputatio iustitiæ, vita & salus æterna, ad omnes mortales pertinet antè & retrò, modò agentes pœnitentiam **CREDANT** in Christum. Hæc certa & indubitata sunt. Non igitur subsistit vniuersaliter de omnibus Dei operibus Maior, & operæ precium est attendere, quomodo præstigiatores in arenam fluidam ædificent? Quomodo porrò Anabaptistæ hac ex parte, profana quædam dogmata extruant atque proferant, suo loco expositum est.

Quod ad Minorem, & nos amplectimur gratis peccatoribus, statum humiliationis & glorificationis Christi. Scimus enim sic à Deo ordinatum esse, antequam istius mundi fundamenta iacerentur, vt Christus sua humiliatione tota, hoc est, passione & obedientia perfectissima simul, nostra vice impleret legem, expiaret peccata, & vinceret mortem, Diabolum, infernum, eoque opere perfecto, ascenderet ad cœlos, & collocaretur ad dextram Maiestatis. Sed in hoc fanaticum suum eructat Schuenckfeldius, quod negat passionem & obedientiam Christi, antè glorificationis statum in cœlis, esse nostram iustitiam, quæ nobis gratis per fidem in Christum, & propter eum imputatur. Complectimur autem, vt diximus, non solum passionem atque obedientiam Christi, sed & victoriam ipsius. Nam Paulus ille eximius Christi Apostolus, perspicuis verbis pronunciat: *Vnim,*
Kk 4 inquit,

inquit, *OBEIENTIA* *iusti constituntur multi*, Roman. 5. Quid est autem illa obedientia? tota scilicet Legis impletio, loco & vice generis humani præstita, Rom. 10. *Christus ipse inquit, se venisse, ut impleret legem.* Matth. 5. Deducit igitur nos Paulus ad fontem rei, & clarè determinat ac docet, obedientiam Christi nostram esse à Christo partam, & in iudicio Dei valentem iustitiam. Sic eodem capite docet, & inquit: *Iustificati SANGVINE ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.* Hic audis, sanguinem Christi esse nostram coram Deo iustitiam. Sanguis autem Christi hic coram humiliationem, passionem & obedientiam Christi designat. Mox enim à natiuitate, in ipsa circumcissione, sanguinè suum pro nobis cæpit profundere. Item, Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Hic *MORTEM* filii Dei, ait nostram coram Deo, esse reconciliationem & iustitiam. Diuersis autem vocabulis rem eandem explicat. Galat. 3. *Christus redemit nos de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.* Ergo passio atque obedientia Christi nostra est coram Deo redemptio & iustitia. 1. Iohan. 1. *Sanguis Iesu Christi, filii eius, emundat nos ab omni peccato.* Emundatio autem ab omni peccato, procul dubio nostra est, coram Deo, iustitia. Nam peccatum & iustitia sibi inuicem opponuntur, sed illa emundatio nostra ab omni peccato, est *SANGVIS* filii Dei, pro nobis effusus.

Ergo

Ergo sanguis iste filii Dei, nostra est coram Deo iustitia.

Libenter autem profitemur, Glorificationem illam immensam Iesu Christi, nostri Redemptoris ad dexteram Patris cœlestis, esse branium suæ illius passionis, obedientiæ ac victoriæ aduersus peccatum, mortem, Diabolum & infernum. Nam Deus istam tantam euectionem, gloriam & regnum Christi, in Psalmis Dauidicis & testimoniis aliorum Prophetarum luculenter prædixerat. Est & hoc verum, hunc regnantem, & gloriosum Iesum Christum, dona sua ingentia, per suam passionem & obedientiam parta, hominibus distribuere hic in terris, per Ministerium verbi & Sacramentorum, & consummaturum esse omnia in nouissima die, gloriosa sua apparitione, restituta in credentibus plena Dei imagine, & exciso atque eradicato peccato extota ipsorum natura, & traductione in mansionem & vitam æternam, vbi Deus erit omnia in omnibus.

Quod verò *TVM DEMVM* constitutus sit nobis Christus ad iustitiam, postquam in gloriam æternam euectus atque transpositus est, contra sacram scripturam est, quæ testatur, quod Iesus Christus ante passionem, in passione, & post passionem, ad nostram iustitiam constitutus, & quæ etiam omnibus temporibus credentibus in ipsum sit communicata & applicata. Nam de Abraham clarè pronunciat Paulus,

Kk 5

quod

quod fides ipsi imputata sit ad iustitiam. De nulla autem alia fide iustificante loquitur, quam de ea, quæ est in Christum Iesum. Quid? Num igitur Schuuenckfeldius diceret, quod nondum extiterit ea Christi iustitia, quia Christus nondum in ara crucis mactatus erat? Sed veraclor est Spiritus sanctus, tale de fidei Abraham testimonium perhibens, quod fide imputata sit ipsi iustitia, quam fanaticus Schuuenckfeldius. Christus ipsemet, ante suam passionem, publica & clara voce absoluit peccatores: *Confide, inquit, fili remittuntur tibi peccata tua.* Dimissio autem peccatorum, quam Christus denunciat, simul est iustitiæ per sanguinem Christi parandæ, communicatio ac donatio. Nam vna & vnica est Christi iustitia sanguine ipsius acquisita, qua omnes credentes in Christum in veteri ac nouo Testamento iustificantur coram Deo, & non alia. Sic enim Deo nostro misericordiam & beneuolam visum est. Sic quando Christus inquit: *Fides tua te saluam fecit,* nihil aliud vult, quam communico, applico, dono tibi meam iustitiam, quæ mea humiliatione, passione atque obedientia tibi acq̄to, ea coram Dei iudicio stabis, ac poteris æterna vita ac lætitia. De Telone penitentiam agente, arcanum Dei iudicium aperit Christus, quod iustificatus in domum suam è templo abierit, præ gloriabundo illo Phariseo & Hypocrita. Iustitia autem peccatoris coram Deo, qua iustus reputatur, & est

& est hæres vitæ æternæ, nulla alia est, quam iustitia illa per passionem & obedientiam Christi parata, hoc est impletio totius legis, vt *Matth. 5.* Christus ipse vocat, sed nondum flagellabatur, non cruci affixus erat Christus, cum Telone hæc fidei iustitia, iustum esse coram Deo, pronuntiaret, Imò in ipsa passione, cum ex cruce penderet, nondumque proclamasset: Consummatum est, publica voce absoluit latronem prope se suspensum, inquit: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Non potuisset tantum in Paradisum venire latro, nisi ei fuissent remissa peccata, & imputata iustitia Christi, quam iam sua passione acquirerebat.

Vanum itaque commentum, & ambitiosa nouitatis affectatio est, quod Schuuenckfeldius ait: *TVM DEMVM* Christum esse constitutum ad iustitiam, quando ex morte resuscitatus, in cœlestem gloriam & regnum æternum est collocatus. Etsi enim in tota sua humiliatione filius Dei, promeruit nobis iustitiam illam, qua peccator, credens in Christum, coram Dei iudicio pro iusto censetur, & habet remissionem suorum peccatorum, tamē Christus nobis constitutus est, vt sit iustitia omnium peccatorum in se credentium, tali vt exposuimus modo, in veteri & nouo Testamento, quia nimirum Christi beneficium, se in omnia mundi tempora extendit.

Dicta quæ allegat Schuuenckfeldius ad suam

suam opinionem stabiliendam, non applicat quia non potest applicare: Docent enim de statu humiliationis & gloriae Christi, item quod pro nostris peccatis passus sit, & iustitiam nobis peperit, id quod nemo inficiatur. Verum hoc preterit ac peruertit Schuuenckfeldius, quod ea ipsa iustitia, quae Hierosolymis, iuxta promissiones diuinas per Iesum Christum acquisita est sua dignitate, efficacia, ut sese extendat ante & retro, in nouo ac veteri Testamento in omnes, quotquot in Christum credunt. Ex hisce igitur fundamentis, quae in medium attulimus, fumosa istius praestigiatoris conclusio, in teneras auras euanescit ac perit.

FIDEM ET OPERA
iustificare.

Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem.

Ergo non SOLA fide, sed fide & operibus iustificamur Schuuenck de abusu Euang.

Respondetur. Neganda est consequentia, quia hoc in Antecedente non continetur, quod in consequente attextitur. Nequaquam enim tam obliuiosus est acer & excitatus ille Apostolus, ut in eadem Epistola, sollicitudine ac solerter scripta, retraheret, quod antea statuit, multisque validissimis Argumentis stabiliiuit. Diserte autem pronunciat Apostolus: Eiautem qui Non operatur (Nota bene: Non operatur)

fatur) credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Et Galat. 2. *Non iustificatur homo ex operibus Legis, sed per fidem Iesu Christi.* Quod igitur ad allegatum dictum, Paulus ibi totum Christianismum complectitur, qui ista continet, ut fide statuamus nos frui imputata iustitia, per Christum. Deinde ut fides proferat bona opera, tanquam generosa arbor praecarios fructus. Debere autem bona opera sequi reconciliationem cum Deo, & acceptam iustitiam fide, omnino res certa est in Ecclesia Dei. Na immota vox est: *Debitor es sumus non carni, ne secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.* Roman. 8. Ac infallibile argumentum est, ibi vel non fuisse, vel non esse fidem, ubi fructus fidei non tequantur. Sed hoc loco semper adici oportet. Nostra opera etiam in renatis, non esse integram legis diuinae impletionem. Deinde non esse nostra opera merita salutis. Nam id derogaret merito Christi, & conscientis, luctantibus cum peccatis & desperatione, adimeret firmam ac solidam consolationem.

Quod autem Schuuenckfeld. criminatur: Homines fieri negligentiores in praestandis bonis operibus, quia subinde inculcetur: *Sola nos fide, gratis, absque nostris operibus, coram Deo iustificari, id non sit culpa doctrinae, sed peruerforum hominum.* Nam utraq; doctrina in nostris Ecclesiis extat, sonat ac strenue

nuèrgetur: Primò, solo nos merito Christi, quod fide amplectimur, coram Deo iustos reputari. Secundò, Necessaria esse bona opera, ac fidem sequi debere, ac habere sua præmia in hac & altera vita, imò arborem non fructificantem, iure in ignem abiici, vt Christus docet.

DILECTIONE NOS iustificari.

1. Deus nos iustificat.

Dilectio est ipsemet Deus.

Ergo dilectione sumus iusti. Schuuenck de abusu Euang.

Responderur. Est fallacia in æquiocatione vocis Dilectionis. Nam si pro ipsa Dei substantia, seu pro ipso Deo vsurpetur, tum sanè causa efficiens est nostræ coram Deo iustitiæ & salutis. Et hoc sensu Argumentum subsistret. Sin verò de lege Dei vsurpetur, cuius summa & forma est dilectio Dei & hominum, tum alia res est. Verùm autem est, impletionem Legis omnimodam iustificare homines, *Roman. 2.* Sed nemo hominum iam post lapsum & deprauationem, perfecte legem implere potest, & manemus omnes sub hac pronuntiatione Apostoli, *OMNES peccauerunt, & egent gloria Dei, Rom. 3.* Ergo nemo suis operibus coram Deo iustificatur, id quod Paulus aperte asserit, & *Roman. 8.* istam

istam causam expressè ponit. *Impossibile, inquit, erat Legi, eo quod infirmabatur per carnem.* Ex gratia autem & dilectione immensa, Pater cœlestis misit Filium suum vnigenitum in hunc mundum, qui nostra vice legem absolutissime impleuit. *Matth. 5.* Huius igitur beneficio & nos fruimur imputata illa Legis iustitia, per Christum parta, fide in ipsum. Sic *Roman. 10.* scriptum est: *Impletio legis (seu perfectio) Christus est, ad iustificationem omni credenti. ræciunt plana & sana.*

DE FIDE.

FIDEM NON ESSE EX SCRIPTURA, aut prædicato verbo.

1. *Vera Christiana fides, est fides iustificationis diuina iustitia, purificans corda & cum Deo viuens.*

Sed diuina iustitia, nostra salus & vita æterna, non sunt ex scriptura, aut vlla aliare externa.

Ergo fides iustificans non est ex scriptura, neque ex prædicatione, sed ex æterno verbo, quod est filius Dei. Schuuenck epist. 65.

Respond. ad Minorem. Ergo Schuuenckfeld. impudētissima audacia vas Dei electura in faciem cedit ac mendacii arguit, qui inquit: *Quomodo credent ei, de quo non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante?* *Rom. 10.*

Roman. 10. Deinde verò hic impostor ludit perperud in diuisione Dei & Medii, ab ipso ordinati. Est sanè ipse Deus causa efficiens, hoc est, largitor veræ & saluificantis fidei, sed vult eum operari atque accendere in cordibus hominũ per prædicatum aut lectum verbum, id quod manifestissima scripturæ sacræ testimonia docent. Tantum igitur pictam litteram aut nudum verborum sonum, atque Deo, qui istud medium ad hasce suas actiones certo atque expresso verbo ordinauit, seque per illud efficacem fore promisit, aspicit atque exagitat iste Fanaticus. Est igitur fallacia diuisionis, quæ præstigiatoribus est familiaris & accommodata ad iudificandos homines. Arbit igitur in euanium fundum, impostoris tumida illatio.

II. *Malè vertit ait Schuuenek, in Germanico: So kompt der Glaub auß der Predigt. Rom. 10. quia ibi non ponatur vox prædicationis, sed auditus. scilicet: Fides ex auditu est. Simili ratione ait non rectè verti, Galat. 3. An ex auditu fidei, durch die Predigt vom Glauben. Item, Esai. 53. Quis credidit auditui nostro? Wer glaubt vnser Predigt? Hinc autem vult inferre Schuuenek Fidem non esse ex prædicatione verbi. Sed rationes istius criminacionis paululum expendatur, qua ibi accumulatur.*

1. *Quia inquit: Non idem est auditus & prædicatio.*

Resp. Annò eruditus in linguis & egregius refor-

reformator translationum, est iste nouus Doctor? Sed Phrasis hebraica nota est mediocriter in sacris literis versatis. Nam schamaa non tantum auditum, sed etiam rumorẽ, famam, nuncium significat. Inde auditus pro prædicatione rectè vsurpatur, vt Esa. 53. *Quis credidit auditui nostro?* id est, rumori & famæ, quæ sparsimus. Quid autem hoc aliud est, quam prædicatio Prophetæ? Sic Chaldaeus vertit. *Quis credit nuncio nostro?* An verò nuncium istud non est prædicatio? Alius quidem doctus vertit: *Quis credit orationi nostræ?* neque id in scitè. Quare non est culpandus Lutherus, qui ibi reddidit: *Wer glaubt vnser Predigt?* Ac sanè Paulus hanc ipsam interpretationem satis clarè demonstrat, Rom. 10. vbi agit aliquot dictis de prædicatione verbi, & infert: Non omnes obedire Euangelio, nimirum isti prædicato, vt prædictum sit ab Esaiâ: *Quis credidit auditui nostro?* Psal. 112. *Propter auditum malum. non timebit,* rectè vertitur: *Anuncio malo, vel rumore & sermone malo non timebit,* quamuis etiam de ipsa plaga accipiatur, Marc. 1. *Et emanauit, anòn autẽ, auditus eius,* de prædicatione Christi, quod scilicet rumor, fama, nuncium de Christo percrebuerit ibi longè lateque. Sic quoque ista vox vsurpatur, *Matth. 24. Marc. 13. Et Ierem. 52. Abac. 3.* & pluribus locis.

Quod autem ad Pauli locum attinet, expressè auditus & prædicatio verbi coniunguntur:

guntur: *Quomodo*, inquit, *audient sine prædicante?* Et subiiciunturaliquot dicta de prædicatione verbi: *Quomodo prædicabunt, nisi imitantur?* Sicut scriptum est: *Quàm speciosi pedes Euangelisantium pacem, Euangelisantium bona, sed non omnes obediunt Euangelio.* Esaias autem dicit: *DOMINE, quis credidit auri nostri?* Hisce per conclusionem subiicitur: *Ergo fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Hincigitur satis est perspicuum, re & ac verè ibi accipi auditum, pro prædicatione verbi: Ista enim est intentio Pauli, liquide videlicet ostendere, fidem esse ex prædicato Dei verbo. Sic Chrysostomus reddit: *Domine quis credit sermonibus nostris?* Erasmus ait: *Auditum hic pro verbis positum.* Eadem & ad reliqua loca sunt referenda. Est enim similis ratio.

2. *Quia Spiritum sanctum è suo proprio officio elidit, sine quo externa prædicatio nihil operatur.*

Responderur. Est manifesta calumnia & cõfusio causarum. Imò Spiritus sancti officina est Ministerium verbi, & is arguit mundum, teste Christo, *Iohan. 16.* Sed quomodo? Num immediatè? Num absque Ministerio aut prædicatione verbi? In Actis quidem legitur, Spiritum sanctum ad Apostolos locutum, verum in communi operatione in Ecclesia Christi, sic est ordinatum, quod Spiritus sanctus per prædicationem verbi, & sacramenta homines docet, conuertit, sanctificat & saluat. Sic Christus inquit: *Nisi quis renatus*

natus fuerit ex aqua & spiritu. *Iohan. 3.* Item, *Spiritus Patris vestri loquitur in vobis.* *Matth. 10.* Item, *Spiritu sancto impulsus, LOCUTI sunt sancti Dei homines.* 2. *Pet. 1.*

3. *Quia necesse est Spiritum sanctum PRIUS adesse, mollentem nostra corda lapidea.* Ergo non per Ministerium aut medium verbi in ea venit.

Responderur. Duplici ratione consideratur Spiritus sanctus in hisce operationibus. Primum quidem vt causa efficiens, quæ per verbum & Sacramenta operatur. Deinde verò vt donum, quod per verbum & Sacramenta datur, vt in cordib. habitet, eaq; sanctificet.

Sic Christus inquit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.* Item, *Baptisate eos in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti.* Ista de Spiritu sancto, tanquam de causa efficiente dicuntur. At quando Paulus inquit: *Spiritum accepistis ex auditu fidei,* Hoc est, ex Euangelio, de dono loquitur, quod per prædicatum Euangelium contigit. *Galat. 3.*

4. *Quia fidem iustificantem necesse est, iuxta PRIMVM suum GRADVM (Nota ante) adesse, neque est ex auditu verbi externo, quia absque fide Spiritus sanctus non est in corde, & impossibile est absque fide Deo placere.* *Hebra. 11. Roman. 14.*

Responderur. Fantasma est, pugnant cum expresso Pauli dicto: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* *Roman. 10.* Et fides:

Primùm est noticia articulorum fidei, & in primis Articuli de remissione peccatorum per Christum. Sed ista noticia iuxta ordinem à Deo institutum nemini cõtingit absq; prædicato aut lecto Dei verbo. Deinde verò fides est applicatio promissionum Euangelii ad se, & fiducia acquiescens in Christo propiciatore, iuxta illas promissiones gratiæ. Ista autem fiducia in Christum, & promissiones gratiæ, ante prædicatum, lectũ aut cognitum Euangelium de Christo, in nobis existere non potest, id quod Paulus exemplo Abrahamæ testatum facit, *Roman. 4.* Præterea fides ea quoque apprehendit, firmaque esse statuit, quæ, licet, non appareant oculis, tamen perspicuis Dei promissionibus constant & exponuntur, certoque expectantur. Hac igitur etiam in parte, necesse est promissiones Euangelii, quibus fides innititur antecedere. Nullus itaq; fidei GRADVS est in pectoribus hominum, ante prædicatum aut cognitũ Dei verbum, vt perspicuè *Rom. 10.* docetur. Proinde non simplex error, sed terra in Deum blasphemia est, eblatterare, fidem non esse ex prædicato verbo, sed primis suis gradibus (quos tamen impostor non explicat) verbi prædicationem ante curere.

Dicta verò, quæ allegantur, discordant à proposito & doctrina Schuuenckfeldii. Loquuntur enim de renatis, ac de fide, eiusque effectu, & nihil quicquam continent de origine

rigine fidei, vnde sit fides? Sed hoc tantum dicunt, fidem regere omnis generis bona opera. Item, fide placere Deo cultus, verbo Dei præceptos.

5. *Quia Deus operatur fidem, ANTE omnem externam prædicationem.*

Responderetur. Et ista est blasphemia, qua Schuuenckfeldius, nouus Doctor, præfractè & contumeliosè S. Paulo contradicit, qui sic pronunciat: *Fides ex auditu, Auditus autem per verbum Dei.*

6. *Lydiam in Actis cap. 16. ait sine medio & instrumento cõuersam quia ibi scriptum sit: DOMINVM aperuisse ipsius cor.*

Respondetur, est manifesta calumnia. Nam textus clarè testatur, eam in prædicatione seu concione Pauli fuisse. In ea autem concione, seu auditu verbi, Deum ei aperuisse cor, vt attenderit, atq; amplexa sit Euangelium Christi. Iunguntur itaque hic ista duo: Verbum prædicatum, & Deus aperiens cor.

7. *Cum Baptista, Ioseph, Maria sine prædicatione egit.*

Responderetur, Et hoc non est verum, quia scriptura perspicuè testatur, quòd Deus vel ipsemet immediatè, vt cum Iohannis, vel mediatè per Angelos sit locutus, vt cū Ioseph & Maria. Hæc igitur denunciatio, est prædicatio voluntatis diuinæ.

8. *MEDIVM est res sine qua opifex non potest*

test suum opus perficere. At Deus absq; medijs potest sua opera perficere.

Respondetur. Definitio non est vniuersalis, sed tantum particularis: Nam interdum per Media quis aliquid efficit, quod per se, absque eo Medio perficere posset. Sic Deus posset absque Medio perficere omnia. Sed sic Deo placuit, inquit Apostolus, per prædicationem saluos facere credentes. i. Corinth. i.

9. *Fides ex auditu est, scilicet interiori.*

Resp. Imò Paulus ibi de exteriori & interiori auditu agit, quia copiosè mentionem facit prædicationis verbi. Protestatur autem Schuuenckfeldius, more serpentum, sese in gyros varios curuantium non se fastidire aut extenuare prædicationem verbi externã, verum se ei tribuere, quod ipsi competat, nempe quòd testetur de Christo & operibus diuinis, erudiat externum hominem. Sed ad cor vsq; non pertingat, neq; illud sanctificet, quia hoc sit ipseus Dei officium: Hoc autem pacto nihilominus Medium à Deo ordinatum exhibita contemptum reddit, cõtra perspicua verbi Dei testimonia, & allucubi dicit, non tamen esse de necessitate, ingredi publicas conciones. Has rationes visum est ita breuiter notare, sæpius occurrunt. Iam Argum. plura adscribamus, non multum tamen discrepantia.

III. *Nemo potest credere verbo prædicato, nisi qui intus prius habeat fidem.*

Ergo fides sine medio, ante prædicatũ verbum, & sine

& sine eo est in corde, per solius Dei operationem iuxta illud: Spiritu accepistis, Galat. 2. Item, Deus operatur in nobis velle, & perficere. Philip. 2. Ibidem.

Resp. Est manifestus Enthusiasmus, verbo Dei cõtrarius. Nam Paulus ait expressè: *Quomodo credent, sine prædicante. Item, Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, Rom. 10.* Quia propter vtrunque verum & immotum est: & neminem absq; lecto & prædicato Dei verbo, idque per Spiritum sanctum, per verbum operantem, posse fidem in corde percipere: & fide oportere verbum prædicatum accipi: Verum inde non sequitur illud deliriũ: oportere prius fidem in corde, absque medio prædicationis, per solum Deum accendi, ac deinde prædicationem verbi audiri. Quòd verò Apostolus inquit: *Spiritu accepistis*, de causa efficiente dicitur, neque excluditur medium, per quod Spiritus sanctus operatur, venit in corda, ibi habitat & renouationem inchoat. Nam Apostolus ibi manifestè de ministerio prædicationis, Legis & Euangelii differit, atq; eos cõmonefacit, quod per prædicationem Euangelii, quam appellat auditum fidei, acceperint Spiritum sanctũ, & non ex operibus Legis, seu ex Lege. Nequaquam autem ibi docet Paulus, oportere Deum solum, absq; medio, prius in corde fidem operari, ac deinde prædicari Euangelium, cui fides illa, ante prædicationem data, assentiatur.

Sic Deus est qui operatur, &c. itidē de causā efficiente dicitur, ac manifestum est, quod ibi quoque suæ Euangelicæ prædicationis, tanquam medii, per quod Deus operatur, mentionem faciat. Quare portentosē ista Pauli dicta, ad portentolum Schuuenckfeldii dogma contorquentur, & fanaticum spiritum abundē arguunt.

IIII. Quicquid est ante prædicatum aut scriptum verbum, id non venit ex prædicato aut scripto verbo.

Sed fides fuit, ante prædicatum & scriptum verbum, id quod exemplum Abrahamæ testatur, qui credidit, antequam verbum esset scriptum, Roman. 4.

Ergo fides non est ex prædicato aut scripto verbo. Schuuenck. de verbo.

Resp. Minor est merum figmentum vertiginosi Pseudoprophetæ. Nam fides (qua peccator coram Deo iustificatur) est fiducia in promissam misericordiā propter Christum. Hæc autem fides, nisi reuelato sed prædicato Euangelio, existere nequit. Eam igitur fidem saluificam vnde habet Abraham, pater omnium credentium? nisi ex reuelatione Euangelii, & prædicatione ipsius Dei: *In semine tua benedicentur omnes gentes?* Genes. 12. 22.

Quod verò hic noster Pseudopropheta inquit: *Nondum fuisse scripturam, refuratur à Iosepho, qui narrat, Adamum duas erexisse columnas: quibus inscripta fuerit promissio de semine,* com-

no, contrituro caput serpentis, easq; etiam post diluuium māsisse. Nec verisimile est, ante Abrahamum, homines literas & scripturas penitus ignorasse, licet libri à Mose non annotentur. Ac notum est, in Epistola Iacobii libri Enoch mentionem fieri. Eulctum itaque est aduersus fanaticum, ante prædicatum Euangelium, fidem in Christum non extitisse. Huc etiam pertinet Apostoli testimonium, *Quomodo credent sine prædicante?* Rom. 10.

V. Absq; fide, nemo cum fructu potest audire prædicationem, Rom. 14.

Ergo fides NON venit ex prædicatione. Schuuenck. de verbo.

Respondetur. Cape tibi hoc S. Paule, à tali superbo Fanatico. Tu dicis: *Quomodo credent sine prædicante, item, Fides ex auditu.* Rom. 10. At Schuuenckfeld. in faciem tibi obstitens, contra inquit: *Fides non venit ex prædicatione.* Vtri nunc tribuemus potiorē fidem? Schuuenckfeld. iactitat, se ex Deo habere suam doctrinam. Vnde verò tu tuam habes? O detestandam Fanatici impudentiam. An tota Christi Ecclesia, ista non cernet, etiam si fascinati ab isto præstigiatore non cernunt? Hic impostor, vt dixi, contra expressa & clara Pauli Apostoli verba infert: *Fidem ex prædicatione NON venire.* Non pugnant autem inter se: fidem ex prædicatione Euangelii, Deo operante per hoc suum ordinatum atq; constitutum medium, venire, iuxta dictum, *Fides*

ex auditu, Rom. 10. Et, fide apprehendi istam Euangelii vocem, Rom. 1. Quia per prædicationem Euangelii Deus largitur & accendit hanc ipsam fidem, quæ ei verbo prædicato assentitur, id ad se applicat, & statuit se iuxta illud verbum habere Deum reconciliatum, iustitiam, vitam, salutem æternam.

DE FIDE ESSENTIALI, EX essentia Dei, item esse ipsum- met Christum.

I. *Solus Christus est vita.*

Fides præbet vitam, Luc. 17. *Fides tuate saluum fecit*. Rom. 1. *Iustus fide vivit*.

Ergo fidem necesse est IPSUMMET Christum esse. Schuuenck *in instit. de verbo*.

Respondetur. Maior loquitur de causa efficiente. Solus enim Christus sua passione & obedientia tota, nobis mortalibus acquirit vitam, & is eam largitur quoque, cum Patre & Spiritu S. Non autem excludit causam instrumentalem & medium, iuxta suam ipsius ordinationem.

Minor autem loquitur de instrumento in nobis, apprehendente vitam Christo partam. Media verò sunt, vox Euangelii de Christi merito, & Sacramenta gratiæ. Nam Christus ipse clara voce fidem pro organo instituit, quo vult nos misericordiam Patris erga nos immensam, & suum meritum amplecti, ut inquit:

quit: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum, unigenitum daret, ut omnis qui CREDIT in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Iohan. 3. Deinde vult ista sua beneficia per suam incarnationem & passionem acquisita, per verbum suum lectum, meditatum & prædicatum, & sua sacramenta distribuere, applicare, largiri, ideo inquit: *Itē docete omnes gentes, & baptisate eas*. Item, *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit*. Et Paulus ex ore Christi ista profert: *Euāgelium Christi*. (quod scilicet ipse proponebat, & alii Ecclesiæ Doctores tradunt) *esse potentiam Dei ad salutem omni credenti*, Roam. 1. Quatuor igitur termini occurrunt in hac Argumentatione, falsitatemque eius detegunt.

Postremò conclusio est monstruosa que infert: *Necesse est, fidem esse ipsummet Christum*. Vnde enim illa necessitas ingruit? Imò præmissæ propositiones quatuor terminos constituunt. Itaque necesse est Schuuenckfeldium & omnes eius affectas tali modo ratiocinantes, esse meros fanaticos omni mente & pietate destitutos.

I I. *Hebra. 11. Fides definitur esse substantia*.

Ergo fides est essentia Dei. Schuuenck *de abusu Euang.*

Respondetur. Mira est impudentia in impostoribus, deprauandi optimos scripturæ locos, & inde gignendi sua paradoxa. Schuuenck-

Schuenckfeld. in suo capite hoc dogma concepit atque genuit: Verbum Dei (doctrinam scilicet ipsam) esse ipsam Dei essentiam. Ideo nihil nisi meras essentias crepat, vsque adeo etiam, vt fidem qua saluamur, nugetur esse ipsam Dei essentiam. Ad hoc somnium igitur stabiliendum, præterdit voculam, in epistola ad Hebræos vsurpatam. Sed autor istius epistolæ ibi non asserit: Fidem, qua nos corâ Deo iustificamur, esse ipsammet Dei essentiã. Rationes sunt: Quia ibi non auditur vox Dei, non inquam dicitur: Fides est substantia Dei. Loquitur enim de fide, qua Sancti opera Dei intellexerunt, cultus Deo & egregia facta præstiterunt. 2. Quia in secundo membro ponitur *ἡ ἀγάπη*, hoc est, certa demonstratio, seu persuasio ex euidentiſſimis probationibus. 3. Quia fides alias *πίστις* *πληροφορία* *πίσθησις*, spes, appellatur. Sed ista non significant quiddam substantiale, multoque minus substantiam Dei. 4. Constat substantiam interdum accipi pro viribus, aut rei proprietate, in qua vires, seu id quod præcipuum est, consistit. Sic substantia causæ vsurpatur pro eo, quod est præcipuum & firmum in causâ. Substantia coniugii est ipse firmissimus nexus maris & foeminæ, Substantia herbæ est, ipsius vis & virtus. Hic autem substantia pro certa ac firma fiducia sumitur, quæ nititur luculentis promissionibus in verbo Dei de æterna salute, & opponitur imaginationi nudæ, aut vmbra,

euani-

euaniidæ atque instabili, quæ non consistit aurdurat. At rectè & verè Lutherus vertit: *Eine gewisse Zuversicht*. Errat itaque iste Fanaticus, ex incitâ linguæ, & fallaciam equiuocationis profert.

III. *Sola Dei essentia iustificat.*

Fides iustificat.

Ergo fides est essentia Dei. Idem Germa. Theol.

Respondetur. Sola Dei essentia iustificat, vt causa efficiens. Fides iustificat, vt organon apprehendens. Est enim fides, fiducia acquiescens, in promissa misericordia propter Christum. Sunt igitur quatuor termini. Est itaque conclusio fanatica.

IIII. *Deus nihil dat ad salutem, quod non proprie suum est, & sua natura & ESSENTIA.*

Sed Deus dat fidem, iustitiam, sanctitatem sapientiam per Christum in Spiritu sancto.

Ergo ista, non sunt quiddam peregrinum aut separata a Deo. Sed ista supernaturalia dona Spiritus sancti, qui Deus est, sunt hoc ipsum in ætæ ESSENTIAM pro parte, quod Spiritus S, & Deus ipse est in toto. Schuenck. de verbo.

Respondetur. Maior non tantum paradoxon deliri Schuenckfeldii est, sed etiam manifestus error est, Nam Deus dat verbum Evangelizantibus, hoc est, dat salutare Doctores Ecclesiæ suæ, & doctrinam suam conferuat, eamque in corda hominum plantat, mediis ab ipso met eam ad rem ordinatis ac destinatis,

natis. At Doctores non sunt ipsa Dei essentia. Item, Doctrina quæ traditur, non est ipsa Dei essentia. Obedientia Christi, qua passus est pro peccatis mundi, non est ipsamet essentia Dei. Fiducia acquiescens in misericordia Dei propter meritum Christi, non est ipsamet Dei essentia, &c. Sic de aliis multis donis, atq; beneficiis Dei se res habet.

Sed quia Maior est *κειρόμενον*, idè operæ præcium est audire atque obseruare, quomodo moliatur eam probare? Sic autem inquit:

Paulus ait: Deus Pater credentibus omnia largitur, imò & seipsum ac filium eis donat.

Resp. Quod hoc ad delirium Schuuenckfeldii, quo assertit: Omnia dona Dei ad salutem, esse Naturam & Essentiam Dei? Hoc enim Paulus in citata sententia non dicit. Allegatur igitur dictum inconueniens. Verum sane est, Deum esse largitorem omnium bonorum, quæ habemus, etiam Christi ad nos missi, & quod ipse habitat in cordibus nostris. Item, verum est, Deum esse diuinam essentiam, & Christum esse Deum, Sed hoc non est verum: Omnia Dei dona, ad salutem spectantia, esse ipsam Dei Naturam & Essentiam. Prædicatio enim doctrinæ Christi, per quam Deus nos saluat. *1. Corinth. I.* non est ipsa Dei Natura & Essentia, sed est sententia, de ipsius beneuola erga homines voluntate per & propter Christum. Sicut aqua Baptismi alligata verbo Christi, non est ipsamet Natura & Essen-

& Essentia Dei. Deus autem per eam, virtute verbi sui operatur regenerationem hominum.

Porro ad roborandam suam Maiorem, etiam ista producit testimonia.

Num. 18. Ego sum portio tua & hereditas inter filios Israël. Item Deut. 18. DOMINVS est hereditas tua, ut promisit. Item, Eccle. 45. DOMINVS ipse est Aaronis & seminis ipsius portio & hereditas. Ezech. 44. Ego sum hereditas & possessio ipsorum.

Respondetur. Et quomodo ista probant atque euincunt hoc dogma Schuuenckfeldii, quod ita sonat: Omnia Dei dona, ad salutem spectantia, sunt ipsa Natura & Essentia Dei?

Vident igitur omnes sani, quod iste Pseudopropheta nihil ad rem adferat. Deinde Deus promittit se fore Aaronis & Leuitarum hereditatem. Deus autem Essentia est. Et sane quod Deus vellet ipsis adesse & in ipsis habitare, res ardua & magna est. Sed præterea eis ciuitates ac certos redditus destinabat Deus, quæ quidem non fuerunt Natura & Essentia Dei, sed corporalia & temporalia quædam bona, ad vitæ mundanæ sustentationem necessaria & commoda.

Porro hanc adfert probationem: Quia *1. Corinth. I.* scriptum est: *Christum factum nobis esse à Deo sapientiam, iustitiam, sanctificationem & redemptionem.*

Ergo

Ergo dona salutis nostra, sunt ipsa Natura & Essentia Dei.

Sed est ignorantio Elenchi. Nam Paulus nihil aliud vult, quàm Christum nobis reuelare sententiam, voluntatem, doctrinam cœlestem, sed ea non est ipsa Dei essentia. Item, nobis peccatoribus acquirere iustitiam, quæ est impletio Legis, facta nostra vice in hoc mundo, vt Christus docet, *Matth. 5.* Et Paulus *Rom. 10.* At ea Legis impletio, quæ tempore præfinito, passione & obedientia Christi perfecta est, non est ipsa Dei essentia. Item, nobis sanctificationem largiri, quæ est inchoatio sanctitatis & nouæ obedientiæ in nobis, quæ non est ipsa Dei essentia. Item, redemptionem adferre ex morte, tyrannide Diaboli & mortis, ac transferre in vitam cœlestem. Hæc nostri redemptio, & restauratio naturæ integræ, nõ est ipsamet Dei essentia. Ergo nihil prorsus hoc dictum ad delirium Schuuenckfeldil cõfirmandum pertinet. Nihil autem amplius probationum hoc loco adfert præstigiator, & sic quasi abstergo ore, quod dicitur, discedit, existimans, se bellè perfunctum esse suo officio, nihil scilicet probando, tantum citatis quibusdam dictis, ad ipsius institutum & dogma, nihil quicquam facientibus.

•••••

ANTE

ANTE CHRISTVM REMISSIONEM peccatorum, iustitiam, ingressum hominum in cœlum non fuisse, &c.

1. Sine merito passionis, & antequam ea sit perfecta, nemo potest ingredi cœlum.

Sed in veteri Testamento nondum erat Christus exhibitus & passus.

Ergo in veteri Testamento PRORSVS (furtim) nullus homo ingressus est cœlum, licet Patriarcha & Propheta expectarint Christum, & fide promissionis, in sinu Abraha sint conseruati. Schuuenck, 4. epist.

Responderetur ad Maiorem. Verissimum quidem atque immotum est, absque merito Christi nullum hominẽ cœlum ingredi posse. Christus enim solus est constitutũ ostium, per quod in vitam æternam intrandum est, nec est in alio quoquam salus, *Iohan. 10. Abt. 4.* Sed alterum in Maiori membrum falsum est, totam istam propositionem vitians, nempe: Antequam ea sit perfecta. Nam meritũ Christi mediatoris & propiciatoris, sese extendit in omnia huius mundi secula, vt *Apocalyp. 13.* scriptum est: *Qui occisus est ab origine mundi,* hoc est, istius victimæ oblatio tanta est, vt in omnes huius mundi ætates, ipsius meritum sese diffundat. Et ratio est euentissima, quia hic *Agnus Dei* tollit peccata totius mundi, vt clamat Baptista voce sonora & diserta. Cũ igitur

Mm

tur

tur non tantum expiare Christus peccata hominum sua illa ætate viventium, sed omnium absque vlla exceptione hominum, qui vel ante se vixissent, vel secum viuerent in his terris, vel post eum victuri essent: Ideò etiam illi in veteri Testamento, Christi merito, per fidem in promissam Saluatorem, cõsecuti sunt propiciam Deum, remissionem peccatorum, iustitiam & vitam æternam. Equidem Christus ait, *Abraham vidisse diem suum, & latatum esse.* Ergo fide Christum, statuto tẽpore pro peccatis mundi passarum, amplectus est Abraham, consecutus est iustitiam, & vitam æternam, *Iohan. 8.*

Deinde refutatur illatio tam propudiosa, manifestis & celeberrimis exemplis veteris Testamenti, quia Enoch, Moses & Elias, cœlum ingressi sunt, in testimoniũ manifestum, quod fide in Christum, homines etiam ante exhibitum Messiam, potiti sint salute, cœlo & vita æterna.

Quod autem ad sinum Abrahamæ attinet, sinus ille Abrahamæ, est ipsa vita cœlestis, contingens omnibus, vera, in promissionem Abrahamæ de semine benedicturo omnes gentes, si defixis. Et Baptistæ simpliciter ait: *Qui credit in Filium, habet vitam æternã,* *Iohan. 3.* At Patres & alii pii in veteri Testamento crediderunt in Christum. Ergo & illi propter Christi meritum, potiti sunt vita æterna.

Si quis autem obicit: Sed illi non sunt omnes

omnes glorificati? Respondendum est: Et quis scit quinam sanctorum sint in cœlis prorsus glorificati, nisi quorum in sacris literis fit mentio, vt Enochi, Moysi, Eliæ, Christo morientis in cruce multi sancti resuscitati, ex monumentis suis prodire, sed non exprimit sacra scriptura ipsorum nomina. Deinde etiam nunc post Christi passionem, non scimus, quinam credentes, mox sint in cœlum recepti, ac glorificati cum corporibus & animabus suis, ante nouissimum diem, qua quidem in re Deus habet suum liberrimum arbitrium. Omnes autem credentes in Christum, siue in veteri, siue in nouo Testamento vixerint, in vltima huius mundi hõra resuscitati, in cœlum cum Christo tradentur, animabus & corporibus prorsus à labe peccatorum perpuratis & glorificatis. Falsa igitur est pronũciatio, prorsus (*hurgumb*) ante Christum, nullum hominem intrasse cœlum, aut salutem occupasse.

Quod ad testimonia attinet, quæ profert Schuënckfeldius ad errorem suum facandum, quilibet pius lector videt, non in eis asseuerari, credentes ante Christũ, non potitos salute & vita cœlesti. Producit autem ista.

Iohan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum offert. Item, Rom. 5. Sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obedientiã, iusti constituuntur multi. Item,

Hebr. 10. *Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam.* Item, *Oportuit eum prius humiliari, quam Nomen supra omne Noxen consequeretur.* Philip. 2.

Ergo infert Schuuenckfeld. oportuit Christum PAVS pati, quam homines per ipsum salutem & vitam cœlestem acciperent.

Sed hoc non continetur in dictis allegatis, quæ de merito Christi loquuntur. Imò hoc meritum Christi, quod statuto tempore fieri debuit, tam est ingens, amplum, fructuosum, vt in omnia tempora sese porrigat, id quod antea probatum est, & prorsus impia est doctrina, Pios in veteri Testamento mansisse sub peccato & damnatione, ante Christi passionem, Nam Paulus disertè docet, *Abraham credidisse Deo, & id ipsi imputatum esse ad iustitiam*, Roman. 4. Genes. 15. *At iustitia coram Deo, est salus nostra.* Sic David inquit, *eos esse beatos, quibus remissa sint iniquitates*, Psal. 32. Hæc autè Bratitudo, iustitia est apud Deum, teste Paulo, *Rom. 4.* Quare non dubium est, quin credentes in veteri testamento, potiti sint remissione peccatorum, salute & vita æterna propter Christum.

Eodem insuper modo, iuxta caput istius Fanatici, aliquis posset argumentari.

Nemo potest Spiritum sanctum accipere, antequam ille acquisitus est.

Sed in veteri Testamento nondum fuit acquisitus Spiritus sanctus, quia Christus inquit: Si

non

non abiero, Paracletus non veniet ad vos, Iohannis 16.

Ergo credentes in veteri Testamento, nondum habuerunt Spiritum sanctum.

At eiusmodi ratiocinatore[m] refutat Christus, qui inquit: *David in Spiritu Christum appellasse Dominum*, Matth. 22. Et Petrus inquit: *Non voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed à Spiritu sancto impulsu, locuti sunt sancti Dei homines.* Iam igitur, si credentes in veteri Testamento potiti sunt Spiritu sancto. Ergo etiam antè Christi passionem, fructibus passionis Christi per fidem in ipsum potiti sunt, hoc est, remissione peccatorum, salute & vita æterna.

II. *Antè Pontificis aduentum, qui omnia perficiat, Hebr. 5. nemo potest venire in cœlum.*

Sed in veteri Testamento nondum venit.

Ergo homines in veteri Testamento non potuerunt ad Deum venire, nec cœlum intrare, quia nondum fuerunt consummati. Ibid.

Respondeo. Maior falsissima est, quia ex cerebro præstigiatoris, & non ex verbo Dei nata est. Imò filius Dei ante mundi conditionem Saluator & Pontifex noster constitutus est, quia Paulus disertè testatur, *Nos per Christum electos esse ante huius mundi creationem*, Ephes. 1. Et si igitur incarnatio filii Dei, & ipsius ingressus postea tempore à Deo præfinito subsequutus est, tamen eius dignitas & meritum in omnia tempora sese diffundit, & tam

Sunt saluati per fidem in Christum viuētes in veteri Testamēto ante Christum exhibitum, quā nos in nouo, omnibus à Christo perfectis, quæ sua obedientia & passione in hoc mundo facere debuit.

III. Vbi manent sacrificia, ibi manent peccata & mala conscientia.

Sed in veteri Testamento manebant sacrificia.

Ergo in veteri Testamento manebant peccata, & mala conscientia. ibid.

Respondetur, Ergo scilicet, omnes sunt damnati in veteri Testamento, iuxta istius Fanatici sententiam, quia neq; illa sacrificia, teste Epistola ad Hebr. quenuquam potuerunt reddere perfectum, erant enim typi venturæ victimæ Iesæ Christi, qui vnica oblatione cōsummaturus esset sanctos, *Hebr. 10.* Quis autem hoc concesserit, omnes in veteri Testamento damnatos esse, cū sacra scriptura tēteretur, eos credidisse, habuisse imputatam iustitiam per fidem, beatos fuisse, Spiritum S. in ipsis habitasse? Maior itaq; falsa est. Nam licet sancti in veteri Testamento habuerint typica sacrificia, tamen fide statuerunt, se habere Deum propitium, & verè consecuti sunt vitam coelestem. Imò Paulus Abrahamum, tanquam exemplum iustitiæ fidei, cunctis hominibus proponit, *Rom. 4.*

III. Quicquid partum non est, id distribui nequit.

*Ante Christum non sunt parta ista bona, re-
missio*

missio peccatorum, diuina iustitia, pax conscientia, &c. quæ Christus primum per suam passionem peperit.

Ergo ista in veteri Testamento non sunt potuerunt distribui. Hic iam cumulat consequentias: Contrariam sententiam vergere in contumeliam passionis Christi, blasphemare ipsius sanguine, &c. Ibidem.

Respondetur. Maior vera est de rebus humanis, & non de reuelatis Dei rebus. Nam Deus ex immensa misericordia, ante huius mundi constitutionē, delegit nos in Christo. Deinde promisit Christi missionem & beneficia, hoc est, liberationem ex peccato & morte, & restitutionē iustitiæ & vitæ, idq; tali pacto, vt omnes omnibus ætatib. in hunc Christum credentes, per ipsum consequantur remissionem peccatorum & vitam æternam. Hinc est illud celebre testimonium de Abraham: *Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam, Genes. 15.* Ex David inquit: *Beati omnes qui confidunt in eo. Psal. 2.*

Ad Minorem respondetur. Missio filii Dei in carnem, habet quidem suum præfixum ac constitutum tempus. At meritum eius, iuxta beneplacitum & reuelationem æterni Dei, in omnia tēpora ante & retro se diffundit. Crediderunt in veteri Testamento in Christū redemptorē vnicum, in eundē, & nos credim⁹, & eodē modo saluamur omnes nempe, gratis ex misericordia, p fidem in Christū, *Act 15. c.*

V. Si opera Diaboli in veteri Testamento fuerunt soluta, tum non oportuisset Christum in nouo pati.

Sed Christus passus est in nouo Testamento, & dissoluit opera Diaboli. 1. Iohan. 3.

Ergo Diaboli opera in veteri Testamento, nondum fuerunt soluta. Ibid.

Respondetur, Neganda est Maior, Ratio, est, quia meritum passionis Christi, quam certo tempore à Deo præfinita, debebat peragere, iuxta Dei beneplacitum & reuelationem, in omnia tempora se extendit, ideò in Apocalypsi dicitur: *Agnum* (Christum) *occisum esse ab initio mundi*. Quare & merito futuræ victimæ propiciatoris DOMINI nostri Iesu Christi, & in veteri Testamento, pii per fidem potiti sunt. Nemo, vt opinor, sanus negauerit, iustitiam fide imputatam esse beneficium passionis & obedientiæ Christi, iuxta dictum Pauli; *Vnius obedientia iusti constituuntur multi*, Roman. 5. At eam iustitiam fide sibi imputatam, habuit Abraham Roman. 4. Ergo & in veteri Testamento credentes, meritis Christi per fidem potiti & saluati sunt, & habuerunt credentes operum Diaboli destructionem per & propter venturam victimam Christum.

Quod ad Minorem. Verum est, ista iuxta Dei Altissimi decretum sunt perfecta in ara crucis Pilato Hierosolymis præfide, & Tiberio Romano imperium administrante. Sed
non

non debes transilire illud alterum, quod nimirum istius propiciatorii sacrificii dignitas, amplitudo, meritum sicutantum, vt Deus suo reuelato verbo, id quod attentione & memoria dignissimum est, hæc suam sententiam patefecerit: quod per fidem in huc Christum, omnes omnium seculorum homines velit recipere in gratiam, imputare eis iustitiã Christi, sanguine parandam, & nunc partam, donare ipsis lætitiã & vitam æternam. Nam David inquit; *Beati omnes qui confidunt in eo*, Psalm. 2. Et prædicat eos *beatos, quibus remisse sunt iniquitates*, Psalm. 32. Loquitur autem de Ecclesia sui temporis, & de seipso, credente in Messiam futurã. Et Ioelis 2. dicitur: *Omnis qui inuocauerit nomen DOMINI, saluus erit*. Nemo autẽ Deũ verè inuocare potest, absq; fide in Christum, Quare gratiam Dei, remissionem peccatorum, vitam & salutem habuerunt, credentes in Christum venturum. Et cogita pie lector: Si pii in veteri Testamento non habuerunt remissionem peccatorum, & imputatam propter Christum iustitiam, tum non fuerunt Ecclesia Dei, nec habuerunt Deum fauentem. Nam absque imputata per fidem in Christum iustitia, non est vlla Dei Ecclesia. Et cur Prophetæ hortantur populum ad pœnitentiam, si nulla est remissio peccatorum apud Deum ante exhibitum Messiam? Si beneficium istius Redemptoris, etiam se non extendit ad eos, qui in veteri Testamento vixerunt? Mm 5 17

VI. Quicquid speratur ac desideratur, id non habetur.

Sed Patres & credentes in veteri Testamento sperarunt ac desiderarunt aduentum Christi, ac liberationem a peccato & morte per ipsum.

Ergo ante Christi aduentum, non habuerunt ea bona, nisi in spe. Ibid.

Respondetur. Maior non est vniuersalis. Ratio est, quia Agnus iste occisus est ab initio mundi, Apoc. 13, hoc est, sic Deus suam voluntatem reuelauit & declarauit, quod per & propter hoc propiciatorium Christi sacrificium, omnes omnium ætatum homines velit saluare, vt Dauid inquit: *Beati omnes qui confidunt in eo.* Imò sic etiam saluati sunt, & verè consecuti sunt remissionem peccatorum, iustitiam, & vitam æternā propter Christi propiciationem, omnes in ipsum credentes, cuius quidem rei, luculēta vetus Testamentum exempla nobis proponit. Quod igitur ad Minorem, sanè sperarunt ac desiderarunt summis votis Christi aduentum & sacrificium. Verum in reea fide tamē potiti sunt eius merito & beneficio, & veram lætitiā ac pacem cordis inde perceperūt. Hinc Christus omniscius Deus testatur palam, *Vidisse Abraham diem suum, & lætatum esse.* Iohan. 8. Vidit autem fide, & fides ipsi est imputata ad iusticiā, & *Factus est Pater omnium credentium.*, Roman. 4.

VII. Si Abraham, Isaac, Iacob, Moses, David
ante

ante Christi aduentum fuissent apud Deum, ac cælum intrassent, non oportuisset Christum pro ipsis pati.

At Christum pro ipsis & aliis pati necesse fuit.

Ergo illi sancti non fuerunt apud Deum, neque intrarunt cælum ante Christi aduentum, ibidem.

Respondetur. Maior est falsissima. Nam isti sancti merito sacrificii futuri per Christum, saluati sunt. Ergo omnino necesse fuit iuxta promissiones diuinas, sacrificium illud propiciatorium per Christum perfici. Alias enim ipsis non contigisset reconciliatio cum Deo & vita æterna. Deinde fide habuerunt sibi imputatam iusticiā, vt Moses & Paulus de Abraham testificantur, & Dauid lætatur, ablutione, amotione, & remissione suorum peccatorum, multis in Psalmis. Ista autem habuerunt fide in Christum propiciatorem fixa. Ergo sine omni dubitatione sunt apud Deum, & in ipsius manu. Christus ipse testatur: Abraham, Isaac, Iacob, viuere. Vbi autem viuunt, nisi apud Deum? Præterea an non Moses cum corpore etiam suo est glorificatus, & Enoch, & Elias, & sunt in cælo? An non hoc sacræ literæ asseuerant? Flagitiosa igitur petulantia est istius mali spiritus, quod contra tam perspicua testimonia sacrarum literarum, tamē audeat eblatorare & pronuciare: *Mosen non esse apud Deum, non intrasse cælum ante Christi aduentum.* Sed sic Diabo

Diabolus contra Deum sæuit, & sua organa infatuat atque obcæcat, vt ea ebuccinent, quæ palam sunt falsa. Deprehendis itaq; hic mendacem spiritum, in manifesto mendacio.

VIII. *Quicquid Christus peperit in cruce, id non fuit ante Christi aduentum.*

Sed Christus in cruce peperit remissionem peccatorum, iustitiam coram Deo valentem, ingressum in cælum, donationem Spiritus sancti.

Ergo ista non fuerunt in populo veteris Testamenti, Ibidem.

Respondetur. Maior falsa est, quia promissum Christi meritum, ex misericordissima Dei dispensatione & reuelatione, in omnia mundi secula se extendit. Coram Dei enim oculis, ea quæ certo promittit futura, sunt præsentia. Expresso autem verbo promissit Deus, expiationem peccatorum totius generis humani per incarnationem, passionem & obedientiam filii Dei. Quare etiam ante impletionem, Deus liberaliter ista beneficia distribuit, omnibus in Christum credentibus. Attende autem Christiane lector, quanta sit petulantia & maledicentia, quoddam impostor, simulans grandem pietatem & honorem erga Christum prodigiosum, sanctos viros, qui crediderunt in Christum in veteri Testamento, priuat atque expoliat remissione peccatorum, iustitia Dei, Spiritu sancto & vita eterna. Nam impudentissimè ista verba ebuccinat.

Apud

Apud populum Legis & veteris Testamenti, nulla fuit iustitia, quæ coram Deo valeret. Item Spiritus sanctus, iustitia Dei, remissio peccatorum, ingressus in cælum, nõ fuit apud populum legis. Item, iustitia coram Deo valens, in veteri Testamento fuit ignota, Item, non est tibi prædicata, &c.

Quid verò atrocius, quid contumeliosius, quid portentosius dici potest? Nam sacræ literæ aperrissimè & clarissimè testantur, credentes in veteri Testamento, habuisse iustitiam coram Deo valentem, vt Paulus exemplum Abrahamæ cum testimonio Moysis amplissimo producit: *Credidit Abraham Deo, & hoc imputatum est ei ad iustitiam*, Gen. 15. Rom. 4. Imò, inquit, *eum esse Patrem omnium credentium*. Item subiicit perspicuis verbis: *Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quod reputatum sit illi, sed & propter nos, quibus reputatur credentibus in ipsum*. Hæc non possunt eludi, & manifestè refutant istum præstigiatorum & nugigerulum. Sic David inquit: *Dixi, confitebor transgressiones meas Domino, & tu RE MI S I S T I*. *Impietatem peccati mei*, Psalm. 32. Item, *Remisisti iniquitatem plebis tuæ, Operuisti omnia peccata eorum*, Psalm. 85. Ergo isti credentes in Christum in veteri Testamento, habuerunt remissionem peccatorum & propitium Deum, idque propter Christum promissum. Habuerunt similiter in veteri Testamento credentes in venturum Christum, Spiritum sanctum.

Nam

Nam Dauid orat diserte: *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me*, Psalm. 51. Imò Christus ipse testatur, Dauidem locutum esse per Spiritum S. *Matth. 22.* Item & Petrus asseuerat. Quare Schuuenckfeld, temerè, imò impiè pronunciat, contra tam luculenta sacræ scripturæ testimonia & exempla. Equidem si quis Ecclesiæ veteris Testamenti, titulū nomenq; veræ Dei Ecclesiæ abstulerit, nefariè fecerit, quia tot eum testimonia veteris & noui Testamenti, conuincunt. Sed Ecclesia illa non potuit existere sine fide, sine iustitia, sine remissione peccatorum, sine Spiritu S. sine propicio Deo, deniq; sine lætitia cordis, & vita in Deo. Sceleratè igitur prorsus facit Schuueck. ista spiritualia bona, Ecclesiæ Dei, ppria, populo veteris Testamenti tam improbè derogas.

IX. Fides est ex auditu fidei, Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt. Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo verò predicabunt, nisi mittantur.

Sed ante Christum, nondum erat ullus predicator fidei, & talis iustitia emissus. Postea enim impletur hoc dictum, Psalm. 19. In omnem terram exiuit sonus eorum.

Ergo sequitur irrefragabiliter (inquit iste fanaticus) NVLLA M veram iustitiam, nullam gratiam, nullum Spiritum sanctum, ante meritum passionis Christi, manifestè in Ecclesia lucorura esse potuisse. Hac ille. Ibidem.

Resp. Ad tam effrenem atq; impudentem crimi-

criminationem ac damnationem Ecclesiæ veteris Testamenti, quis non cohorrescat, vel micam saltem pietatis in se habens. Maior autem certa est, iuxta ipsius Dei communem ordinationem, credere posse neminem, nisi audierit atque cognouerit verbum Dei. Non enim sunt probandi Enthusiastici, præter Dei verbum raptus, illuminationes ac reuelationes diuinas somniantes ac quæritantes. Docet enim experientia publica, eiusmodi homines à Diabolo turpissimè consecari, & multis infamibus notis conspurcari.

Sed Minor palam falsa, impia, blasphema est, pugnans cum scriptis totius veteris Testamenti, & cum manifestissima experientia. Nam Deus ipse, viua voce fuit predicator fidei in Christum, & iustitiæ fidei. Nam is in Paradiso primùm reuelauit & prædicauit iustitiam per Christum, imputatiuam, si u remissionem peccatorum per ipsum, & fidem in ipsum, *Genes. 3.* Et postea ad Patriarchas, quoties eam vocem repetiuit: *In semine tuo benedicentur omnes gentes?* Hæc sunt in publicis concionibus, quoties ad sacrificia celebranda, & ad inuocandum nomen DOMINI factos conuentus agitarunt & celebrarunt, & domi in familiis frequentibus, catechisticè fideliter tradita & repetita. Quando Moses literis ac memoriæ tradidit: *Credidit Abraham Deo, & hoc imputandum est ei ad iustitiam, Genes. 15.* an putandum est, doctrinam de fide

de fide ibi ignotam fuisse, aut à posteris non fuisse hoc tam illustre exemplū fidei decantatum? Equidem Dauid communem Ecclesiæ doctrinam cum & ipse Propheeta esset, publicè docuit atq; professus est, id q̄ sanctæ ipsius odæ quoque præclare testificantur. Is igitur prædicat hanc fidem, & hanc fidei iustitiam, quoties de misericordia Dei immensa erga se peccatorem & alios prædicat, & hac fiducia per remissionem peccatorum in Christo promissam, ac palam significat, se inde lætitiæ cordis summam percipere. Sic inquit: *Miserere mei Deus, secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me:* Psal. 51. Psal. 32. gratias quasi publicè agit, sibiq; & aliis gratulatur de accepta remissione peccatorum per Christum: *Tu, inquit, REMISSIST I S T I impietatem peccati mei.* Item, *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* Loquitur autem de præsentī doctrina, eiusq̄ applicatione in se & aliis. Imò hæc ipsa Paulus, grauissimus autor, utporè Apostolus, & vas Dei selectum, in ipsa quasi arce propriaq̄ sede articuli de iustificatione coram Deo citat, ostendens, quænam sit hominis peccatoris omnibus temporibus, coram Deo iustitia.

Esaías autem est copiosus in prædicatione & illu-

& illustratione articuli fidei de remissione peccatorum, & iustitia per Christum, ad salutem non solum venturæ Ecclesiæ Christi, sed suæ quoque præsentis, ut à multis Ecclesiæ doctoribus; pro Euangelicismo prædicatore sit habitus & celebratus, & obseruatum est, quod sexaginta loca ex Esaia in nouo Testamento sint citata. An verò non est prædicatio fidei & iustitiæ coram Deo valentis, quod inquit: *Omnis qui credit in eum, non confundetur*, cap. 28. Item, *si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt*, cap. i. Item, *Notitia serui iusti iustificabit* (& iustificat phrasī Hebrææ) multos, cap. 3. Nam beneficium & meritum Christi pertinet ad omnia secula. Et cur vocat Ieremias, Ezechiel & alii veteris Testamenti Doctores, homines in suis Ecclesiis tanto ardore ad pœnitentiam, & pollicentur eis gratiam Dei, si non docuerunt de iustitia fidei? Nam extra Christum nõ est salus. Hanc ipsam itaque ob causam Propheetæ tanta seueritate arguunt peccata hominum, pœnasque comminantur, & rursus de Messia & misericordiæ Dei receptione tanta fidelitate docent, ut homines credentes promissionibus gratiæ, statuunt se propter Christum venturum, iam tum habere Deum propiciam, & iustitiam ipsius fide sibi imputatam. Sed in re plana & manifesta non opus est plura ex singulis Prophetis ac prædicatione-

Nn ribus

libus veteris Testamenti adscribere testimonia, quæ cuius legenti sacras literas sua sponte occurrunt, ac mendacia mendacis spiritus retundunt. Quod autem subicitur dictum: *In omnem terram exiit sonus eorum*, ante Christi aduentum impletum non esse, non confirmat: Schuuenckfeldii delirium. Et si enim tantum post Christi resurrectionem ex mortuis, ablegati sunt præcones Euangelii in omnes huius mundi plagas, tamen inde non sequitur, in Ecclesia Israëlita & ante eam, apud Patres, non prædicatam esse iustitiam fidei, aut fidem. Probatio igitur pertinet ad aliam propositionem, hoc est, iste impostor ludit fallacia plurium propositionum. Ergo conclusio argumentationis est & manet impia & blasphemata. Nec refert, etiam si nonnulli tempore Patrum & Prophetarum, fuerunt impii, profani, Epicuræi, contemptores prædicati verbi, tamen Ministerium docendi de iustitia fidei, de fide, de remissione peccatorum publicè exercitac sonuit, & quemadmodum Esaias docuit, frustraneum omnino non fuit, sed ut imber destillans ex nubibus, alicubi saltem fructum attulit, cap. 55.

X. Testamentum non potest existere, nisi Testator adsit, suaq; morte id ipsum ratum efficiat.

Sed in veteri Testamento Testator nondum adsit, nec mortuus est. Ergo in veteri Testamento, nondum fuit fidei Testamentum.

Respondetur ad Maiorem. Alia est ratio Testa-

Testamēti alicuius hominis vulgaris, Et Christi propiciatoris generis humani. Nam doctrina de Testamento Christi fuit nota in veteri quoq; Testamento, vt *Jerem. 31*. Et singulari Dei fauore atque ordinatione, vt merito Christi, ita & Testamento Christi, potiti sunt omnes, quotquot in veteri Testamento in Christum crediderunt. Ratio euidens est, sæpius hætenus recantata, quia Christus est *Agnus, tollens peccata totius mundi*. Omnes igitur mortales in Christum sine exhibendum, siue exhibitum credētes, iuxta ipsius Dei verbum, merito ipsius potiuntur, hoc est, remissione peccatorum, iustitia & vita æterna. Hæc res tum ex dictis luculentis scripturæ sacræ, tum ex illustribus exemplis clara & indubitata est. Deinde non prorsus ex veteri Testamento, Testator ille celebris excludendus est. Licet enim filius Dei nondum fuerit incarnatus, tamen semper adsit, suæ Ecclesiæ, eamq; per salutaria sua organa, de beneficiis suis amplissimis erudit, conuertit, regenerauit, sanctificauit, saluauit.

XI. *Quicquid est sub Legge, id est sub incredulitate, peccato, nec habet iustitiam fidei.*

Populus in veteri Testamento erat sub Legge.

Ergo populus in veteri Testamento erat sub peccato, nec habebat iustitiam fidei. *Ibid.*

Respondetur. Est fallacia æquiocationis, ac sunt quatuor termini. Aliter enim phrasisi Sub Legge: In Maiori, & aliter in Minori vsur-

patur. Nihil igitur in suo deliramento obtinet Schuuenckfeld. Paulus autem solus vitur hac Phrasi vt Rom. 6. *Peccatum vobis non dominabitur. Non enim sub Lege estis, sed sub gratia* Et Galat. 3. *Prusquam veniret fides, sub Lege custodiebantur conclusi.* Item cap. 4. *Dicite mihi, qui sub Lege vultis esse, Legem non audistis.* Item cap. 5. *Quod si Spiritu ducimini, non estis sub Lege.* Patet autem mens atque intentio Pauli, quod seu peculiari phrasi: Sub Lege esse: hoc voluerit significare, suis propriis operibus velle iustitiam coram Deo consequi, neglecto Christo & fide in ipsum, eamque ob causam sub accusatione & maledicto Legis manere. Nam certa atque immota est hæc sententia: *Ex operibus Legis non iustificatur omnis caro coram illo. Per Legem enim cognitio peccati* Roman. 3. Galat. 3. Hac igitur Legis sententia omnes damnantur, quotquot eam perfecte sua obedientia non implent. Nemo autem hominum post lapsum Legem Dei, interiorum & exteriorum obedientiam ex omnibus viribus hominis exigentem, perfecte præstare valet. Hac igitur de causa Paulus animose ac verè pronunciat: *Omnes peccauerunt & egent gloria Dei,* Roman. 3. Confert itaque Paulus gratiam, & sub Lege esse, hoc est, maledictionem Legis, omnibus hominibus incumbentem, qui ei absolutissimam implerionem, oculis Dei perspicacissimis satisficientem, non exoluunt. Grattiam vero Paulus in hac

hac Antih. si vocat gratuitum Dei fauorem, ac remissionem peccatorum absque nostris operibus Legis, propter Christi Mediatoris & Saluatoris beneficium, quod fide apprehenditur. Idem ad Galatas docet, atque vrget, nimirum, vbi non est fides in Christum, gratuita Dei misericordia, & merito Christi, absque nostris operibus, nitens, ibi mera lex dominatur, accusans & damnans miseros peccatores. Eodem tendit & ista locutio: eos qui Spiritu ducuntur, non esse sub legis execratione, & obedientiam Legis iam per fidem inchoare.

Minorem porrò intelligit Fanaticus, quod iste populus Legem in primis acceperat, & in ea exercebatur. Ast si eam re re cè inspicias, non extat in sacris literis, tali pacto pronunciat. Etsi enim Legem habebat Ecclesia veteris Testamenti & ea quidem in primis in eo extabat, tamen non solam habuit Legem, sed etiam cõciones Euangelii, hoc est, promissionem & doctrinam de Messia, caput Diaboli contrituro, & benedictionem maledictione ablata, apud Patrem cœlestem allaturo, in quem & credidit, saluteque & iustitia sempiterna per ipsum posita est. Alias verò Paulus & ista phrasi vitur: *In Lege esse,* vt Roman. 3. *Quæcunque Lex loquitur, his qui in Lege sunt loquitur,* id est, qui suis operibus stident iustitiam coram Deo consequi. Verum frustra eos hoc præsumere, clarissimis verbis ibidem

pronunciat, causa insuper addita, *quia per Legem cognitio peccati*, Roman. 3. *Item, quia Lex iram operatur*, Rom. 4.

XII. CHRISTVS *predicat beatos, qui oculis suis cernant, qua multi Propheta & Reges cupierint videre, & non viderunt*, Luca 10.

Ergo ista in veteri Testamento non sunt clare scripta & predicata, licet figuris quibusdam depicta fuerint, Ibid.

Resp. Neganda est consequentia, quia in verbis Christi non habetur, quod iste impostor infert. Nam hoc tantum vult ac profert Christus, discipulos hac in parte esse beatiores illis veteribus, qui oculis suis coram intueantur Christum, audiant ipsius conciones, conspiciant eius miracula, passionem, mortem, resurrectionem, ascensionem in caelos, visibilem Spiritus sancti effusionem, quae omnia tamen fide amplexi sunt illi sancti viri in veteri Testamento, eaque fide coram Deo sunt iustificati & saluati, id quod hactenus solide probatum est. Christus ipse praedicat beatos, qui non vident Christum corporaliter in hoc mundo, & tamen credunt, *Iohan. 20. Abraham etiam vidisse diem suum* (id quod fide est factum, forte & peculiari aliqua visione) & **LÆTITVM** esse, *Iohan. 8.* Idem grauissimus & altissimus praedicator asseuerat. Haec autem lætitia cordis, acquiescentis in Christo, fructus est fidei. Praeterea sine omni dubitatione Patriarchæ & sancti Prophetae, populo in suis concionibus,

cionibus, ypo illos venturi Messiae, dextræ ac perspicuè explicatunt, licet non sint officina literis prodita. Fundaméta enim rerum Deus potissimum annotari, ac posteritati commendari voluit. Est igitur enormis atque effrenis petulantia, quod hic impostor tam licenter effudit, de regno Christi in veteri Testamento, publicè nihil prædicatum esse, summumque in eo fuisse silentiâ de iustitia Christi & fide, & tamen iste perbellus socius gloriatur, se vnice gloriâ Christi extollere præ aliis Christi Ministris, & ab omni contumelia vindicare.

XIII. *Stringit etiam Pauli verba Colof. 1. Mysteriorum, quod absconditum fuit à seculis & aetatibus. Nunc autem manifestatum est Sanctus eius.*

Resp. Paulus hoc vult: Euangelium naturâ ignotum esse rationi humanæ. Singulari autem Dei benignitate, patefactum esse hominibus. Quod autem ait: **N V N C** manifestatum esse per Christum, eo ipso non ita inficias, & antea per eundem innotuisse hominibus, & Ecclesiam Dei hanc ipsam Euangeliū vocem tenuissè, id quod perspicuis verbis asserit. *Roman. 1. Euangelium Dei ante promissum esse per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo* Quid? Annon est ipsissimum Euangelium, quod Deus Adæ reuelauit in Paradiso? *Semen mulieris conteret caput serpentis*, Item *Abrahæ: In semine tuo benedicentur omnes gentes, &c.*

XIII. *Promissiones de Christo oportet impleri.*

Sed ea in veteri Testamento non sunt impleta.

Ergo in veteri Testamento non habuerunt gratiam Dei, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, vitam celestem. Ibid.

Respondetur. Plus est in conclusione, quam in premissis. Verum autem est, oportuisse impleri prædictiones diuinas, sed efficacia meriti Christi iuxta Dei promissiones, semper fuit in Ecclesia Dei. De facto nos ter præstigiator declamitat tantum, id quod nemo pius inficiatur. At nos de efficacia & merito Christi simul oportet docere ac pugnare. Scimus enim meritum Christi sese ad omnes ætates extendere. Futiliter igitur & simul contumeliosè ac impiè concludit Fanaticus. Stupenda autem vertigine, hoc est, mala conscientia rotatur Schuuenckfeld. quia in posteriori huius Epistolæ parte, vnam esse rationem veniendi ad Deum per fidem in Christum, & vno modo per ipsum accipi remissionem peccatorum, siue sint initio, medio aut sine mundi, paucissimis verbis attingit. Verum quia ista manifeste contradicunt prioribus asseuerationibus & pugnis, imo etiam posterioribus & sequentibus istius Epistolæ, & strictissime recitentur, insuper etiam in margine extra Epistolam scholiastes quædam consignarit, ideo non præter rem existimo, quendam Serolum assuissè ista paucis verbis isti Epistolæ, quia stoliditatem & impudentiam istius Schuuenckfeldici dogmatis non nihil agnouit.

pit. Sed spiritus mendax sic non raro solet sibi metipsum contradicere, seseque confundere. Notatione itaque dignum est, quod iste præstigiator plenis velis, in suo priori errore continuando nihilominus procedat.

DE BAPTISMO.

ELEMENTAREM AQUAM, ET verbum externum in Baptismo, non afferre gratiam Dei, & remissionem peccatorum, sed SOLVM Christum hoc præstare.

I. Baptista inquit: Ego baptizo aqua, sed qui post me venturus est, baptizabit Spiritu sancto & igne.

Ergo baptismi aqua & verbum non afferunt Dei gratiam, & remissionem peccatorum, sed TANTVM vnicus Christus hoc præstat. Schuuenck. in confes. fidei.

Respondetur. Neganda est consequentia, quia cum Antecedente non cohæret. Nam in Antecedente nequaquam Iohannes dicit, suum Baptismum, qui fiebat aqua & verbo Dei, inefficacem esse, nec per eam dari penitentiam & remissionem peccatorum, tanquã per Medium à Deo ordinatum: Sed tantum discernit personas, Se, inquit, esse Ministrum in baptizando, ex mandato Altissimi Dei. At Christum esse ipsum DOMINVM. Deinde

discernit inter datorem Spiritus sancti, & se Ministrum Baptismi. Sese ait, tantum administrare Baptismū aqua & verbo. At Christum sua potentia dare Spiritum S. Imò Propheta simul de visibili effusione Spiritus sancti, quæ in Pentecoste Hierosolymis conspecta est in linguis flammeis. Docet igitur Christum ob signaturum esse istā ceremoniam baptizandi aqua & verbo Dei, etiam visibili effusione Sp. S. ardentibus hominum linguis, id quod postea completum est. Est igitur manifesta calumnia & deprauatio textus Baptistæ, Ministerio Baptismi tanquam Medio, per quod sacrosancta Trinitas agit, regenerat & saluat gratiam Dei & remissionem peccatorum, derogare.

II. 1. Petri 3. Baptismus vos saluos fecit. Et tamen additur, quo non sordes carnes abluuntur, sed conscientia bene respondet apud Deum per resurrectionem Iesu Christi.

Ergo duplex est aqua. Vna externa corpus tāgens & purgans. Et altera interna, cor & animam saluans, sanctificans & iustificans. Schuuenck in confes. fidei.

Resp. Hoc intendit Schuuenckfeldius, per verbum & aquam, tāquam Media Dei in hoc Sacramento, non regenerari, non saluari, non sanctificari, non iustificari homines. Sed manifestam vim infert verbis Petri. Is enim disertissimis verbis ac pleno ore, insigni cordis fiducia, per vniuersam Christi Ecclesiam proclamat, Baptismum homines saluos facere. Id verò

verò Schuuenckfeld. negat. Vtrigitur fides habenda? Petrum quidē icimus esse Apostolum Iesu Christi, fide dignū, sed Schuuenckfeldius cuius sit Apostolus, & quam mereatur fidem, ista deliramenta, imò blasphemiarum in Deum satis arguunt. Porro Petrus verbis sequentibus de fructu & effectibus Baptismi docet, qd Baptismus iste, qui fit aqua & verbo Dei, non abluat sordes corporis, sed iniquationes conscientiarum potius, hoc est, peccata, vt conscientia habeat bonum apud Deum testimonium, scilicet de remissione peccatorum gratuita per Christū. Ea enim est salus nostra, de qua initio pronunciauit: Baptismum nos saluos facere. Postremò & causam impulsuā seu meritoriam subiicit, nempe resurrectionem Christi. Nam nisi Christus nobis peperisset gratiam Dei, remissionem peccatorum, & æternam salutem, non possent ea cœlestia & æterna bona, per Baptismum, quem Christus ipsemet instituit, nobis dispensari & communicari. Non itaque in hoc Petri dicto audis de duabus aquis, exteriori & interiori, vt Schuuenckfeldius garrat, sed de vna Baptismi aqua, verbo Dei iuncta, per quæ media nos Deus, qui suo verbo & ordinationi adest, & per ea operatur, & efficax est, saluos facit. Pretermissis igitur meris, iste impostor miseros homines iudificatur.

III. Hebr. 10. Habentes fratres fiduciam in introitu in sancta per sanguinē CHRISTI, &c.

Accedamus cum vero corde, & certitudine fidei, asperfit corda, ut auferatur conscientia mala, & abluti corpus aqua pura. Teneamus spei nostre confessionem non vacillantes.

Ergo per aquam & verbum Dei, in Baptismo non purificamur corda, sed tantum per sanguinem Christi. Item interior purificatio cordis precedat, postea sequatur lauacrum corporis per aquam, quod est Baptismus. Schuuenck in confes. fidei.

Respondetur. Néganda est consequentia, quia nullam prorsus connexionem cum Antecedente habet. Nam Paulus eo in loco, non facit mentionem Baptismi noui Testamenti vlllo verbo, sed de lotione & sacrificio veteris Testamenti disserit, quod iis peccata hominum non potuerint tolli, vt inquit: *Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Vnicum itaque Christi sacrificium quasi extento digito commonstrat inquit: *Hic (Christus) vniam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum, sedet ad dexteram Patris, &c. Vna enim oblatione consummavit in sempiternum, sanctificatos.* Postea subiungit Paulus grauem istam adhortationem, vt omnes hunc ad Christum vera fide sese recipiant, ibique de spiritali asperione cordis, & ablutione per aquam mūdā loquitur, quia prius de corporalibus lotionibus & sanguinis victimarum mactatarum asperionibus, dixerat. Nequaquam igitur Paulus hoc loco destruit, quod antea luculentissimis & infallibilibus

libus verbis totam Christi Ecclesiam docuerat, vt Ephes. 5. *MUNDANS eam* (Ecclesiam) *lauacro AQUÆ in verbo.* Hic clare audis S. Paulum profiteri, Ecclesiam mundari aquæ lauacro in verbo. Hoc verò quid aliud est, quā aquæ lauacrum per verbum, esse medium, à Christo institutum, per quod homines Deus à peccato mundat & saluat. Nuspiam verò dicit Paulus, vt Schuuenckfeldius, *PRIVS* oportere homines interius purgari, *POSTEA* verò aqua corpus abluendum esse. Et Tit. 3. idem Apostolus inquit: *Saluos nos fecit PER LAVACRVM regenerationis & renouationis Spiritu sancti, quem effudit in nos opulenter, per Iesum Christum Saluatore nostrum.* Et hec verba sunt perspicua, quibus S. Paulus affirmat, *PER LAVACRVM* regenerationis, *saluos nos fieri.* Hic igitur audis Medium à Deo institutum, per quod homines regenerantur & saluantur. Donatio verò Spiritus sancti, & renouatio per eum, est alter effectus Baptismi. Nam per Baptismum Deus largitur Spiritum sanctum, qui in renatis habitans, talis sanctos in ipsis motus gignit atque efficit, qualis ipse est. Efficiens autem causa, aut meritoria, est Iesus Christus. Nam ipse peperit nobis peccatorib. iustitiam coram Deo, Spiritum sanctum & vitæ æternam. Imò cum Schuuenckfeldius ordinem rerum peruertat, asseratque: *PRIVS* oportere hominem per Dei gratiam interius, in corde & anima purgari, *Postea* lau-

lauacrum aquæ, hoc est, Baptismum, ut ipse loquitur, accedere oportere, audiat S. Paulum, organon Christi electum, sibi palam resistentem ac reclamantem, Gal. 3. hisce verbis: *Quicumque per Iesum Christum baptizati estis, Christum induistis.* Ergo per Baptismum, ut hic audis, Christus induitur.

Sed an non aliqui prius conuersi sunt, ac postea baptizati? Etiam. Sed manet nihilominus hoc axioma verum atque immotum: Qui baptizantur, Christum induunt. Et illi qui prius fuerunt instituti, in doctrina Christi, aut nunc quoque instituuntur, ut credant, & Christum per fidem in se habitantem habeant, tamen nisi extrema eos necessitas excludat, baptizari etiam debent, quia Christus inquit: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Et sic quoque Christum induunt. Sed quid sibi vult ista phrasis: *Induere enim Christum.* Audi eundem Apostolum, de Baptismi sacri efficacia dicentem: *Consepulti, inquit, sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus surrexit à mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus.* Roman. 6. clarè hic affirmat & docet Paulus, per Baptismum (Nota hoc **MEDIVM** Dei) nos conspeli in mortem Christi, hoc est, fieri participes bonorum, per Christi mortem nobis partorum, hoc est, iustitiæ coram Deo valentis, remissionis peccatorum & vitæ æternæ. Induere igitur Christum, est hæc

hæc bona Christi omnia adipisci, nempe iustitiam coram Deo, remissionem peccatorum, donationem Spiritus sancti. Item, ut ipse Christus in cordibus nostris habitet, imò ut nos etiam ipsius membra efficiamur, ut alias scriptura declarat. Hanc esse propriam, natiuam, & certam sententiam & doctrinam S. Pauli de Baptismo, euidentia rerum demonstrat, & omnium piorum testimonia conuincunt. Schuuenckfeldius igitur, quia semel cepit extenuare verbum Dei, eiusque prædicationem & Ministerium, tantumq; homines, sine illo medio ad Deum eiusq; gratiam adducere conatus est, nunc simili modo & in Sacramento delirat. Nam hoc est vniuersale: Dato vno inconuenienti sequuntur innumera. Et vnus error nunquam manet solus. Quia ex vno infecto fonte, multi infecti riuuli emanant, id quod historiæ omnium Hæreticorum probant. Porro obstruabunt & in hisce argumentationibus attentilectores; quomodo hic impostor causas in hoc negotio maxima temeritate confundat, utpote efficientem, impulsiuam, instrumentalem, siue Medium, &c. quæ quidem non opus est toties repetere atque applicare. Patet itaque, consequentiam illam Arguerenti Schuuenckfeldici esse erroneam & falsam.

III. Nazarianus in Oratione de Baptismo inquit, Purgationem esse duplicem, nempe per aquam & spiritum Arabrosius in præfatione libri de Spi-

de Spiritu sancto inquit: Non mundauit Damianus, non mundauit Petrus; non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius. Nostra enim seruitia, sed tua sunt Sacramenta. Neque enim humanae operis est diuina conferre, tunc **D O M I N E** manus & Patris est, qui locutus est per Prophetas dicens: Effundam de Spiritu meo. Augustin. super i. Epistolam Iohann. tract. 6. Aliud est aqua Sacramenti, aliud aqua, qua significat Spiritum Dei. Aqua Sacramenti visibilis est, aqua Spiritus inuisibilis est. Ista abluit corpus, & significat, quod fit in anima, per illum Spiritum ipsa anima mundatur.

Ergo aqua & verbum Dei non sunt media, per qua Deus saluat & regenerat, sed id tantum efficit Christus, estque duplex aqua Baptismi, interior & exterior.

Resp. Neganda est consequentia, quia isti Patres nihil de Schuuenckfeldii deliramento sciuerunt. Obseruabit etiam attentus lector fallaciae compositae & diuisionis, qua praestigiator vititur. Nam Patres illi coniungunt Baptismum operatione Dei. At Schuuenckfeldius seorsim de Deo, & seorsim de aqua & verbis, ei ceremoniae à Christo additis, blaterat. Verum nec Deus à Baptismo, nec Baptismus à Deo est diuellendus, quia Baptismus est actio Dei, qua per aquam & verbum suum homines regenerat & saluat.

Ideo Christus vult Baptismum administrari in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti. Et haec

haec ipsa verba in ea actione, expressis verbis vult proferri & sonari. Quod igitur ad Nazianzenum attinet, manifestè coniungit externum Baptismum & interiore. Sic enim inquit: Duplex est purgatio, per aquam, inquam, & spiritum, & haec quidem visibiliter ac corporaliter suscipitur. At illa incorporaliter & inuisibiliter concomitatur, ac una quidem est figuralis, sed altera vera, qua & profunda expurgat, prioris generationis adiutorium existens, nouas praeter veteribus, ac Dei similes, pro eo quod nunc sumus efficit. Et clarè appellat Baptismum Aquam purgatiuam; Item inquit, Lauacrum habere peccatorum extinctionem, Item, Baptismatis gratia ac vis, non mundi diluuium, ut olim, sed uniuscuiusque peccati continet purgationem, & omnimodam foetiditatem & iniquationum, quae à prauitate ingressae sunt, reiectionem. In Ambrosio quoque nihil habet praeter delictor Schuuenckfeldii. Nam & ibi iungitur ministerium, & efficiens seu operator Deus, ac verissima est sententia Ambrosii, falsissimum autem est dogma praestigiatoris: Deum non operari per sua media certo verbo instituta & ordinata. Augustini denique dictum nequaquam diuellit aquam & spiritum, sed in Baptismo palam iungit. Ac non est ignotum, quam magnifice iste autor de Baptismo passim doceat, quod Christus baptizat per Ministros, & Baptismo peccata abluantur, &c.

P. Quod apud Christum est querendum, id

non est apud externum aqua baptismum quarendum.

Sed regeneratio, remissio peccatorum, iustitia & salus tantum apud Christum sunt querenda.
Ergo non aqua Baptismi, Schuuenck. de abusu Euang.

Respondetur. Maior est delictamentum capiti. Schuuenckel iii, dicit ad verba Christi oppositum. Nam is perspicue docet: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non poterit intrare regnum Dei.* Iohan. 3. Ecce hic spiritus & aqua iunguntur, nec admittenda est sophistica Schuuenckfeldii, qua eludere conatur hoc dictum, quod aqua hic non de elementari, seu de spiritali sit accipienda, perinde vt Iohan. 4. Sed sunt diuersi loci, nec patiemur nobis euerti hunc locum regenerationis, quem etiam Paulus confirmat, *Ephes. 5.* vbi de lauacro *AQUA* clarè loquitur. Et ascensurus Christus in cœlum, non solùm inquit: *Ite, docete omnes gentes, predicare Euangelium omni creatura.* Sed etiam addit: *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.* *Matth. 28.* *Marci 16.* Hinc Paulus etiam affirmat, *Christum mundare Ecclesiam suam lauacro aqua in verbo.* *Ephes. 5.* *Tit. 3.* Est itaque ordinatio Christi, quod velit per lauacrum aquæ, cui verbum suum copulauit, homines regenerare & saluare. Vtuntur autem isti Fanatici ista cauillatione, quod de nuda & sola aqua magnos clamores ciunt, cum tamen vtrique sint iungenda, nimirum aqua &

verbum Dei, & hoc pacto Christus est efficax. Quis enim sana mente præditus, ignorat, nudam & solam aquam, animas à peccatorum for-
 dibus, reatu & damnatione purgare non posse? At si verbum & sanctio Dei accedat, tum non aqua per se, sed Deus ipse, virtute verbi sui ea operatur atque efficit, quæ promissit. Perpetua igitur confusione causarum præstigatorum isti tenebras imperitioribus offundunt. Causa efficiens sanè est Christus, qui & peperit, & impertit nobis hominibus remissionem peccatorum & salutem. Finis est, vt confirmetur nobis gratia Dei, simus filii Dei, & nouæ vitæ studeamus. Proinde quod ad Minorem Sunt quidem ista à Christo largitore iustitiæ & vitæ petenda, sed per sua media, quæ ipsemet ad distributionem suorum beneficiorum ordinauit. Facile autem pili animaduertunt, Diabolum per suos Fanaticos ordinationem Christi saluberrimam infestare, ac velle homines ad suas quasdam speculationes, raptus & fantasmata deducere, vt ista arte testimonia præclara Dei erga nos gratiæ nobis elidat atque euertat, vt postea detruisti in Syrces Enthusiasticas miserabiliter pereamus.

Vl. Non venit regnum Dei cura observatione, Luc. 17.

Ergo non per aquam Baptismi datur regeneratio & salus. Schuuenck. de abusu Euang.

Respon. Neganda est consequentia. Ratio euidens est, quia Christus eo dicto non agit

de suis ritibus, quos verbo suo adiunxit atque copulauit, cum certis atque illustribus promissionibus, vt sunt Baptismus, & cœna DOMINI, sed de ritibus sine Dei verbo & contra illud, id quod declaratio mox subiecta latius restatur. *Neque dicent*, inquit, *Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* In primis autem Christus notat ritus, auctoritate humana in papatu instituendos, quibus salus & vita queratur, vt sunt Monachatus, vitæ Heremitarum, Cœnobarum, cursitationes ad ossa hominum & statuas, & similia portenta.

VII. *Centurio Iohan. 4. Peccatrix Luc. 7. & alii, absq; Baptismo saluantur.*

Ergo per Baptismum externum non datur remissio peccatorum & salus. Idem ibidem.

Respon. Neganda est consequentia. Nam Christus eo tempore nondum Baptismū pro omnibus gentibus instituerat, licet Iohannes in hoc populo, iussu Dei eum auspicatus fuerat. Deinde verum est, Deus etiam absque Baptismo per verbum Euangelii saluat homines, sed qui Baptismum fastidit aut negligit, vbi ille potest haberi, is nō obedit voci Christi, & sine omni dubitatione, salutem suam negligit. Expendant igitur omnes timentes Deum, quod Schuuenckfeld. ordinationem ipsius Christi carpat, atque in contemptum adducat.

Immensa autem impudentia & effrenis
prorsus

prorsus est maledicētia, quod hic clamat: Lutheranos non intelligere, quid sit verus Christianus Baptismus, tantum sectari literam omissis spiritu. Sic scilicet nugator Imperitorum mentes turbat & tamen ipse non suggerit, non docet meliora ex verbo Dei.

VIII. *Id quod Christum non sinit nostrum esse Saluatorem, non est probandum.*

Sed si externus Baptismus etiam pertinet, aut quicquam facit ad regenerationem & ablutionem peccatorum, tum Christus non est Saluator.

Ergo externus Baptismus non pertinet nec facit quicquam ad regenerationem. Idem epist. 3.

Respondeo. Minor est falsa. Nam Christus est causa efficiens regenerationis, cum Patre & Filio. At externus Baptismus, p quod ille Deus hoc suū gratiosum opus regenerationis in homine perficit, est medium à Deo constitutū. Sic enim ipsemet copulauit suum verbum & illam baptismationem, & clarè mandat vt in Nomine, hoc est, mandato, potentia & efficacia istius Dei fiat baptisatio. Non igitur seiungenda sunt aqua & verbum Dei, vt faciunt isti præstigiatores.

IX. *Nullares externa, potest adimere peccata.*

Baptismus aqua est res externa.

Ergo Baptismus aque non potest peccata abluere. Schuuenck. epist. 3.

Respondetur. Est fallacia compositionis & diuisionis. Maior loquitur de re externa, quæ non habet adiunctum Dei verbum, hoc est

mandatum & promissionē gratiæ. Quod ad Minorem: Baptismus non est tantum res externa, sed est Baptismus, verbo Dei ordinatus atq; comprehensus, & habet mandatum Dei & promissionem gratiæ adiunctam. Christus enim inquit: *Itē docete, baptisantes, & addit, in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti.* Item promissio adiungitur: *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.* Hinc Paulus rectē appellat lauacrum regenerationis, item mūdationem Ecclesiæ per aquam in verbo, vt supra ostendimus. Constat itaque Minor imperfecta, eamque ob causam falsa definitione Baptismi.

Visum autem est hoc loco adscribere testimonium Augustini, quod extat *super 15. cap. Iohā. in explicatione verborum: Iam vos mundi estis*, Sic igitur inquit.

Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Quare non ait, mundi estis propter Baptismum quo loti estis, sed ait propter verbum, quod locutus sum vobis, nisi quia in aqua verbum mundat. Detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad Elementum, & fit Sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum. Nam & hoc viui, dixerat, quando pedes discipulis lauit: Qui lotus est, non indiget, nisi, ut pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde stat tanta virtus aqua, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo, aliud est

sonus

sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum fidei, quod predicamus, ait Apostolus, quia & confessus fueris in ore tuo, quia DOMINVS est Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde in Actibus Apostolorum legimus: Fide mundans corda eorum. Et in Epistola sua beatus Petrus: Sic & vos, inquit, Baptisma saluos facit, non carnis depositio, sordium, sed conscientia bona interrogatio, hoc est, verbum fidei, quod predicamus, quo sine dubio, vt mundare possit, consecratur & baptisatur. Christus quippe nabiscum vitis, cum Patre Agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, & vide quid adiungat: vt eam sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aqua in verbo. Mundatio igitur nequaquam, fluxu & labili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, vt per ipsum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem etiam tantillum, mundet infantem, quamuis nondum valentem, corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem.

Totum hoc fit per verbū, de quo DOMINVS ait: *Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis.* Hæc August.

X. Nulla res externa, siue sit aqua, siue aliud quippiam, potest ad animam vsq; pertinere, sanctificare, saluare.

Sed Eph. 5. dicitur: Christum mundare Ecclesiam lauacro aqua in verbo.

Ergo ibi aqua non est elementaris aqua, sed ipsemet Spiritus sanctus. Et quod additur: in verbo: non est externum, pronuntiatum verbum, sed ipsemet Christus, verbum essentialē. ita ut idem sit in verbo, hoc est, in Christo, Schuuenck in Cate. de verbo.

Respondetur. Portentosa capita gignunt portentosa dogmata, & postea portentosas interpretationes & glossas scripturæ sacræ, comminiscuntur atque obrudunt. Maior loquitur de Creatura per se, sola, nuda, ac tantum vt creatura considerata. Sed Minor loquitur non solum de creatura, verum etiam de ordinatione Dei, illi creaturæ adiuncta, quod nimirum Deus velit per illam creaturam distribuere, largiri atque operari sua beneficia. Proinde non sola illa creatura oculis humanis spectanda & considerata est, sed etiam verbum Dei ipsi copulatum, est accuratè obseruandum atq; expendendum, & sic tribuendus est isti actioni effectus, quia Deus per hoc medium à se ordinatum, iuxta suum verbum operatur. Ad eum enim modum Baptismi aquam copulauit suo verbo, vt Christus inquit: *Baptisantes eos in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti.* Hoc itaque pacto Baptismus administrari debet, vt sonet ac vsurpetur hæc ipsa verborum forma, à Christo claris verbis expressa ac constituta. Insuper & promissio

promissio annexa est: *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.* Hinc Paulus docet, istum Baptismum, constantem aqua & verbo, esse lauacrum regenerationis, & mundare homines. Efficaciam itaque habet iste Baptismus, non ex aqua per se, sed quia hæc aqua verbo diuino copulata & coniuncta est, & Deus ipse per media homines vult regenerare. *Matth. 28. Marci 16. Iohan. 3. Ephes. 5. Tit. 3.*

Conclusio itaque tantum est fanatici hominis delirium. Aqua enim ibi in Baptismo omnino elementarem aquam significat. Sic igitur Iohannes, primus publici Baptismi inchoator ex iussu Dei, elementari aqua Iordanis baptisauit. Sic Philippus Eunuchum aqua elementari baptisat, in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti.

Sed inquit iste nouus Propheta: *Alicubi aqua significat spiritualem aquam, vt Iohan. 4. Respondetur: inde autem non sequitur, & in aliis locis omnibus, aquam pro spirituali aqua accipi oportere. Nam eodem loco & elementaris aqua nominatur, quam sibi ad bibendum porrigi iubet Christus, deinde verò verba de alia aqua spirituali facit. Sic populus Israeliticus elementarem aquam, scaturientem miraculosa Dei largitione ex siccissima petra, ad sedandam sitim bibebat, postea verò & hæc elementaris aqua, habebat suas quoque quasdam spirituales significationes, vt Paulus docet. Item, prorsus est contra ipsius Christi*

institutionem, quod aqua regenerationis, significet Spiritum S. & Iohan. 3. nominantur in Christi dicto distinctè aqua & spiritus.

Simile ludibrium est, quod ibi Ephes. 5. In verbo, significet verbum essentialè, nimirum ipsummet Christum, Nam Christus, ordinavit Baptismum hoc pacto, vt fieret in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti. Hæc verba in ritu Baptismi clara voce sonare ac repeti debet. Item debet promissio simul ibi sonare: *Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.* Non patiamur igitur eludi aut nobis eripi hoc verbum pronunciatum, Eo enim pereunte, perit & Baptismi institutio, facta per Christum, Nec dubium est, quin Satan per sua organa hoc querat, vt verbo externo, astutiis suis extenuato, totum Baptismum exigui faciat momenti. Ad eundem porrò modum iste spiritus exhibilat lauacrum regenerationis, Tit. 3. & subilicit.

Credentes non in externa Baptismi aqua, aut verbis pronunciatas, sed in nomine (hoc est, Natura & essentia) Christi. quod est æternum verbum Patris, & in Spiritu Dei, ablui à veteri homine, mundari ac iustificari, hoc est, veros Christianos fieri. Hæc ille.

Quid autem dici potest confusus & perplexus de Baptismo, imo etiam contumeliosus in baptismum Christi? Equidem tota sacro sancta Trinitas operatur in Baptismo, quemadmodum in eius nomine confertur. Sed

Sed iste Deus operatur per aquam suo verbo inclusam. Nihil igitur talium spiritualium effectuum tribuitur meræ & soli aquæ, sed Deo per hanc aquam & verbum suum operanti. Sic tota sincera Christi Ecclesia omnibus seculis sensit, docuit & credidit.

DE COENA SACRA.

1. *Corpus Dei est spirituale corpus.*

Corpus Christi est corpus divini spiritus.

Ergo nõ adest corporaliter Christus, nec corporaliter accipitur in pane, vel sub specie panis, De consecrat. dist. 2. cap. in illo. Item, Dist. 2. cap. 9. 2. Corpus ubi etiam spirituale appellatur. Item, mystica distributio spiritualis alimonie. Schuuenck, contra Fabrum.

Respondetur. Sunt quatuor termini, Nulla igitur est cohærentia in argumento. Maior enim loquitur de Deo extra incarnationem filii Dei, Nam in sacris literis, Deo corpus tribuitur, vt etiam aures, oculi, nasus, pedes, quadam figura, quam appellant *ὀρθομορδία*, non quod reuera corpus habeat vt homines, sed nobis hominibus sese accommodat scriptura, quia virtutes atq; actiones Dei aliter assequi non possumus.

Minor est perplexa. Est quidè corpus Christi à Spiritu sancto, quia sua virtute id corpus in Maria, & ex ipsius Mariæ femine effecit, sed corpus Christi verè est humanum corpus,

carne.

carne, ossibus, venis, membris corporeis cōflans, sed absque peccato. Minor itaque tantum de causa efficiente loquitur, & nō de ipsa materia corporis Christi. Sic igitur ruit conclusio, in qua plus est, quàm in præmissis.

II. Quicquid sursum est, non est neq; percipitur corporaliter in terra.

Sed in usu sacrae cœnae veteres dixerunt, Sursum corda.

Ergo corpus Christi non est corporaliter in sacra cœna, neq; eius caro ibi comeditur. Schuuenck, contra Fabrum.

Respondetur. Maior falsa est, quia Christus verè est ac sedet ad dexteram Maiestatis in cœlis, & tamen sic ordinavit in Testamento: *Accipite, edite, hoc est corpus meum.* Hæc ex Christi ore, qui est veritas, accipimus. Sed Maior argumenti ex cœca ratione hominum nascitur.

Ad Maiorem respondetur. Sanè nō solum os hominis in usu sacrae cœnae, verum Christi corpus ibi p̄sens accipit, sed & fides apprehendit illud ipsum, quia verbis Christi nititur. Et an re etè hoc dictum, ad usum sacrae cœnae accommodatur, vel inde æstima: quia Christus in suo Testamento non dixit, *SURSUM CORDA*, sed admoue os, comede, *hoc est corpus meum*, *BIBE, hic est sanguis meus*. quamvis, vt dixi, fides quoque adesse debeat. Imò attende quid Sacramētarii efficiant? Si Sursum corda sunt habēda, & corpus Christi, quod in cœna datur,

datur, non est p̄sens, verum, reale corpus Christi hic in terris, tum os amouendum est, à sacra cœna, & sufficit sola fide Testamento DOMINI frui, sicut & sua spontè doctrina Sacramentatorum contemptum sacrae cœnae apud auditores gignit, id quod ipsa experientia testatur, qua de re alibi. Corpus itaq; Christi sursum esse, non negamus, sed etiam in usu sacrae cœnae hic in terris non esse, iuxta ipsius Christi institutionem, id contra expressa & manifesta verba Iesu Christi nostri Saluatoris est.

III. Quicumq; est exaltatus, non amplius corporaliter hic est in terris.

Christus iam est exaltatus.

Ergo Christus iam non est amplius corporaliter in suo Testamento. Schuuenck, in confes. de cœna.

Maior falsa est. Moses & Elias sunt exaltati in cœlum, & tamen quādo Deus vult, iterum sunt in terris, vt quando in monte cum Christo colloquuntur, *Matth. 17.* Est igitur fallacia secundum non causam.

Ad Minorem. *Christus est exaltatus*, verum est, sed audi Paulum, vt impletet omnia. Et ipsemet inquit: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū.* Itē, *Ego sum vobiscum vsq; ad consummationem seculi.* Imò eam ipsam ob causam exaltatus est Christus, vt hoc ipsum, p̄ter, ultra, supra, imò etiam contra rationem humanam impletet, quod verbo

verbo suo promisit. Promisit autem in suo Testamento clavis verbis: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum, &c.* Ergo ipse iuxta hanc suam patefactam voluntatem & expressa verba, non solum operatione, vi, effectu quodam adest suæ sacræ cœnæ, sed reuera exhibet suum corpus, quod iubet edi, &c. De Morte o, quod id præstet, non est necesse vt scrupulosè cogites, aut quæras, satis est quòd niteris verbis Christi planis atque dilucidis, ac statuis, quòd iuxta Christi verba hoc fiat. Ille autem qui federat ad dexteram Maiestatis, hoc potest præstare, quod vult præstare iuxta sua reuelata verba.

III. *Quod præterit, non adest amplius corporaliter.*

Sed tempus corporalis presentia Christi præterit.

Ergo Christus non amplius corporaliter adest, aut se præbet in cœna. Schuuenck in conf. de cœna.

Resp. Maior est phantasia Schuuenckfeldii, carens fundamentis.

Ad Minorem. Visibilis quidem presentia Christi, item ad humiliationem ac passionem præterit, vsque ad nouissimum diem, vbi veniet, quem admodum oculi humani eum cõspexerunt in cœlum ascendentem. Sed inuisibilis presentia Christi hic in terris, non præterit, non cessat, non sublata est, idq; constat ex dylicissimis promissionib. Christi, *Ecce ego vobiscum sum, vsq; ad consummationem seculi.*

Item,

Item, *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in Medio eorum.* Reuelauit sese Paulo & aliis, post glorificationem. Exerceat igitur hostis Dei immanè suam inimicitiam, etiam hac in parte aduersus Christum, quia eius corporalem presentiam apud suam Ecclesiam, in terris militantem, & in suo Testamento vult tollere.

V. *Humiliatio Christi desit, nec vult amplius in manibus peccatorum tractari, Matth. 26.*

Sed presentia Christi corporalis in sacra cœna & in cœtu Ecclesia sua, esset humiliatio Christi, & tractatio in manibus peccatorum cõtumeliosa.

Ergo Christus nõ adest aut exhibet sese corporaliter in suo Testam. Schuuenck in conf. de cœna.

Respond. Neganda est Minor. Nam quòd Christus in suo Testamento ordinauit & tradidit per suum verbum, verum, præsens, essentialia suam corpus, id ad gloriam & Maiestatem ipsius pertinet. Præstat enim hoc ipsum, quod condixit ac promisit. Nec ibi tractatur manibus hominum in Ecclesia quidem vera, vt à Iuda & cæteris Iudæis crudeliter corpore laceratus & traditus est, sed sicut ipse iussit, accipitur & comeditur ipse corpus, & bibitur ipse sanguis. Quod verò indigni, hoc est, impenitentes, sibi ad iudicium sumunt, ac Papistæ Testamentum DOMINI horribiliter profanant, atq; peruertunt hoc non tollit aut abolet ordinatione Christi, ut legitimum ac salutare ipsius vsus. Vide igitur quid

quid faciat Hypocrisis? Nam Schuuenckfeld. remouet, pellit, tollit corporale Christi præsentiam in sua cœna, clarissimis verbis Christi fundatam, & tamen simulat, se mirificè Christum venerari, nec velle admittere, vt iterum trahatur ad supplicium. Iisdem Schuuenckfeldius vtitur Argumentis, quibus cæteri Sacramentarii, vt, *Regnum meum non est de hoc mundo. Non hic aut illic Christus querendus. Ascendit, corpus est in caelis, Inde venturus. Sursum corda.* Item Iohan. 6. &c. Ergo non hic opus est prolixè ad ea respondere, quia in controuersia de Sacramentariismo solutiones exant.

NON MINISTRVM, SED CHRIS-
tum ipsum, SINE MEDIO, corpus
suum distribuere per Spiritum
sanctum.

I. *Quicquid Christus prabet, id prabet SINE
MEDIO, nec Ministri illud prabent.*

*Sed Christus ipsemet prabet suum ipsius cor-
pus.*

*Ergo Ministri in usu sacra cœna non prabent
verum corpus Christi.*

*Maiores confirmatur, quia Christus inquit: Venite
ad me omnes, Minor probatur, quia Christus Iohan. 6. dicit, Panem, quem EGO vobis
dabo, est caro mea. Schuuenck. contra Fabrum.*

Respondetur. Maior falsa est, & nusquam ex sacris literis potest probari. Nam quod
Christus

Christus ad se omnes venire iubet. *Mediū* verbi sui & sacramentorum non excludit. Nam clarè inquit, *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Iohan. 14. Et I. Cor. 1. clarè dicitur, *Sic Deo placuisse, per stultam prædicationem saluos facere credentes.* Imò Deus ipsemet nutrit homines, sed per *Mediū* panis & creaturarum a se conditarum, ac vult homines laborando sibi victum quærere. Ita & in spiritualibus Deus per mediā agit, vt Iohan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.* Ecce A Q V A tanquam M E D I V M constituitur, per quod spiritus Dei est efficax. Sic Paulus Rom. 1. *Euāgelium* (tanquam M E D I V M à Deo ordinatum) *esse potentiam Dei ad salutem omni credenti,* hoc est, Mediū esse, per quod Deus homines conuertat & saluet. Est itaque Maior somnium & phantasia, imò error Schuuenckfeldii, Ad Minorem responderetur, Verum quidem est, Christum ad se distribuere suæ Cœnæ, sed tamen sic ipse ordinauit, quod in vsu factæ cœnæ legitimo, Minister debeat portigere non solum panem, sed & corpus suum, quia vult sua verba in hac sacra actione repeti.

Papisticus quidem error explodendus est, quod sacerdos suo sibilo, afflatu & gestibus conficiat corpus Christi, vti loquuntur, sed non dubium est Christum in legitima administratione adesse, & hoc ipsum præstare, quod ordinauit, sicut inquit: *Accipite come-*

edite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur.

INDIGNOS NON ACCIPERE
verum corpus Christi in cœna.

I. Non est communicatio Christi & Belial.

Indigni accipientes cœnam DOMINI, sunt Belial.

Ergo indigni non accipiunt verum corpus Christi in cœna, Schwenck contra Fabrum.

Respondetur, Maior loquitur de communicatione tali, vt simul inter se benè conueniant, sint amici, & quasi liceat mensa Domini & mensa dæmoniorum simul vt, sicut textus sese declarat. Christo quoq; cum indignis, hoc est, impœnitentibus nunquam benè conuenit, nusquam fit ipsorū amicus, donec quidem ita perseverant. Eadem ratio & hodie in Ecclesia Christi seruatur, vt peccatores, notorii atq; impœnitentes, nisi egerint pœnitentiam, non admittantur ad cœnæ vsum. Et si igitur in vtu sacræ cœnæ indignus hypocrita accedit, & accipit verum DOMINI corpus, tamen accipit non ad salutem, sed ad iudicium & damnationem teste S. Paulo: Is enim de indignorum pœnis non disseruisset, si in vtu sacræ cœnæ rei, veri corporis, quod ibi accipiunt, non fierent. Plus igitur est in conclusione, quam in præmissis.

II. Qui edit corpus meū, & bibit sanguinem meū, inquit Christus, manet in me, & ego in ipso.

Sed

Sed apud indignos Christus non manet.

Ergo indigni in vtu cœnæ DOMINI, non accipiunt verum Christi corpus. Schwenck contra Fabrum.

Reip. Maior loquitur de salutari vtu sacræ cœnæ. At Paulus Apostolus Christi ait, *etiam quosdam indignè corpus Christi accipere, scilicet ad iudicium.*

Ad Minorem respondetur. Aliud est non manere Christum salutatiter in indignis, & aliud non accipere verū corpus Christi in vtu sacræ cœnæ. Nam etsi indigni accipiunt corpus Christi verū in vtu cœnæ Dominicæ (quia Christi verba nō mentiuntur, vbi inquit: *Hoc est corpus meum*) ac licet aliqui non credūt verè, tamen Christus in ipsis non manet, & vt Paulus inquit, *sumunt sibi met ipsi iudicium.*

SEQVUNTUR ALIA ARGVMENTA, quibus Stenckfeldistæ probare conantur, verbum Dei publicè in templis prædicatum, esse mortuam literam, nec quicquam ad fidem & vitam æternam prodesse.

I. Christus inquit: Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quicquam.

Concionatores, Euangelium de Christo docentes, sunt caro.

Ergo ipsorum conciones, nemini possunt conducere ad vitam æternam.

Resp. Certum est, nullum hominem, sine Spiritu sancto, veram Dei agnitionem fidem in Christum, & vitã æternam, etiam si sapientia, doctrina & virtute aliis antecellat, consequi posse, secundum Testimonia Pauli, Roman. 8. *Quod si quis spiritum Christi, non habet, hic non est eius.* Item: *Etenim quicumque spiritu Dei ducuntur hi sunt filii Dei.* 1. Cor. 12. *Nemo potest dicere Dominum esse Iesum, nisi per Spiritum sanctum.* Hæc S. literis consentanea esse, vna cum aduersariis nostris libenter concedimus, nec de illa re vlla inter nos existit controuersia: Sed quæstio est, Quomodo, & quam ratione, Spiritus sanctus, hominem illuminet, credentem, sanctum & beatum efficiat? An illud sine medio fiat, per singulares internas illuminationes, Enthusiasmos & Ecstasies, seu reuelationes cordis? Vel num Spiritus sanctus illa operetur per externum aliquod medium, nimirum per doctrinam & verbum Christi, Prophetarum & Apostolorum. Hic est status controuersia, & hæc est: Helena ista de qua dimicatur.

Stenckfeldistæ contendunt, Homines à Spiritu sancto, illuminari & conuerti, sine vilo medio externo, per peculiarem & infernam prædicationem factam in corde hominis: Nos verò id constanter pernegamus, asseuerantes, conuersionem hominis fieri per Spiritum sanctum, docentem & conuertentem hominem, iuxta Dei voluntatem & ordinationem,

nationem, per verbum vocale externum, prædicatum, auditum & creditum, ac per verum & legitimum vsum Sacramentorum. Et quidem ipsemet filius Dei, externam verbi vocalis prædicationem & Spiritum S. per eam operantem, tam arctissime & indissolubili vinculo coniungit & connectit, vt à nullo homine, imò, ne à Diabolo quidem diuelli aut dilacerari queant. Matth. 10. Luc. 10. *Qui vos audit, me audit. Non enim vos estis illi loquentes, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Iohan. 15. *Spiritus S. testimonium perhibebit de me, quin & vos testes estis, &c.* Esa. 59. *Ego enim, ait Dominus, hoc fœdus meum cum eis pangam, Spiritus meus, qui super te est, & verba mea, quæ in serui ori tuo nunquam excident de ore tuo, neque de ore feminis tui, neque de ore nepotum, ac pronepotum tuorum, dicit Dominus, porro in sempiternum.* Hoc est: Quamdiu machina huius mundi durabit, semper meum verbum, & meus Spiritus S. simul erunt, & Spiritus S. semper, vsque ad diem extremum, per verbum externum publicè prædicatum, in cordibus fidelium auditorum, erit efficax.

Cùm igitur ex allegatis sacrae scripturae Testimoniis, meridiana luce clarius sit, Spiritum S. per verbum externum vocale, veluti, per ordinarium organon, instrumentum & medium, hominem regenerare, illuminare & conuertere: non peccamus, si alia sacrae scripturae dicta, de omnipotentis Dei Spiritus S.

officio & beneficiis, sonantia iuxta hanc normam & Testimonia declatemus: vt, quando Christus ait: *Spiritus est, qui viuificat.* Item, *Spiritus sanctus docet vos in omnem caritatem.* Item, *Spiritus sanctus arguet mundum, de peccato, videlicet, per meam doctrinam, quam à me audiuitis & didicistis, atq; omnib. gentibus proponetis.* Huc pertinent Christi Testimonia reliqua: Luc. II. *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Ioan. 8. *Amen, Amen, dico vobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in aeternum.* 1. Cor. 15. *Annuncio vobis Euangelium, per quod salutem consequimini.*

Ex his & similibus S. scripturæ dictis, patet, Spiritum sanctum, doctrinam Christi, & Euangelion S. Pauli, ac aliorum Apostolorum, semper coniuncta esse, & per verbum audirum & usum Sacramentorum ordinario modo hominem conueri.

Quod autem Enthusiastæ & Stenckfeldistæ Spiritum sanctum, à prædicatione verbi diuini, vel sacrosancti Euangelii separant & remouent, quasi per verbum vocale, homines non viuificet, & asserant, hominem, sine externo ministerii verbo, illuminari & conueri, id pugnat cum vniuersa sacra scriptura.

Quod verò ad dictum Christi: Ioan. 6. attinget: *Caro non prodest quicquam, spiritus est, qui viuificat.* Fillus Dei, primum reiecit omnium hominum rationem, carnalem sapientiam, &

quic-

quicquid homo animalis, sine Spiritu S. cogitat, decernit, scit, vult & potest, in internis & externis rebus: simul indicat, quod Spiritus S. quasi denuo hominem renouet, nouum cor, cogitationes, animum & sensus ac nouos motus, creando & excitando, si modò, homo saluari debeat. Hunc verò, nequaquam sequitur eiusmodi regenerationem, & nouam lucem ac vitam æternam; sine verbi vocalis prædicatione, per Spiritum S. effici: Nam Spiritus sanctus viuificat, per doctrinam, verbum & sermones Christi: id quod ex mox sequentibus verbis videre est, quando Apostoli ad Christum inquirunt: *Verba vita aeterna habes.* Quando itaque, hæc duo dicta: *Caro nihil prodest, spiritus est, qui viuificat.* Et, *Christus habet verba vita aeterna:* inter se conferuntur, facillimè genuina Spiritus sancti sententia elici potest. Ita Christi mens & sententia est, quod omnium hominum ratio, sapientia, intellectus, voluntas, cupiditas, & quicquid sine Spiritu S. ex puris naturalibus viribus potest, & facit, nihil profint ad salutem & vitam æternam consequendam: Tantum modo verò, doctrinam seu verbum Christi, prædicatū, auditum & creditum, per Spiritus sancti gratiam, vitam æternam operari. Committunt igitur, hoc in loco Stenckfeldistæ, fallaciam compositionis & diuisionis, excerptes tantū illa verba ex concione Christi: Spiritus est, qui viuificat: Sequentia autem Christi verba:

Christum, nimirum, habere verba vitæ æternæ, in quibus Christus suam mentē satis perspicuè declarat, astutē aduersarii omittunt; Nam in illo dicto *spiritus est, qui uiuificat*, demonstratur diuina & omnipotens persona, per quam Deus pater, & Deus filius, vitam æternam, efficaciter, in nobis operantur & distribuunt. In hoc uerò Testimonio: *Tu habes uerba uitæ æternæ*, monstratur medium, per quod Spiritus S. vitam elargitur, nempe doctrina & prædicatio domini nostri Iesu Christi. Quod si iam Spiritus sanctus sine Christi uerbo uiuificaret, haud dubie Christus suis Apostolis, dicentibus: *Tu habes uerba uitæ æternæ*, contradixisset, asserendo, non sibi sed Spiritui sancto uim uiuificandi assignandam esse. Deinde Christus, Iohan. 8. ait: *Amen, Amen. dico uobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non uidebit, in æternum.*

II. Christus ad S. Petrum ait, *Matth. 16 Beatus es, Simon Bariona, quia caro & sanguis, non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis.*

Concionatores uerbum Dei docentes, & sacramenta administrantes, sunt caro & sanguis.

Ergo non possunt illi, auditores suos uera Iesu Christi agnitione, per uerbum prædicatum, & usum Sacramentorum, ambuere.

Respon. Verum est, Ministros Christi, imò nullum omnino hominem, quantumuis doctrina, uirtute & sapientia præstantem, posse uia efficacia, potentia & autoritate, hominibus,

bus, ueram Iesu Christi cognitionem communicare; Nam omnes homines, iuxta suam carnalem sapientiam, extra uerbum Dei, sine Spiritus S. gratia, nihil sciunt de uera Christi agnitione, à patre uerò cælesti, hæc cognitio promanat, & ab eodem solo petenda & haurienda est, iuxta Christi dictum, *Matth. 11. cap. Nemo nouit Patrem, nisi Filius.* Item 1. Cor. 25. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.* Et qui rem de hac re, nullum est inter nos & Stenckfeldistas certamen: libenter enim, & uita d. f. temur, ueram Dei agnitionem & hominis conuersionem, esse solius Dei opus, necesse in arbitrio & uoluntate hominis positum, ut Deum rectè cognoscat & saluetur. Sed de hac re controvertitur: Quomodo nimirum Deus pater cognitionem Christi operetur & quomodo homo ad Deum conuertatur? Stenckfeldistæ dicunt & docent, Deum patrem, cognitionē Iesu Christi, sine medio, per suum Spiritum sanctum, & peculiare & singulare raptus & illuminationes, in corde hominis, accendere. Hoc autem sine omni S. scripturæ Testimonio & autoritate asseuerat, & nos illud, tãquam impium & blasphemum dogma cõdemnamus: Nos uerò econtra docemus & fatemur, Deum patrem, nos filii sui ueram cognitionem docere, in scriptis Prophetarum & Apostolorum, per suum uerbum, ueluti per ordinariū medium quasi uehiculam & officinam Spiritus S. Deus per

verbum nobiscum agit & operatur, per verbum nos conuertit Iohan. 20. *Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos, Accipite S. S. Quorumcumq; remiseritis peccata, remittuntur eis: Quorumcumq; retinueritis retenta sunt.* Item, *Qui vos audit, me audit,* Lucæ 10, Matth. 10. 1. Cor. 10. *Non post quã in sapientia Dei, non cognouit mundus per sapientiã Deum, decreuit Deus, per stultam prædicationem saluus facere credentes.*

Quamobrem, nullum est piis hominibus dubium Deum adhuc hodie, per verbũ prædicatum, auditum & creditum, cui semper Spiritus sanctus adest, homines docere & conuertere. Non igitur ex Christi verbis, Matth. 16. Stenckfeldistarum opinio impia demonstrari potest, & summa est blasphemia quod Stenckfeldistæ verbi ministerium & usum Sacramentorum, ad quorum administrationem, Spiritus sanctus opera, ore & manu fidelium Christi ministrorum, vtitur, appellare, carnem & sanguinem. Verum quidem est, omnes concionatores, quod ad ipsorum personam, rationem humanam, carnalem sapientiam, vires carnales, & liberum arbitrium non renatum, attinet, reuera esse, carnem & sanguinem, id est, miseros & indignos peccatores, quorum ratio & sapientia, inimicitia sunt contra Deum: Verum, quod ad ipsorum officium spectat, nempe, quatenus Euangelion de Christo prædicant, & sacramenta, iuxta Christi institutionem dispen-

dispenfant, nequaquam sunt caro & sanguis, sed, vt Paulus eos rectè appellat. 1. Corinth. 4. cap. *Ministri Christi, & Dispensatores mysteriarum Dei,* per quos Deus, homines docet, conuertit & saluat. Hanc sententiã, sequentia Christi verba, quæ maliciosè Stenckfeldistæ prætererunt confirmant: Sic enim, ibidem ad Petrum inquit: *Et, Ego vicissim tibi dico: Tu es Petrus, & super hanc petram, edificabo meam Ecclesiam, & porta inferorum non preualebunt illi. Et dabo tibi clauis regni caelorum, & quicquid alligaueris in terra, erit alligatum in caelis. Et, quicquid solueris in terra, erit solutum in caelis.*

Hic audimus, prædicationem Euangelii, Apostolis, & eorum successoribus commendatam & vsque ad diem extremum peragenda, esse clauem, qua caelum referatum, omnibus penitentiam agentibus & credentibus Euangelio: Et omnibus impenitentibus clauditur. Hanc saluberrimam, & omnis consolationis plenissimam doctrinam de dignitate & vtilitate ministerii verbi Stenckfeldistæ nobis labefactare, & eripere conantur.

III. *Jeremia 31. dicitur: In seram legem meam, in interiora eorum, & in cor eorum scribam eam, eroque Deus eorum, ipsiq; erunt mihi populus. Et non docebit ultra quis proximum suum, aut vir fratrem suum, dicere: cognoscite Deum, sed omnes me cognoscent, à minimo eorum vsque ad maximum eorum, dicit Dominus, &c.*

Ergo Dominus, in nouo Testamento, sine prædicatione verbi externa, & absq; sacramentorum vſu, per Spiritum sanctum, & singulares raptus & reuelationes, hominem conuertet & saluabit.

Resp. Certum est, Deum nulla alia ratione, nec per vllum aliud medium, quàm per verbi externi & vocalis prædicationem, velle in hoc orbe terrarum, vsque ad diem extremum, colligere Ecclesiam, & in ea homines, per verbum prædicatum & vſum Sacramentorũ, conuertere & saluare, Esa. 59. *Hoc fœdus meum, cum eis pangam, &c.* Item Matth. 28. Christus ait: *Euato in vniuersum mūdum, &c.*

Quod verò ad dictum Ieremiæ attinet, nõ potest illud de hac vita intelligi, sed loquitur Ieremias de futura & æterna vita, in qua omnes electi, pueri & senes, perfecte & plenissime Deum cognoscent, diligent, laudabũt & celebrabunt, nec ibi amplius externo verbi ministerio indigebimus, quia illic Deum videbimus à facie, ad faciem, & Deus erit omnia in omnibus. De hac re loquitur Paulus, 1. Corinth. 13.

IIII. Adam, Noa, Abraham, David, Moses, Propheta & Apostoli, immediatè Deum, secum loquentem audierunt.

Ergo etiam in nouo Testamento Deus, sine externo verbo prædicato, nobiscum agit.

Resp. Magna est audacia, impietas & blasphemia Stenckfeldistarum, volentium Deo præscribere modum & rationem agendi, ad ipsorum

ipsorum præscriptum & placitum, cum hominib; quasi Deus cum ipsis immediatè agere & colloqui debeat, sicut cum Patriarchis & aliis quibusdam sanctis hominibus, in veteri Testamento, conuersatus & collocutus est.

Nos verò scimus, Christum instituisse sacrosanctum verbi ministerium, per quod velit nobiscum agere, nec velle iam amplius immediatè nobiscum conuersari, vt cum Patriarchis & Apostolis collocutus & conuersatus est. Nos itaque hæc ordinaria media, verbum vocale & sacramentorum vſum, magnificiamus, amemus, amplectamur & retineamus, nihil Stenckfeldistarum somnia & Enthusiasmos aut raptus violentos curantes.

V. Deus sapissime cum sanctis hominibus per angelos sanctos, locutus est, & iisdem suam voluntatem patefecit.

Ergo non semper, per prædicationem verbi externam, cum hominibus agit.

Resp. Deum sæpius Angelorum ministerio vſum esse, pro sua liberrima voluntate in veteri Testamento, quando illi voluntatem & mandatum Domini, hominibus piis exposuerũt verbum Dei testatur, verum, indè nequaquam sequitur, Deum iam similli modo nobiscum, verbi ministerio abrogato, agere velle: Nam Christus Apostolos, & eorum successores misit in mundum vt prædicarent Euangelion omni creaturæ, &c.

VI. Deus sæpè per somnia, suam voluntatem homi-

hominibus piis patefecit, & per Ioclem Prophetam, in nouo promissit Testamento, quod iuvenes & seniores debeant visiones videre, & somnia somnari, Ioc. 2. Act. 2. cap.

Erge populus noui Testamenti, non solum concisionis Ministrorum verbi, sed etiam somnia & visiones, audire & obseruare debet. Et per consequens, non sola externa verbi predicatio, est medium ordinarium, per quod Deus, nobiscum agit, sed etiam somnia & singulares illuminationes Spiritus sancti, sine verbo Dei, expectari debent.

Resp. Verum est, Deum olim, multifariam, multisq; modis, in peculiaribus & certis quibusdam casibus, sanctis quibusdam hominibus, per somnia ac visiones suam voluntatem & futuros euentus exposuisse, vt Historiæ Iosephi, Danielis, Mariæ virginis, Zachariæ & aliorum, testantur: Hinc verò, nequaquam concludi potest, nos debere verbo Dei externo relicto, sectari somnia & expetere visiones: quia Deus alligauit nos Ministerio, & vult per verbum prædicatum & vsum Sacramentorum ordinatè nobiscum agere.

VII. Spiritus sanctus, est persona liberrimè agens, diuina, aterna, omnipotens qua cum donis & operibus suis, nulli creaturæ alliganda est: Et detestanda est idololatria, creaturæ adscribere, quod est creaturis.

Prædicatio verbi externa, de Christo. Baptismus & coena Dominica, sunt creaturæ, & humana actiones: Remissio verò peccatorum & vita aternæ,

aterna, sunt eiusmodi dona & opera, qua solus Deus donat & donare potest.

Ergo persona Spiritus sancti, cum suis donis, non ad concionem Euangelii externam, alliganda est: Et est maxima idololatria, quando prædicationi verbi vocalis, de Christo, & sacramentis remissio peccatorum, adscribitur.

Respond. Spiritum S. esse verum Deum, vna cum Patre & Filio, secundum Dei verbum fatemur: Scimus etiam, nos proprio arbitrio, ex bonâ & pro intentione, & iuxta rationis nostræ decretum, Spiritum sanctum cum suis donis, non debere vlli creaturæ alligare: Et nos etiam Deo permitimus modum, vt is veluti liberrimum agens, pro suo beneplacito & voluntate, cum hominibus piis agat: Scimus etiam, nostrum non esse, creaturis eiusmodi res adscribere, quas Spiritus Sanctus, pro sua omnipotenti virtute, sine ministerio creaturarum efficere potest, in cælo & in terra. Hæc quidem omnia fatemur, verum hoc præterea, ex verbo Dei scimus, credimus & fatemur, Spiritum sanctum velle per verbum prædicatum & vsum Sacramentorum legitimum, nobiscum agere, Iohan. 20. Sicut me misit Pater, &c. Accipite Spiritum S.

Item, Qui vos audit, me audit, &c. Item, Non vos estis, qui loquimini, Roman. 1. Non pudet me Euangelii, est enim potentia Dei ad salutem, omni credenti. 1. Corinth. cap. 1. Hinc

apparet, Spiritum S. semetipsum, pro sua bona & libertate voluntate, verbo & vñi Sacramentorū aibgaffe: Nec esse nos idololatras, quando per hæc media, Spiritum S. querimus & accipimus.

VIII. *Impossibile est placere Deo, sine fide. Itē; Quicquid non ex fide est peccatum est.*

Multi verò concionatores, destituuntur vera in Christum fide, imò sapenumero, id quod alii proponunt publicè, non credunt sapè etiam dubitant, eorū laborem Deo probari.

Quamobrem prorsus impossibè est ipsorū prædicationem & sacramentorū administrationem, cum fide verà careant, Deo placere: Imò prorsus aduvaror est, Deum, per ipsorū Ministerium, efficacem esse: alias sequeretur, Deum operi peccato polluto, alligatum esse, & per homines peccatores operari id, quod horrendum est cogitatu & dictu.

Resp. Dicitur Pauli: *Impossibile est, sine fide, Deo placere*, propriè de persona concionatorum & auditorum in fidelium, & de ipsorum operibus loquitur: Nequaquam autem, de Dei verbo, neq; de sacramentis, intelligi potest. Certum est, hominem fide vacuum, cum omnibus suis operibus, æternæ damnationi obnoxium esse. Certum etiam est, impium Ecclesiæ Doctorem, Deo nō placere. Nihilominus tamen Deus, per Ministerium concionatorū, siue fideles, aut infideles sint, efficacē esse vult & potest, id q̄ Christus testatur, ad

Iudæos

Iudæos dicens in cathedra Moysi sederunt Scribae & Pharisei, omnia ergo, quacumq; iusserint, vos seruare, seruare, & facite: Caterum, secundum facta eorum, ne facite: Deus enim per suū verbum & sacramenta vult nobiscum agere, Roman. i. *Euangelion est potentia Dei, ad salutem, omni credenti.* Dignitas igitur, vis, & efficacia aut qualitas verbi & sacramentorū, non pendet à fide vel infidelitate concionatorum, sed ab autoritate autoris verbi, baptismi & cœnæ Dominicæ.

IX. *Si verbum vocale, & sacramenta, sunt media, per quæ Deus hominem conuertit: Sequitur infantes in aluo materna & homines mutos, non saluari: Vel, si illi, sine ministerio verbi, & sacramentorum usu saluantur, sequitur eosdem à Deo, per Spiritum S. & singulares illuminationes, saluari: Non igitur, verbum & sacramenta, sunt media per quæ homines conuertuntur.*

Resp. Quod ad infantes nondum in lucem editos, attinet, scimus, eosdem, piis parentum precibus Christo oblatos, Deo placere, ac propter Christi conceptionem & natiuitatē vitæ æterna potiri, iuxta Christi promissionem. *Stinite pueros ad me venire, quia talis est regnum, celorum.* Nullum est dubium, Deum æternū infantes istos nondum natos, etiam, sine Baptismi vñu, recipere, patetum preces audire, & eos, in vtero matris Sp. S. baptisare, vt ex S. Ioannis Baptistæ, saluatorem suum Iesum Christū in vtero materno, cognoscētis exem-

plo demonstrari potest. Quando verò infantes nati sunt, adducuntur Christo per Baptismum. *Iohan. 3. Matth. 28. Marc. 16.* Adultiores facti, audiunt verbum Dei, & vtuntur sacramento altaris. Quod ad surdos & mutos attinet, potest illos Deus, singulari & peculiari modo, pro sua omnipotentia, misericordia & paterna voluntate saluare: Illos enim auditu carentes, mandatum Dei, de audiendo verbo Dei, non concernit.

X. *Stenckfeldista pariuntur hominem, in externum & internum hominem: Externo homini, docent, opus esse externa verbi predicatione, qua in aures hominis penetret: Internum verò hominem, contendunt illuminari immediate per Sp. sanctum, nec ei quicquam rei esse, cum verbo vocali & sacramentorum usu: Sed in corde hominis, Sp. S. per singulares raptus, conuersionem operari.*

Resp. Partitio ista fictitia in S. literis, non extat, nihil igitur illa probari potest. Certum enim est, ex sacra scriptura, Spiritum S. iuxta Dei voluntatem & ordinationem, ira verbi ministerio & sacramentorum vsui, alligatum esse, vt per concionatorum vocem externam, & per sacramenta ab ipsis dispensata, hominem conuertete & saluare velit: vt Testimonia sæpius citata testatum faciunt. *Matth. 10. Luc. 10. Deut. 6. Iohan. 20. Rom. 15.* Quod verò Stenckfeldista dicunt, verbum externum prædicatum, non penetrare in cor hominis, turpiter falluntur. Nam Christus *Lucæ cap. 8.*

ait

ait: *Diabolum tollere sermonem de cordibus auditorum, ne credentes saluentur.*

XI. *Ecclesia catholica semper ante conciones inchoatas petit sibi dari Spiritum sanctum.*

Ergo Spiritus S. donatur hominibus ante conciones: & Spiritus S. sine verbo Dei externo, corda hominum, illuminat, vt verbum Dei, cum fructu audiant, & per consequens, per verbum vocale, non datur Spiritus sanctus.

Resp. Certissimum est, Dei esse voluntatem, vt ab eo petamus Spiritum S. & Deum æternum omnibus petentibus dare Spiritum S. *Iohan. 4. cap.* Est & hoc verissimum, per verbū, prædicatum, auditum & creditum donari Sp. sanctum, vt in Actis Apostolorum multa exempla extant. Rectè igitur & piè faciūt Christiani, sacram ædem frequentantes, quando deuotè & attente, ante cōcionum exordium, sibi petunt à Deo patre, per & propter Iesum Christum, donari Sp. sanctum. Quando autè, hoc modo, publicè, in tēplis, precamur Deū, vt nobis det Spiritum S. Tum preces nostræ, non ita intelligi debent, quasi Sp. S. sine Dei verbo, antea nos illuminare debeat, per peculiare raptus, aut cœlestes visiones vel speculationes: Sed hac humili & publica, ad Deum oratione, fatemur nostrā imbecillitatem seu infirmitatem nostræ corruptæ naturæ: nos, videlicet, ex propriis nostris viribus, sine Sp. sancto Doctore, Ductore & cōsolatore, non posse, verbum Dei, cū fructu audire, & firma

fide amplecti, multo minus id, cōtra Diaboli, mundi & carnis nostræ insidias & rētationes, conferuare, & in vera fide, vsq; ad extremum vitæ halitum permanere. Quamobrem precamur, vt Spiritus S. per verbum prædicatum, nostra corda, sua luce, solatio & donis accendat, & illuminet, vt per ipsius omnipotentem virtutem & efficaciam, auxilium & gratiam, per prædicatum & auditum verbum Dei, cōferuemur in fide, ad fidei nostræ infirmæ confirmationem, vitæ æternæ spem indubitam, & ad diuini nominis gloriam & honorem. Ita Ecclesiæ oratio, pro effusione & donatione Sp. sancti, spectat ad ipsam verbi diuini prædicationem externam audiendam; Ac nequaquam eò directa est, vt Deus, sine verbo Dei, per singulares visiones ac raptus arcanos, suā voluntatem, immediatè, per Spiritum S. suam diuinam voluntatem patefaciat. Non negamus, sed libenter fatemur, omnes pios Christianos, ante concionem habendam, à Deo, Spiritum S. petentes, iam tum Spiritu sancto donatos esse: nam si absq; eo esset, nunquam Deum inuocarent; Nemo enim absq; Spiritu sancto, Deum potest rectè inuocare, & ab eodem dona petere. Quamquam verò omnes credentes in Christum, etiam ante concionis initium, præditi sint Sp. sancto: Attamen augmenta donorum Spiritus S. in ipsa concione, per verbum Dei prædicatum & attente auditum, sentiunt & experiuntur, &c. vt

exem;

exemplum duorum discipulorum Emaunta petentium, & Christi concionem attentè audientium, demonstrat. Ita cruce & tentationibus prægrauati, in timore Domini, audientes sacras conciones, per Sp. sancti gratiam, in cordibus suis consolationem percipiunt, vt crucem patienter ferre discant.

XII. 1. Timoth. 2. ait Paulus: Vnus est mediator, Dei & hominum, homo Christus Iesus, Hic solus nos Deo reconciliauit, & à nostris peccatis nos redemit, is etiam solus in nobis accendit veram Dei agnitionem, Nemo venit ad Patrem, nisi per ipsum: is solus nostras res & preces ad Deum perfert, ac per & propter eum, nobis donatur Spiritus sanctus, vt S. litera passim docent.

Ergo per verbum prædicatum, & vsum sacramentorum, non accenditur in nostris cordibus vera Dei agnitio, non donantur nobis remissio peccatorum & vita æterna; Ea enim ratione non vnus esset mediator, sed multi, imò, tot constitueretur mediatores, quot in orbe terrarum existunt verbi diuini præcones.

Resp. Scimus credimus & fatemur, cum vniuersa catholica Ecclesia, esse vnicum mediatorem Iesum Christum, Saluatorem & Redemptorem nostrum per quem solum, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum & vitam æternam consequimur; Et nos concionatores in ministerio verbi, cum Prophetis & Apostolis, omnes nostros auditores, ad hunc vnicum mediatorem ducimus & remittimus;

Tantum abest, ut nosmet ipsos vel alios mediatos, constituamus: Nihil igitur hoc Stenckfelditarum Argumentum concludit.

XIII. Literis nulla vis aut efficacia inest.

Sacra verò scriptura Prophetarum & Apostolorum, literarum multarum collectione comprehensa est.

Ergo sacra scriptura nulla est efficacia, multò minus ad fidem & æternam vitam consequendam conducere potest.

Resp. Etiam si affirmemus & doceamus, sacram scripturam, esse organon, instrumentum, seu externum medium per quod Deus homines, pro suo beneplacito, mirabili consilio, & pro liberrima voluntate sua conuertit, regenerat & saluat: Attamen inde non sequitur nos ipsis literis, aliquã virtutem aut singulari em efficaciam attribuere: Ipsam enim doctrinam, quam Prophætæ & Apostoli, ab ipso Deo didicerunt & acceperunt, dicimus esse organon & medium, per quod Deus nobiscum agit, & omnia beneficia Christi morte & resurrectione parata, nobis credentibus distribuit.

XIII. Si Deus immediatè cum nostris concionatoribus loqueretur & conuersaretur, ut cum Prophetis & Apostolis collocutus & conuersatus est: Tum illis haberemus fidem, & eos ut ministros Christi audiremus. Sed hoc non fit. Ergo non sunt audiendi.

Respon. Sicut Deus per ministerium Prophetarum

phetarum & Apostolorum, qui immediatè ab ipso vocati sunt, efficax fuit: ita adhuc hodie, per illos, qui mediatè, per ordinaria media, legitimo modo, vocati sunt, efficax est, homines per verbum ab ipsis prædicatum, & per sacramenta ab illis dispensata, conuertendo & saluando. i. Tim. 4. *Hoc faciens, te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt.*

XV. Si verbum externum prædicatum, atque usus Sacramentorum, essent media ordinaria conuersionis hominum, tum omnes homines verbum Dei audientes, & sacramentis utentes saluarentur.

Sed non omnes sacram adem frequentantes, saluantur. Ergo, &c.

Resp. Non satis est audire verbum Dei, & sacramenta uti, sed necesse est accedere fidem & ardentissimum studium, ac zelum, verbum Dei, discendi, meditandi & seruandi, ut Christus docet Lucæ 8. cap. inquit: *Quod semen autem in bonam terram cecidit, hi sunt, qui corde honesto, ac bono, auditum sermonem retinent, & fructum adferunt per patientiam.* Ibidem, Christus duas causas recitat cur homines nimirum, absque fructu, verbum Dei audiant: Primum inquit Diabolum venientem, tollere sermonem de corde auditorum. Deinde alit, eos non habere veram fidem. Causa igitur damnationis ipsorum, non ipsi Deo, aut eius verbo, sed ipsis hominibus, imputanda est. Ita Christus inquit, Iohan. 14. cap. *Si quis diligenter sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget*

liget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus Iohan. 8. Amen, Amen dico vobis, si quis sermonem meum sermaverit, mortem non videbit in aeternum.

Epilogus de Secta Stenckfeldistarum.

Cum igitur, inter omnes veræ pietatis amantes, constet, ex illis, quæ hæcenus exposuimus, blasphemos & impios Stenckfeldistarum errores, sacræ scripturæ, Augustanæ confessioni, scriptis Lutheri, & publicis omnium Orthodoxorum Theologorum Testimoniis, & Religioni denique Christianæ, & uniuersæ Ecclesiæ Dei, è diametro repugnare; Verè & ex toto pectore, Stenckfeldistarum & omnium Enthusiastarum hæresin & furores condemnamus & execramur, filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, benignè illuminet nostras mentes, suo sancto Spiritu, ut ipsius salutarem doctrinam, in sacris Bibliis comprehensam, rectè tradamus, discamus, conseruemus & perpetuò retineamus, Amen.

•••••

Soli Deo Trino & uni, gloria, Amen.